


5

No. A
21-234



47



. a .


3





~~20 to 7~~




157901546









De la Compañia de Jesus de Granada de illos de Licenciado Manasso.

B^a

12.9416

FLORES
THEOLOGICARVM
QVÆSTIONVM, IN

QVARTVM LIBRVM
SENTENTIARVM,
COLLECTI, DENVOQVE POST VARIAS

editiones selecti, & utilissimè aucti, R. P. F. IOSEPHO

ANGLE Valentino, ordinis Minorum regularis obser-
uantia, Prouincie S. Iacobi, sacre Theologiae pro-
fessore, & dominarum monialium
excalceatarum Madriti
confessore.

PARS PRIMA.

Quae addita sunt sequens pagina indicabit.



LYGDVNI,
APVD IOANNEM BAPTISTAM BVSSESSON.


M. D. XCIII.



11. 9412

FLORIBUS
THEOLOGICARVM
IN QUESTIONVM

Appositi sunt prioribus editionibus in prima parte tres vtilissimi tractatus, nempe, de Oratione, Ieiunio, & Eleemosyna, & in secunda parte aliquot difficultates notatu dignissimas, & duos novos indices rerum, & locorum Sacrae Scripturae locupletissimos inuenies. Et quae autor aliàs tibi promisit de Floribus secundi lib. sentent. propediem, Christo propicio, habebis: quae non minus grata, & vtilia tibi futura polliceor, quàm quae hactenus edita sunt, propter summam diligentiam ab autore ipsis impensam.



ADVD IOANNEM BAPTISTAM
M. D. XVII

Licentia Reuerendissimi patris Generalis.

FRater Franciscus Gonzaga, totius ordinis minorum
Generalis minister, & seruus, Reuerendo patri fratri
Iosepho Angles eiusdem ordinis, Prouinciæ sancti Iacobi
Theologo præstantissimo ac prædicatori egregio nobis
dilecto, salutem. Cum intellexerimus Flores in quartum
librum sententiarum paucis ab hinc annis à te in lucem
editos, viris doctissimis gratos maximè fuisse, & à multis
cum magno applausu receptos: cumque humiliter, & sup-
plex petieris, vt tibi liceret illos iterum cum multarū quæ-
stionum & difficultatum additionibus typis mandare ani-
maduertentes tua pia desideria iuuandi tempus. Christia-
nam, cum benedictione paterna atque ad salutaris obe-
dientiæ meritum libentissimè tibi, liberam facultatem di-
ctæ Flores cum suis additionibus imprimendi, atque etiã
quæ ad hoc opus excudendum necessaria sunt concedi-
mus, poterisque Compluti, vel vbi tibi commodius vi-
sum fuerit hæc omnia opere complere, impetrata tamen
prius licentia à superioribus, iuxta decretum Sacrosancti
Concilij Tridentini, & præcipimus omnibus nobis infe-
rioribus ob meritum obedientiæ sanctæ, ne quis tibi im-
pedimèto esse, vel contradicere præsumat, Vale in Domi-
no, quem pro nobis ora. Data Madriti die xviii. Maij, anni
M. D. Lxxxiiij.

*F. Franciscus Gonzaga:
qui superiora manu propria.*

9 2

APPRO

APPRO

APPROBATIO D. RECTORIS ET
 Doctorum Vniuersitatis Complutensis.

H Oannes Ramirez in Sacratissima Theologia do-
 ctor, insignis collegij & vniuersitatis Complutensis
 Rector, librum, quem frater Iosephus Angles insti-
 tuti D. Francisci composuit, & Flores Theologica-
 rum questionum inscribitur, quem Regius Aragonie Senatus ad
 hanc Complutesem Academiam misit, vt inspiceret, dignus ne sit,
 qui prelo mandetur: ex mea commissione legerunt, atque inspe-
 runt diligenter Didacus Lopez, Gaspar Cardillus Villalpan-
 deus, Franciscus Ximenius, Ioannes Ruirz, Franciscus Mufioz,
 Nicolaus de Palacios, Doctores Theologi, eo autem inspecto, atque
 examinato summa cura, & diligentia, cum simul essent apud me,
 omnes retulerunt in eo libro nihil omnino reperiri, quod fidei, re-
 ligioni, Christiane Reipubli. aut bonis moribus sit contrarium, sed
 vtilem admodum esse adiuuanda & promouenda Theologie stu-
 dia, tum propter res, que in eo explicantur, tum etiam propter
 stylum, quo res tractate sunt. Quamobrem dignum esse iudicau-
 runt, qui typis mandatus, in vulgus prodeat, vt ad plures ex eius
 libri lectione utilitas peruenire possit. In huius rei fidem has lite-
 ras dedi propria subscripseram manu, Academiae sigillo, Compluti in
 Collegio nostro, die secunda mensis Augusti, anni millesimi quin-
 gentesimi septuagesimi tertij.

Doctor Ramirez
 Rector.
 APPROB

Alphonfus de la
 Serna Notarius.

APPRO

APPROBATIO ADMODVM REVERENDI
 & Doctissimi Patris fratris Michaëlis Carranca, Sacra
 Theologiae D. & Sanctae Inquisitionis Valen-
 tiaë consultoris, & califfatoris.

H G O frater Michaël Carranca Sacrae Theologiae Doctor, ac
 in conuentu Carmelitarum eiusdem Theologiae immeritus
 interpres, & lector, necnon ab Illustrissimo, & Reuerendissi-
 mo DD. Ioanne à Ribera Dei, & Apostolica sedis gratia Pa-
 triarcha Antiochia, Archiepiscopo Valentino, & S. C. R. M.
 Consiliario, librorum imprimendorum in praedicta ciuitate, & regno exa-
 minator specialiter deputatus, vidi & diligentissime perlegi primam par-
 tem cuiusdam libri, Flores Theologicarum quaestionum in quartum librum
 sententiarum, nuncupati, auctore admodum Reuerendo P. F. Iosepho Angles
 ordinis Seraphici diuini Francisci, vtriusque Philosophiae, & Sacrae Theologiae
 eximio professore, & Prouincia Sardinia sui ordinis commissario generali,
 omni scientiarum, & virtutum genere ornatissimo. In quo quidem libro ni-
 hil est meo iudicio, quod cum sacrae Scripturae fidei sanctionibus, Sanctae Ro-
 manae Ecclesiae dogmatibus, vel cum bonis moribus, pugnare videatur: nec de-
 nique, quod vtriusque potestatem Ecclesiasticam, scilicet, aut civilem mor-
 dius ledat: quoniam potius tunc viri acumen ingenij, docendi dexteritatem,
 scribendi facultatem sermonis, prout res ipsa patitur elegantiam rerum ab-
 ditarum, interpretandi subtilitatem, & in eligendis, & seligendis Sancto-
 rum doctorum floribus instar apis argumentosa innatam prudentiam, & in
 Christianam Rempublicam, in Deum summam animi charitatem, & pietatem
 contemplatus, merito imprimendum manibusque sapientium circumscri-
 bendum, & euulgandum censeo. In quorum fidem, hoc publicum meae exa-
 minationis, & approbationis instrumentum manu propria subsignatum
 exhibui. Dat. in praefato conuentu Carmelitarum Valentiae, decimo quar-
 to Ianuarij, anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuage-
 simoquarto.

F. Michaël Carranca.

APPRO

9 3

APPRO

APPROBATIO REVERENDI

admodum, & eruditissimi P. F. Ioannis Baptiste
Burgos, Sacrae Theologiae, & iuris Canonici eximij D.
& Sanctae Inquisitionis Valentiae consultoris, & ca-
lificatoris.



Go frater Ioannes Baptista Burgos, Augustinianus,
Sacrae Theologiae, & iuris Canonici Doctor, ac in
Academia Valentina publicus Sacrae Theologiae
professor, necnon pro Illustrissimo ac Reuerendis-
simo D. D. Ioanne de Ribera Patriarcha Antio-
chens, & Archiepiscopo Valentino librorum imprimendorum e-
xaminator, & corrector fidem facio, vidisse me secundam partem
libri, cui titulus est Flores Theologicarum quaestionum in quar-
tum librum sententiarum, quem edidit admodum Reuerendus
Pater frater Iosephus Angles ordinis sancti Francisci de obser-
uantia, Sacrae Theologiae Doctor: quo summa diligentia viso per
me, & examinato, fateor nihil in eo esse, quod non sit catholicum,
vtile, & absq; vlla haeresis, aut alicuius erroris suspicione, & pla-
ne redolens authoris sui sanam Catholicam, & eximiam erudi-
tionem, dignumque quod in manus omnium communemque
vtilitatem veniat, ac typis excussum euulgetur, & in publicum
prodeat. In quorum omnium fidem praesens publicum testimo-
nium dedi manu mea scriptum, ac subsignatum. Decima quinta
Ianuarij, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto.

F. Ioannes Baptista Burgos.

APPRO

APPROBATIO DOCTISSIMI

Sacrae Theologiae professoris, & verbi diuini egregij
concionatoris R. admodum patris fratris
Gabrielis Pineli Augustiniani.



*Ad*ditiones de tribus partibus satisfactionis Sacra-
menti Pœnitentiæ ad quartum librum *Florum*, au-
tore admodum Reuerendo P. F. Iosepho Angles or-
dinis D. Francisci vidi de mandato Præsidis, & su-
premi Senatus, & summa cum attentione legi, in quibus sunt om-
nia quasi per epithomen, quæ in materia possent desiderari, sele-
ctissimè enucleata, & ad promptissimum compendium redacta
insigni diligentia, industria, & postremo labore: in quo opere ni-
hil est, quod verti in dubium, vel in suspicionem catholicæ &
probatae doctrinæ possit deduci: vniuersum verò opus videtur
doctissimis, aut initiatis in Sacra Theologia utilissimum & ne-
cessarium. In conuentu D. Philippi Madriti, anno millesimo
quingentesimo octogesimo tertio.

F. Gabrielis Pinelo.

AD



Nimaduerte, Christiane lector, in his floribus animum meum ingenium in deligendis, & sequendis opinionibus, atque sententiis. Aliquando enim à communi doctrina Sancti Thomæ, & Diui Bonaventuræ videor discedere. Non quod eam falsam aut improbabilem existimem: sed vt aliorum scholasticorum doctorum sententiam haud falsam, imo aliquando sequendam esse demonstrem, variis hinc inde iactis fundamentis. Noui namque Diuum Thomam, Dominicanæ familiæ singulare ornamentum, cum quatuor Ecclesiæ sanctæ doctoribus à Sanctissimo Pio V. quintum Doctorem fuisse connumeratum, ac proinde eius doctrinam sanam, & Catholicam, & turò sequendam. Noui etiam D. Bonaventuram Sanctæ Romanæ Ecclesiæ olim Cardinalem, Episcopum Albanensem, ex nostro Seraphico ordine desumptum, in suis sententiis, & piis perinde, ac doctissimis scriptis Seraphicum ab omnibus Christiani nominis, & Sacræ Scripturæ professoribus passim, & in dies vocitatum. Vtrumque denique noui diuino pollentem spiritu, sacræ matris Ecclesiæ Sydus fulgentissimum omni adoratione, & veneratione, & obseruatione pro sua sanctitate dignum. Verum enimvero noui quoque Deum Optimum Maximum suas veritates, & occultissimos suæ mentis conceptus aliquando per doctores, quamuis sanctorum numero non adscriptos, declarasse. Hinc mihi permissum intellexi Alexandri, Scoti, Richardi, & aliorum meæ familiæ doctorum sententiam veram sequi, suspicere, ac venerari (veritas enim à quocumque prolata Spiritus sancti) vt sicut Deus ostenditur admirabilis in sanctis suis, ostendatur quoque admirandus in doctoribus suis, quos hætenus Ecclesia ipsius sponsa, tamquam amicos sponsi fideles amplexata est, suis honoribus, titulis, & dignitatibus extollendo.

Præterea vbi cumque Alex. Alen. S. Thom. & reliqui Doctores citantur, & liber, in quo de quæstione proposita disputant, præmittitur, intellige, vel in 4. part. Alex. Alen. aut in 3. parte sancti Thom. siue in 4. lib. sentent. talem locum contineri: nam si alterius libri locus citatur, ibidem liber exprimitur.



F L O R E S

QVÆSTIONVM

DE SACRAMENTIS
IN GENERE.

Mag. Sentent. Distinct. 1.

QVÆSTIO PRIMA DE HIS,
quæ ad essentiam Sacramenti pertinent.

Artic. 1. De definitione Sacramenti.



ARIÆ à doctoribus, & exactæ Sacramenti definitiones afferuntur, qualis illa est D. Augustini, scilicet, In quo sub tegumento rerum sensibilibum diuina virtus secretiùs operatur, & refertur, 1. q. 1. canon. multi, & illa eiusdem B. Augustini, & Magistri, Inuisibilis gratiæ visibilis forma, ita vt imaginem gerat, & causa existat. De consecr. d. 2. c. sacrificium.

Alex. Alen. in 4. p. q. 1. m. 1. & q. 3. m. 1. S. Tho. 3. p. q. 60. Docto. d. 1. 4. lib. Ric. ar. 1. Sco. q. 2. Duran. q. 1. & Gabri. q. 2. Mag. dist. 1. Lib. 1. de Sac. cr. p. 1. cap. 1.

Et illa Hugonis, Materiale siue sensibile elementum, foris propositum, ex institutione diuina significans, & ex sanctificatione spiritualem gratiam continens.

Et illa B. Thomæ: Signum gratiæ sanctificantis. his omnibus tamen perfectior esse videtur, quæ in sequenti conclusione continetur.

3. p. q. 60. ar. 1. c. 1.

F. t. q. f. 4.

A CON

illis sacramenta cōficere: vt si statueret, vt A, significaret Patrem B, Filium, C, Spiritum Sanctum, liceret tunc baptizando dicere Ego te baptizo in nomine A, B, & C, Ratio est: quia seruetur idē, orationis sensus: sunt enim termini illi ex impositione synonymi cum verbis formæ consueta.

CONCLUSIO III.

Soto dist. 1.
q. 1. art. 8.

QVANDO termini idem significant ex accommodatione vsus, licet ex loquendi cōsuetudine remanet sufficiens forma: vt si quis regem absoluēs dicat, Ego absoluo maiestatem vestrā. Ratio est eadem, quæ superioris cōclusionis: esset tamen ridiculus, qui hac forma vteretur, idem iudicium est de figurata locutione: vt in consecratione Calicis. Hic est enim Calix, &c. vbi continens pro contento sumitur.

CONCLUSIO IIII.

QVOTIESCVNQUE per terminorum mutationes penes augmentum, vel diminutionem, siue interpolationē consueta formæ sensus non variatur, verū Sacramentum cōficitur. Propterea quōd, cum obseruetur idem orationis sensus, forma sufficiens obseruatur: vnde sub hac forma: Baptizo te, in nomine Patris omnipotentis, & Filij sapientis, & Spiritus Sancti diligentis, verū fit Sacramentū: quia istæ additiones non mutant formæ consueta sensum, itē sub hac: Hoc est corpus meū: quia detractio particula, enim, non mutat sensum, &c. Et tandem si intercapedo tēporis, aut alicui⁹ orationis interpositio fuerit aded breuis, vt nō discontinuet intentionem, vel sensum, vel cōmunem cōcipiendi vsus, Sacramentum conficietur: vt si Sacerdos dicat, Ego te baptizo (*alūbra monacho*) in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti Amē.

CONCLUSIO V.

QVANDO fit mutatio in fine tantum terminorū, & non autē in principio, & non animo inducēdi errorē: sed ex imperitia sermonis, vel ex defectu linguæ, sufficiens forma nō mutatur, patet: quia seruetur formæ consueta sensus, qui nō seruetur, si in principio fieret mutatio: vt si loco patris diceretur matris: & confirmatur ex Cano. Retulerunt de consec. d. 4. de eo, qui baptizabat in nomine patrias, &c. Vbi respōdet Zacharias Papa, verū fuisse collatum baptismum: quia ex accommodatione vsus, verba corrupta, & integra idem signant.

CON

CONCLUSIO VI.

QVI ex industria corrumpet fines terminorum dicens, Ego te baptizo, in nomine patrias, &c. verè conficeret Sacramentum: & ratio est, quia quotiescunque minister seruat sufficientem formam cum animo faciendi, quod facit Ecclesia, & Christus faciendum instituit, verè conficit: & qui ex industria corrumpit fines terminorum, ita se habet, verè igitur conficit: seruat enim idem orationis sensus: nam balbutientes in comædijs ex industria non mutant orationis sensum: eundem quidem concipiunt sensum ex accommodatione vsus audientes verba integra, atque corrupta.

CONCLUSIO VII.

QUANDO transpositis terminis seruat sensus formæ consuetae, verum conficitur Sacramentum: quoniam seruator forma sufficiens, cum formæ consuetae sensus retineatur: exemplum reperies quæst. i. de Eucharistia.

Prima difficultas. An qui, prætermissa forma consueta, utitur sufficienti, mortaliter peccet?

RESPONDEO per duas propositiones. Prima propositio in casu primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, & septimæ conclusionis peccat tantum venialiter. Probat, quia quædo charitas Dei, vel proximi non violatur, mor. peccatum non committitur: hic autem charitas Dei non violatur: quia non agitur contra præceptum primæ tabulæ, cum seruetur formæ sensus à Christo instituta: nec contra præceptum secundæ tabulæ: neque enim proximus læditur: cum verum recipiat Sacramentum neque etiam fit sacramento iniuria: quare peccabit tantum venialiter: dum modo aliàs vel ex contemptu, vel ratione scandali, non fieret mortale.

Secunda propositio circa sextam conclusionem de sententia D. Thomæ, qui tenet non confici Sacramentum, ex industria corrumpens verba mor. peccat, & baptismus de sententia eiusdem est sub conditione reiterandus. Quod peccet mortaliter, patet quia secundum illam opinionem exponit se periculo mor. peccandi: est tamen hæc propositio limitanda, nisi Minister sit Theologus, qui contrariam opinionem defendat: quia tunc in nullo periculo constituitur, cum non agat contra conscientiam.

Secunda difficultas. An qui relicta forma consueta animo inducendi errorem, vitur sufficiens, vere conficiat?

Alex. Alen. q. 13. m. 3. art. 3. S. Th. q. 60. ar. 7. & 8. doctores d. 3. D. Bon. q. 3. q. p. dist. Ric. art. 2. q. 3. Sco. Dur. quast. 2. Gab. q. unica art. 1. S. Thoma est.

DVÆ sunt contrariae opiniones: prima D. Thoma, q. 60. art. 7. ad 3. & art. 8. contraria opinio est Palu. in 4. dist. 3. q. 1.

CONCLUSIO I.

QVI non seruat consuetam formam, sed sufficiens vitur, cum intentione iamen faciendi, quod Ecclesia præcipit, & Christus instituit, quauis habeat animum inducendi errorem: nihilominus verum conficit Sacramentum. Ratio est: quia forma sacramentorum, & illorum ministri habent virtutem ex institutione Christi, & non ab Ecclesia, vnde si habeat animum faciendi, quod Christus instituit, &c. Et confirmatur exemplo Græcorum, qui cõficiunt in fermentato, existimantes nos in azimo panes consecrantes errare.

CONCLUSIO II.

SI minister habuerit animum inducendi errorem in forma, dicendo, In nomine patrias, filias, &c. Volens innuere Deum habere filiam, non conficiet Sacramentum. Ratio est: quia forma tunc non est sufficiens, cum non habeat eundem sensum cum forma consueta: est etiam definita in Can. retulerunt. de consec. dist. 4.

Alex. Alen. q. 1. m. 2. per 4. art. S. Th. q. 61. DD. d. 1. D. Bon. q. 1. Ric. toto art. 2. & 5. Scot. q. 3. Gab. q. 2. Magistrũ Vega ca. ultimo lib. 7. super Concil. Trid. Dur. q. 2. ar. 3. In 3. sent. dist. 20.

QVÆSTIO SECVNDV DE INSTITVTIONE SACRAMENTORVM.

Art. 1. An Sacramentorum institutio fuerit ad salutem necessaria?

CONCLUSIO.

NON fuit illorum institutio simpliciter necessaria. Ratio est: quia neque passio Christi IESV, ex qua sacramenta habent virtutem, vt est communis Theologorum sententia, fuit simpliciter necessaria: fuit tamen necessaria, quia conueniens ad nostram eruditionem. Hanc probant S. Thomas & Doctores multis rationibus congruentibus.

Art. II. An in statu innocentia fuerit aliquod sacramentum necessarium?

COMMVNIS est Doctorum sententia de hac re: verum Alex. & Duran. arbitrantur quòd si in statu innocentia ho-

mines perstitissent, tenerentur aliqua sacrificia ad fidem sanctissimæ Trinitatis protestandam offerre.

CONCLUSIO I.

IN statu innocentie nullum fuisset sacramentum proprie dictum necessarium: quia tale sacramentum est medicina contra morbum, & cum ibi nullus fuisset morbus, nulla profecto opus esset medicina: Dicit enim Christus Redemptor noster: Non est opus valentibus medico, sed male habentibus.

Matth. 9.

CONCLUSIO II.

IN illo statu nullum fuisset, si homines non cecidissent, sacrificium. Primum enim, non opus esset illo ad exteriorem fidei protestationem: quia satis fuisset verbo tenus illam protestari. Secundò, neque ad distinctionem religionis: quia tunc vnus fuisset Dei cultus in toto terrarum orbe. Tertiò, neque ad redimendam peccatam temporalem peccatis debitam: quia in illo statu nulla fuisset culpa. Vltimò, neque ad scientiam Dei comparandam, vt Deo debitum honorem exhibere discerent: nam, vt Magister Sententiarum ait, homo in illo statu sine medio videbat Deum, id est, nõ indigebat creaturis ad creatoris notitiam inuestigandam, per diuinam siquidem reuelationem illam habebat, non enim plures causæ institutionis reperiuntur.

diffin. x.

Art. III. An in statu legis natura fuerit aliquod sacramentum proprie dictum?

TRES sunt circa articulum opiniones. Prima est S. Thom. qui vtramque partem probabilem esse iudicat.

Secunda Ricardi, qui defendit sola fide parentum nullo exteriori adhibito signo, homines tunc à peccato purgari.

Tertia Scoti, cui subscripsit Gabriel, hi affirmant ibi fuisse aliquod sacramentum proprie dictum: idem tenuit Alex. 4. p. q. 2. & 5.

3. p. q. 70. ars.
4. d. 1. arti. 4.
per tres q. in
4. d. 1. q. 3. &
4. Gabr d. 1.
q. 2. arti. 3. &
Palud. q. 5.
ar. 5.

CONCLUSIO I.

IN lege natura fuit aliquod sacramentum proprie dictum, quo paruulis originale peccatum remittebatur. Cõstat multis rationibus: nam primũ erat tunc sacerdotiũ Melchisedech: quod non fuit

in

A 4



Gen. 6. & 24.
& 27. &
Deut. c. 7.

Lib. 19. cõtra
Faustũ ca. 11.

APPEN. 1.

Rom. 19.

Vide Sco. q. 7.
ubi sup.

Tob. c. 19.

APPEN. 2.

in aliqua lege institutum, nisi ad sacramentorum administratione: deinde fœminæ tempore legis scriptæ à peccato originali per ali- quod sacramentũ legis naturæ liberabatur. Præterea ubi est mor- bus debet esse aliqua medicina: tãdẽ erant tunc fideles ab infideli- bus separatim quam obrem indigebat sacramẽto sensibili iuxta fẽ- rentiã D. Aug. dicentis: in nullum nomẽ religionis, siue verũ, siue falsum, coadunari homines possũt: quia aliquorum signorum, vel sacramentorum sensibilibum consortio colligantur.

Hinc colligitur solam fidem interiorem adultorũ non satis fuis- se parualis tũc ad salutem. Ratio est: quia cum esset õpus sacra- mento, & sacramentum sic signum sensibile, necesse erat fidẽ ali- quo signo exteriori protestari. Dicit enim D. Paulus corde credi- tur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.

CONCLUSIO II.

SACRAMENTVM legis naturæ originale peccatum paruu- lorum delens, non erat aliquod sacrificium: sed fides verbo, vel factõ aliquo protestata. Paret iisdem rationibus, quibus confirmata est appendix, & conclu. 1. nam quando D. Greg. dicit, solam fidem (vt refertur de consecr. dist. 4. Can. Quod apud nos) esse remediũ pro parualis, intelligitur pro fidei confessione verbo tãtũ facta, vel factõ aliquo protestata: nõ autẽ pro solõ actu interiori credẽdi.

CONCLUSIO III.

HVIVS sacramenti non erat definita verborum forma: sed præ- cipiebatur tãtum: vt super paruulum verbo, aut factõ, fides media- toris futuri inuocaretur, fortassis in hunc modũ futurus mediator te saluet. Perspicua est concl. illius enim Sacra scriptura memini- set: sicut & circumcisionis mentionem fecit, quæ tempore eiusdem legis fuerat tradita Abrahæ: quod autem fides mediatoris (vt di- ctum est) esset necessaria, constat aperte: quia peccata nunquã fue- runt dimissa, nisi propter merita vnus mediatoris: vnde Iob: Scio, quod Redemptor meus viuit &c. quo loco fidem vnus mediato- ris habuisse declarat.

Hinc in lege naturali non sufficiebat actus alicuius infidelis in- tendentis facere super paruulum, quod fidelium congregatio fa- ciebat. Ratio est ex 4. concl. de prompta: quia eũ illius sacramen- ti non esset definita verborum forma: sed actus fidei interioris, talẽ fidem exterius explicans, & infidelis interiorem fidem non habe-

ret,

ret, non poterat exteriori actu verbo, scilicet, aut facto fidem, siue actum, quem non habeat, verè explicare: hic, aduerbium verè nota diligenter.

CONCLUSIO IIII.

ADULTI in lege naturali virtute sacrificiorum iustificabantur. Constat ex Can. quod apud nos proximè citato: erat nihilominus necessaria fides mediatoris, ad Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem &c. Erat quoque necessaria pœnitentia: quia confessio erat in lege naturali, tandem cõfirmatur Iob 1. Qui singulis diebus offerebat sacrificium pro filiis dicēs: Ne forte peccauerint filij mei &c.

CONCLUSIO V.

ADULTI in lege naturali habebant sacrificandi præceptum. Ratio est: quia remedium contra peccatum fuit sub præcepto: vt est modo baptismus, atque pœnitentia. & sacrificia erāt in illa lege remedium contra peccata: vt ex Canone quod apud nos B. Greg. constat.

Falso colligitur à Magistro Soto, vbi supra contra Scotū. ex illius solutione non est discrimen inter remedium paruulorum, & adultorum, contra D. Gregor. nunquam enim Scot. dixit fidem sacrificio protestatam, sed verbo tenus: vnde maximum discrimen inter vtrumque remedium constituit, quod erit legendi Scotū facile perspicuum.

Hinc intelliges quoque illud præceptum non scriptura, sed per traditionem à patribus in filios fluxisse: quemadmodum de præcepto fidei vnus mediatoris, quod erat necessarium ad salutem, nulla scriptura habebatur: vt D. Tho. docet. Dices, nõ potuit sine scriptura esse idem apud omnes, ergo vel erat scriptum, vel non erat sacramentum. Respondeo, erat idem secundum actum interiorem fidei vnus mediatoris: non autem secundum actum exteriorem: quia non erat traditum hoc sacramentum sub certa forma: & confirmo ex sententia D. Thom. nam sicut ille docet, solo instinctu interiori, tunc mouebatur ad eligendas res pro remedio adultorum, id est, pro sacrificio: ita à simili eodem instinctu ad eligendū actum exteriorem ad fidem pro paruulis manifestandam moueri, tunc manifestum est.



QVÆSTIO TERTIA DE CAUSALI-

TATE GRATIÆ.

DD. d. 1. D.

Bona. q. 4. 2.

pr. Ric. art. 4.

q. 1. Dur. q.

4. Castro V.

Bap. hær. 3.

Art. I. An sacramenta nouæ legis sint causa gratiæ?

CONCLUSIO.

DE fide tenendum est, sacramentum nouæ legis causam esse gratiæ: est enim definita in Conc. Flor. sub Eugenio III. his verbis: Sacramenta nouæ legis continent gratiam, & eam dignè suscipientibus conferunt: & in Conc. Trident. cap. 5. in præfat. Sessio. 5. & Sessio. 7. Cano. 6. 7. & 8. vbi anathemate feriuntur hanc Catholicam veritatem negantes.

Prima diffi. Quomodo sacramenta sunt causa gratiæ?

VARIÆ sunt de hac difficultate opiniones, quæ illam difficilem admodum reddunt. Prima est Alex. Alen. q. 8. m. 3. art. 5. & q. 19. m. 2. cui adhæsit D. Tho. in 4. sent. d. 1. q. 4. ar. 4. hi Doctores tenent esse sacramenta instrumentalem gratiæ causam: quia quandam qualitatem efficiunt in anima, per quam disponitur ad gratiam suscipiendam quam dispositionem in sacramentis characterem imprimētibus: dicunt esse characterem, in aliis verò quandam animæ ornatum.

Secunda opinio dicit sacramenta efficere gratiā: ita vt sint causæ morales gratiæ: quia in illis applicantur nobis merita Christi, quæ sunt causa gratiæ: hanc defendit Mag. Cano. in prælectione de sacramentis in genere 4. p. quam dicit esse D. Th. multis in locis, quæ ibidem citat.

Tertia opinio est Scoti d. 1. q. 4. dicentis, sacramenta gratiam efficere, ita quòd se habeat sicut effectus priores destinati ad effectus posteriores, scilicet, ad gratiam: nam sicut notitia dicitur efficere volitionem, quia ad volitionem præsupponitur (nihil enim volitum, quin præcognitum) ita sacramenta dicuntur gratiam efficere: quia ex lege diuina ad illam præsupponuntur.

Quarta opinio est Gab. d. 1. q. 1. scilicet, quòd sacramenta causant gratiam, sicut causæ naturales suos effectus: cuius ratio nititur huic propositioni, scilicet, causam, secundam producere suum effectum



factum, nihil aliud est, quàm Deum talem effectum producere ad præsentiam illius causæ quæ quidem videtur contra fidem: quia si operationes nostræ voluntatis nõ producuntur ab illa sed à Deo, voluntate tamen nostra præsentem, cõtra iustitiam profectò faeret Deus puniendo peccata nostra, quæ ipse, nobis præsentibus, facit.

Quinta opinio est Mag. Soro dist. 1. q. 3. art. 4. asserentis, sacramenta causare gratiam mediatè, & consecutiue.

CONCLUSIO I.

SACRAMENTA possunt quodammodò morales causæ gratiæ appellari, nam moralis causa est, quæ mouet efficientem, mediante aliquo obsequio: & sacramenta mouent quidem Deum Opt. Max. mediante Christi IESV obsequio, ad conferendam nobis gratiam.

CONCLUSIO II.

SACRAMENTA possunt quoq; suo modo causæ sine quibus res susceptis, sacramentalis gratia non confertur, nominari: nam per sacramenta confertur gratia ex opere operato: quare nisi res ipsa suscipiantur, non dabitur talis gratia: atq; ita erunt causæ sine quibus non res, scilicet, susceptis, confertur gratia sacramentalis.

Hinc sequitur, sacramenta, vt in 1. & 2. concl. cõsiderantur, non mereri nomen causæ instrumentalis. Tum, quia causa moralis non est ens, reale, quemadmodò instrumentalis causa. Tum etiam, quia causa sine qua non præsupponitur ad effectum, & non operatur illud, vt apertio fenestræ præsupponitur ad introductionem luminis: at vero causa instrumentalis producit effectum.

CONCLUSIO III.

SACRAMENTA sunt instrumentalis causæ gratiæ: quia illam supernaturaliter efficiunt, eo modo, quo instrumentalis causa artificiosè simul cum suo artifice, effectum producit. Constat ex proprietatibus instrumentalis causæ: nam per illam primà reddit Deus, qui est principalis causa, animas sibi similes. Confertur enim gratia, qua animæ deificantur, & diuinæ naturæ consortes efficiuntur. Secundò, quia non virtute propria: sed Dei, meritorumque Christi operantur, deferuntque actionem Dei ad passum, nam sunt media inter Deum, & animam illa recipientem: & confirmatur autoritate Conc. Trid. Sessio 6. cap. 7. vbi baptismus instrumentalis causa iustificationis nuncupatur.

Art. I I. An possit creatura instrumentaliter creare, vel ad creationem, concurrere?

HÆC quæstio breui in præsentia explicatur: quoniam instituta est de causa gratiæ disputatio. Dux sunt opiniones: vna affirmans Gab. d. 1. q. 2. art. 3. dub. 2. Alma. quem ibi citat, & Mega. Vega super Conc. Trid. lib. 7. cap. 13. Altera & communis est opposita, de qua lege Alex. Alen. in 2. p. q. 6. m. 2. art. 4. Mag. sent. in 4. d. 5. D. Tho. 1. p. q. 45. art. 5. Sco. in 4. d. 1. q. 1. Ric. in 4. d. 5. q. 4. art. 1. & in alijs locis, quæ ibi citantur: Alber. Mag. in 2. d. 1. art. 7. Duran. in 2. q. 1. d. 1.

CONCLUSIO I.

NULLA creatura, etiam per Dei omnipotentiam, potest esse instrumentalis causa creationis: propterea quod, de ratione instrumenti est, vt agat circa aliquod passum, & prius natura, quàm principale agens, illud tangat, sitque medium inter principale agens & passum: quæ quidem in creatione, cum fiat ex nihilo, haud esse possunt.

CONCLUSIO II.

BENE tamen potest esse causa sine qua non creationis, quia imperium diuinum, quod defertur ad nihil id est, ad nullum subiectum, non vtitur creatura, tanquam instrumento.

APPEN.

Hinc sequitur, quod si Deus per orationes, & preces alicuius sancti crearet aliquam formam, tales preces non essent causæ instrumentales: sed morales per rationem modo dictam.

Art. III. An sacramentalis gratia in nobis aliquem peculiarem effectum operetur?

CONCLUSIO.

SACRAMENTALIS gratia, etsi à gratia gratum faciente non distinguatur specie: habet nihilominus peculiarem effectum. Ratio est: quia Deus, & natura nihil faciunt frustra: atque ita frustra ponerentur plura sacramenta, si illorum non essent diuersi effectus. Quamobrem in vnoquoque sacramento promittit Deus simul cum gratia peculiare auxilium ad illius sacramenti effectum: vt in baptismo præstat Deus, cum gratia peculiare auxilium ad reliqua sacramenta dignè suscipienda in cõfirmatione ad fidem publice

*Alex. Alen.
q. 8. ar. 2. § 1.
D. Tho. q. 62.
ar. 2. & D. D.
d. 1. D. Bon.
q. 6. ar. 1 Ric.
q. 4. artic. 4.
Sco. d. 2. q. 1.*

blicè confitentam, & contra inimicos Ecclesiæ defendendam: in Eucharistia delectationem, & deuotionis augmentum: in confessione peculiare auxilium ad persistendum in gratia, ne in eadē vel alia peccata pœnitens relabatur: in extrema Vnctione contra tentationes dæmonum, qui nos in desperationem ducere conantur: demum in matrimonio Deus Opt. Max. speciale auxilium ad superandas carnis concupiscentias concedit.

Art. IIII. An sacramenta virtutem efficiendi gratiam à passione Christi IESV habeant?

CONCLUSIO.

VIRTUS, quæ est in sacramentis conferendi gratiam, ex meritis passionis Christi IESV emanat. Ratio est: quia gratia nulli datur, nisi propter merita passionis Christi: & confirmatur ex Glossa, super illud Rom. 5. In similitudinem prauaricantis Adæ: ubi legitur, ex latere Christi dormientis fluxisse sacramenta, per quæ saluata est Ecclesia.

Hinc colligitur sacramenta esse vasa, in quibus merita Christi deferuntur, & per quæ nobis applicatur gratiæque conferuntur, habita quidem ratione non ad merita nostra, sed Christi, ex quibus virtutem habere dicuntur.

Prima diffic. An habeant virtutem efficiendi gratiam à qualitate, vel virtute aliqua supernaturali illis inhaerente?

CONCLUSIO I.

VIRTUS in sacramentis existens non est specialis qualitas, sed motus à ministro, prout minister est, effectus: vt virtus ablutionis, id est, baptismi, vt sit sacramētum est, quod moueatur à ministro: vt pote, infundendo aquam animo faciendi, quod Christus instituit. Ratio est: quia virtus cuiuscumque instrumenti est motus artificiosus factus ab agente principali, vel ministeriali: & cum sacramenta sint gratiæ instrumenta: vt supra diximus, erit profectò virtus illorum motus effectus à ministro: pro vt minister est, id est, animo faciendi, quod Christus instituit.

Virtutem aquæ in Sacramento Baptismi, & olei in Sacramento

fit

CON

Alex. Alē. q.
8 m. 3. art. 5.
§ 5. o. & 7.
D. Tho. q. 62.
art. 3. 4. 5. D.
Bon. d. 1. ar. 1.
q. 3. & d. 3. ar.
1. q. 2. Sc. d. 1.
q. 5. & d. 2. q.
1. Ricar. d. 1.
q. 3. a. 4. Du.
d. 1. q. 4. & 5.
Gabri. dist. 2.
q. 1. art. 3. Au-
bio 1.

APPEN.

APPEN.

Confirmationis, & extreme Vnctionis esse ablutionem, & vnctio-
nem, & cæterorum sacramentorum esse motum, qui efficitur à
ministro animo faciendi, quod Christus instituit, hinc manifestis-
sime colligitur. Et nota, quòd quando Seo. dicit virtutem Sacra-
menti esse, quòd sit signum certum, loquitur de Sacramento, vt
est signum: at verò, vt est instrumentalis causa, non id inficias sa-
cramenti virtutem esse prædictum motum.

CONCLUSIO II.

SACRAMENTA, quatenus sunt instrumentales causæ, gra-
tiam continent. Ratio est: quia causam continere effectum, nil a-
liud est, quàm habere virtutem producendi illum, & cùm sacra-
menta, quando applicantur à ministro (vt proxima concl. dixi-
mus) habeant virtutem efficiendi gratiam, dicentur profectò
continere illam, quatenus instrumentales causæ sunt, ad differen-
tiam Dei Opt. Max. qui solus est principalis gratiæ causa.

Art. V. De numero, excellentia, & necessitate
Sacramentorum nouæ legis?

DE NUMERO, AN SINT
SEPTEM TANTVM?

Hoc dubio explicatur 2. pars. 2. distin. Magistri.

CONCLUSIO I.

SEPTEM tantum sunt nouæ legis sacramenta: ita enim defi-
nitur in Cone. Flor. expressè, & Trident. Sessio. 7. de sacramentis
in genere cap. 1. vbi ita habetur. Si quis dixerit sacramenta nouæ
legis non fuisse omnia à Christo Domino nostro instituta, aut esse
plura, aut pauciora, quàm septem, &c. Anathema sit.

Hinc colligitur cautè legendos esse Alex. Alen. in 4. p. q. 24. m.
1. vbi dicit sacramentum Confirmationis fuisse ab Ecclesia in
Concil. Meldensi institutum, & D. Bon. d. 7. q. 1. qui tenet cum
Alex. & Hugo. lib. de sacramentis, p. 15. cap. 2. qui affirmat extre-
mam Vnctionem fuisse à B. Iacob. institutam.

DE EXCELLENTIA,

CONCLUSIO II.

INTER sacramenta nouæ legis, Eucharistia Sacramentum
est

d. 2. q. 14.

Alex. Ale. q.

8. m. 7. art. 2.

D. Tho. q. 65.

ar. 1. & DD.

m. 4. D. Bon.

d. 2. q. 3. Scot.

q. 1. Ric. q. 4.

ar. 1. Duran.

q. 2. Gabr. q.

1. art. 1. in ea-

dem d. 2.

APPEN.

D. Tho. ar. 2.

& 3. & habe-

tur in Conci.

Tri. Sef. 7. de

sacramentis

in genere.

Can. 3.

est cæteris præstantius: est enim finis ad quem alia sacramēta ordinantur, & finis est præstantior iis, quæ sunt ad finem: continet etiam Christum realiter.

CONCLUSIO III.

INTER alia sex Baptismus, Confirmatio, & Ordo cæteris præstantiora censentur: quia Baptismus est ianua omnium sacramentorum: confirmatio est ad defendendam fidem: & ordo hominem in supremo Ecclesiæ gradu constituit.

DE NECESSITATE,

CONCLUSIO IIII.

BAPTISMVS, Pœnitentia, & Ordo simpliciter tantum sunt necessaria. Ratio est: quia illud est simpliciter necessariū ad salutem, sine quo de lege peccatum non dimittitur, talia sunt hæc tria sacramenta: de Baptismo enim Ioan. 3. dicitur. Nisi quis renatus fuerit, &c De pœnitentia, Luc. 23. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et de ordine constat, quia sine illo non potest pœnitentia sacramentum administrari.

CONCLUSIO V.

CÆTERA sacramenta sunt secundum quid necessaria, id est, ad salutem conuenientia, ne quis per contemptū illa prætermittat: quia qui sacramentum contemnit, Christum IESVM auctoritatem sacramentorum contemnere videtur.

Art. vlt. De Circumcisione, & reliquis Sacramentis veteris

legis conferant ne gratiam?

QUINQUE sunt opiniones circa Sacramentum Circumcisionis. Prima est Mag. sententiarum d. 1. dicentis, per circumcissionem deleri peccatum, gratiā autem minimè dari: quæ opinio est aperte erronea, quia de lege non datur medium inter filium regni, & perditionis. Nam qui non est mecum, contra me est, &c. vide D. Bonæ. qui illum sano modo interpretatur.

Secunda opinio refertur à D. Th. infra citato eorū, qui dicebāt gratiam dari per circumcissionem, quæ sufficiebat ad deletionem peccati, non autem ad consequendam gloriam: hæc etiā est falsa, quia gratia gratū faciens, & culpam delet, & ad gloriam iuuat.

Tertia opinio affirmat deleri culpam, & gratiam ad gloriam

utilem

utilem conferri: negat tamen per illam carnis concupiscentiam cohiberi.

Quarta est D. Tho. q. 62. art. ultimo, & q. 70. art. 4. qui tenet, nulla veteris legis sacramenta habuisse in se virtutem, qua gratiam operarentur: non enim dabatur gratia virtute circumcisionis de sententia illius, sed fidei ministri.

Quinta opinio est Sco. d. 1. q. 6. quam multo antea defenderat

D. Tho. est. 1. Alex. Alen. q. 7. m. 7. & 8. D. Bona. q. 3. art. 2. Ricar. q. 3. art. 6. in 1. d.
2. q. 103. art. quos sequuntur Dur. q. 5. & Gab. q. 4. eadem dist.
2. ad 2. Scot.

CONCLUSIO I.

q. 6. citata contra Magistrum dist. 1. VETERIS legis sacramenta si cum gratia, & fide, recipiebantur, erant gratia & gloriae ex opere operatis meritoria. Ratio est: quia erat actus à Charitate procedens in Deum relatus. Talis enim

Matth. 10. actus est gratiae, & gloriae meritorius: ut patet Matth. 10. & Mar. 9.
Mar. 9.

Quisquis enim dederit potum aquae frigidae in nomine meo, &c.

CONCLUSIO II.

NOVUM sacramentum, quod erat praecise legis Mosaicae, ex opere operato gratiam conferebat. Definita est in Conc. Flor. sub Eugenio IIII. ubi ita legitur. Nouae legis septem sunt sacramenta, quae multum differunt à sacramentis veteris legis. Illa enim non conferebant gratiam: haec autem nostra, & continent gratiam, & eam dignè suscipientibus conferunt.

APPEN.
 Cauē. Durā.

Hinc colligitur cautè legendum esse Dur. ubi supra, dicentem consecrationem sacerdotalem in lege veteri gratiam contulisse.

CONCLUSIO III.

VIRTUTE circumcisionis olim dabatur gratia: sicut modo Baptismi virtute patet. Primò authoritate Eccle. 1. c. maiores de baptis. ubi dicitur, etsi originalis culpa per circumcisionem remittebatur, & damnationis periculum euitabatur, non tamen ad regnum caelorum perueniebatur: ubi eodem modo loquendi, quo per Baptismum gratiam dari determinatur in Conc. Trid. Sess. 6. cap. 7. vsus est Innocen. III. ad virtutem circumcisionis exprimendam: ibiq; ex professo loquitur, cum, comparet circumcisiōnem cum Baptismo: & in ultimo, scilicet, non tamen ad regnū caelorum perueniebatur, differre demonstrat. Idem docet D. Aug. Cano. ex quo, & D. Grego. Cano. quod apud nos, & etiā venerabilis Beda quē Mag.

De vōse. d. 4.

d. 1. citat. Dices. Conc. Flor. dicit sacramenta veteris legis non contulisse

tulisse gratiā: sed solum figurasse gratiam dandam &c. Respon-
 deo: loquitur de sacramentis, quæ præcisè erant veteris legis: cir-
 cuncisio autem fuit data Abraham ante legem: & quando D. Pau.
 Rom. 4. dicit accepisse Abraham signum circuncisionis, signa-
 culū fidei iustitiæ, quæ est in præputio, non negavit, quin virtute
 propria gratiæ augmentū Abrahæ cōtulerit: neq; rectè inferes,
 nō fuit iustificatus Abraham, quādo accepit circuncisionē: ergo
 circuncisio virtute propria non conferebat gratiā, quæ peccator
 iustificaretur: quemadmodum nō valet à simili, virgo sanctissima,
 quādo accepit Baptismum, nō fuit iustificata: quia iam ab instan-
 ti suæ immaculatæ cōceptionis erat gratiā plena: ergo Baptism^o
 non iustificat alios: recepit siquidem Abraham gratiā augmentū
 per circuncisionem: sicut virgo sacratissima per Baptismū. & no-
 ta: passio Christi tunc in circuncisione non operabatur, vt causā
 efficiens, neq; vt causā finalis, quanuis erat finis institutionis sa-
 cramentorum veteris legis: sed tanquam moralis & meritoria
 causā: vt nunc tēporis operatur: & vt modo merita passiois ex-
 hibita: applicantur nobis per actū exteriorē, id est, per receptio-
 nem sacramenti: ita tunc merita passiois exhibendæ, quæ erat
 causā moralis, & meritoria, per receptionem circuncisionis ap-
 plicabantur. Præterea, si obijcias. D. Paul. dicentem: cur ad ege-
 na, & infirma elementa conuertimini? Res. cum D. Hier. ibidem:
 loquitur contra illos, qui post acceptam Euangelij gratiam, ad
 iudaismum reuertebantur. Nam ante sufficientem Euangelij
 promulgationem diuitijs plena erant: quia circuncisio gratiam
 conferebat, & reliqua Christum venturum significabant. Tan-
 dem si perconteris intelligentiam illius loci: si enim per legem
 iustitiæ: Christus ergo gratis mortuus est, qui videtur conclusio-
 nem Sco. euellere. Res. loquitur ibi B. Paul. de operibus secun-
 dum valorem proprium, & naturalem: vt postea falsò docuit
 Pelagius: non autem secundum valorem à lege, & à diuina or-
 dinatione statutum: nam hoc modo operibus debetur ex meri-
 tis Christi IESU præmium æternæ iustitiæ, vt pote, gratia, &
 acceptatio ad gloriam: circuncisio autem ex meritis Christi vir-
 tutem conferendi gratiam habebat.

Rom. 4.

Galat. 4.
B. Hieron.

Galat. 2.

QVÆSTIO QVARTA DE
CHARACTERE.

Art. I. In quibus sacramentis noue legis character imprimitur.

CONCLUSIO I.

CERTISSIMUM est characterem in anima per sacramenti initerabilis receptionem, si recipiens non ponat obicem, imprimi. definitur in Conc. Flor. sub Eug. IIII. & in Conc. Trid. Sess. 7. & Can. 9.

CONCLUSIO II.

IN Baptismo, Confirmatione, & Ordine duntaxat character imprimitur: definita est in Conc. modò citatis: nã in Flor. dicitur. inter hæc sacramenta tria sunt, scilicet, Baptismus, Confirmatio, & Ordo, quæ characterem, id est, spirituale quoddã signũ imprimunt in anima indelebile: vnde in eadem persona non iterantur: & in Trid. eodem Can. 9. ita legitur. Si quis dixerit in tribus sacramentis Baptismo, scilicet, Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, &c. Anathema sit.

Art. II. An character sit qualitas absoluta in anima existens? &c.

DUO sunt opiniones: vna communis, quam tenent Alexand. D. Bon. 4. p. q. 19. m. art. 2. quos citat Gab. d. 6. q. 2. Ricar. q. 1. D. Th. art. 2. vbi supra. & dicitur ab his esse qualitas absoluta: altera est Dur. d. 4. q. 1. asserentis esse relationem quandã. Sco. dubius est in hac quaestione.

CONCLUSIO I.

CHARACTER est potentia actiua, seu passiua, recipiendi; administrandiue sacramenta: per characterem enim distinguitur sacerdos à non sacerdote scilicet, per potetiam administrandi sacramentum. Baptizatus etiam à cathecumeno per potetiam recipiendi sacramenta: Est enim character signum, quo insigniti adiuuicem distinguuntur, & inter se quando que assimilantur, & à carentibus characterem differunt.

CONCLUSIO II.

RESTAT ista actiua, siue passiua non est ens rationis, aut relatio:

Alex. Alen.
q. 8. m. 4. art.
1. & q. 19. per
totum D. Th.
q. 63. ar. 1. &
DD. m. 4. D.
Bon. d. 6. art.
1. per quin-
que. q. Ricar.
d. 5. toto ar. 2.
Sco. d. 6. q. 9.
10. & 11. Du-
rand. 4. q. 1.
Patrem Ca-
stro cõtra he-
refes V. cha-
racter.

4. m. 10.
11. m. 10.

11. m. 10.

relatio: sed qualitas absoluta in anima existēs. patet: quia impressio est actio realis: vt impressio sigilli in cera, & character dicitur imprimi in anima: vt cōstat Can. maiores de baptismo. tū etiā quia similitudo non est nisi in qualitate, & per characterem, qui illum habent, dicuntur esse similes.

Vide concl. citatam sup. quæst. 4. ar. 1.

CONCLUSIO III.

CHARACTER respectu sacramentorum instrumentalis causa, siue potentia est: quia sacerdos est causa instrumentalis cōversionis panis in corpus Christi verum per verba cōsecrationis: & hoc: quia habet characterem: ergo multo magis character.

DIFFICULTAS,

An sit character indelebilis?

CONCLUSIO IV.

POTESTAS hæc administrandi, vel recipiendi sacramenta, qua character nuncupatur, indelebilis est. definita est expressè in Conc. Flor. & Trid. in 1. art. citatis, & in cap. maiores de Baptismo, & Can. quod quidam. l. q. 1.

Alex. q. 19. m. 5. D. Bona. q. 5 Ricard. q. 3. D. Tho. art. 5. c. bi supra.

Art. III. An sit character in voluntate vel in intellectu tanquam in subiecto?

DVE sunt opiniones. 1. Ale. q. 19. m. 3. D. Bona. q. 3. D. Tho. art. 4. vbi supra Ricard. d. 5. q. 2. art. 2. qui tenent characterem subici in intellectu. Altera Scō. q. vltima. d. 6. qui defendit esse voluntatem characteris subiectum. Dur. verò. d. 4. q. 1. opinatur subici in potentia executiva: vt in manus, & lingua: hæc autem opinio est contra Conc. Flor. Sess. 7. Can. 9. vbi diffinitur imprimi in anima: quam obrem non in lingua, vel in manu.

Durandus caute legēditur hic.

CONCLUSIO V.

CHARACTER non est in essentia anima: vt in subiecto: sed in eius potētia, vel mediātib; potētij; (vt Alex. & D. Bona. affirmat) inest. Ratio est: quia character est signum, quo Christo IESVS, qui est secunda persona Trinitatis sanctissima, configuramur: qua quidem configuratio non fit secundum essentiam anima: sed secundum eius potētias: hæc est Alex. D. Tho. & D. Bona. cui Scō. non repugnat.

In qua igitur potentia meriti?

CONCLUSIO II.

Scoti est.

IN voluntate tanquam in subiecto, probatur: quia omnes Theologi fatentur iustitiā in voluntate collocari, & actus sacramentalis, cum per illū Deo debitum honorem, petendo aeternā salutē ab illo, reddamus, est actus religionis: religio verò pars iustitiā est, atq; ita erit perfectio character, ut iustitiā, in voluntate. Secundò: quia potentia distinguntur per actus, & character inclinatur ad actus voluntatis: inclinatur enim ad actus religionis, & iustitiā, quae est in voluntate: quare, &c. Tertio quia per characterē obligamur ad colendum Deum sacramentalibus operationibus, & obligatio est voluntatis, quia est actus potentia libera: quomobrem in voluntate erit character: ex dictis fit satis rationibus contraria opinio: nam operationes sacramentales, ad quas character inclinatur, etsi fidem saltem in suscipiente praesupponat, non sunt fidei: sed religionis protestationes. Deinde quando dicitur potentia animae subiecti in essentia animae, intelligitur de potentiis naturalibus: character verò est supernaturalis potentia, habens se velut habitus, inclinansque per modum habitus ad operandum.

Tandem nota non esse hoc loco institutam disputationem de subiecto inhaesionis: hac enim ratione tota anima, cum sit indivisibilis, & omnes eius potentiae idem realiter cum illa, erit characteris subiectum: sed de subiecto perfectionis: quomodo intellectus, qui fide perficitur, dicitur esse fidei subiectum.

Art. vlt. An character sit totius Trinitatis Sanctissima, vel alterius divinae personae potius, quam Christi IESU appellandus?

CONCLUSIO I.

Alex. Alē. 4.
p. 9. m. 1.
art. 1. D. Th.
art. 3. ubi su-
pra.

GRATIA, quae est character, quo sancti in Triumphanti Ecclesia ad Dei fruitionē deputantur, non Christi, sed Dei character nominatur: quod autem gratia character sit, perspicuum est: nam est signum, quo homines deputantur ad aliquem finem, nempe ad Dei fruitionem; tum esse Dei characterem patet: quia chara-

character alicuius principis est si gnium, quo milites redduntur illi similes in aliqua potestate: & per gratiam homines Deo similes in potestate fruendi diuina essentia efficiuntur: vt enim Deus est beatus in visione, & fruitione essentia diuina: ita homo media gratia ad similem beatudinem acceptatur.

CONCLUSIO II.

CHARACTER sacramentalis Christi character est: per illum enim principi Christo homini in aliqua potestate assimilatur: quod quidem manifestum fiet posito exemplo. v.g. per characterem ordinis, qui est potestas absoluendi à peccatis, Christo qui sacerdos erat, & peccata remisit, sacrificiumque, id est, seipsum Patri obtulit, & sacerdotali potestate assimilatur, &c. Et nota non reddi nos similes Christo per sacramentalem characterem in alijs potentijs, quas Isaias cap. 33. indicauit, dicens de Christo. *Isaias cap. 33.* Dominus, legifer noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos. quo loco iudiciariam, legislatoriam, Regiam, & sacerdotalem potestatem complexus est.

QVÆSTIO VLTIMA DE MINISTRO
SACRAMENTORVM.

HAC quæstione exponitur. d. 5. & 6. Magistri sententiarum *Alex. Alen. q. 15. vbi sup. c. 10. m. 1. D. Tho. art. 1. q. 64. Ricar. d. 5. q. 2. art. 1. Dur. dist. 5. q. 63. Vega li. 7. super Concilium Trident. à cap. 4. vsque ad 18.* vbi legendi sunt doctores.

Art. I. Quonam pacto Deus, & minister interiores sacramenti effectum operantur?

CONCLUSIO I.

SOLVS Deus est gratia sacramentalis, & characteris causa principalis. nam causa principalis est, quæ virtute propria, & permanenti, atque independenter, reddens passum sibi simile operatur: qualis est solus Deus, qui per suam diuinam voluntatem quæ est permanens, & independens, & ipsemet Deus, reddit hominem sibi similem, iustificando per gratiam illum: Deus enim est, qui iustificat. *Rom. 8.*

CONCLUSIO II.

MINISTER est instrumentalis gratia causa. constat ex propria
F. t. q. f. 4. B 3 prieta

prietatibus instrumentalis causa: non enim operatur virtute propria: sed principalis agentis, nempe, Dei, & meritorum Christi, cuius actionem deferens in animam, reddit illum, non sibi, sed Deo, mediante gratia, similem.

CONCLUSIO III.

Alex. Alen. GRATIA sacramentalis, qua ex opere operato confertur, per sanctiorē ministrū maior minimē datur. Ratio est: quia propter merita Christi datur sacramentalis gratia ex opere operato, & nullo modo propter ministri merita: non enim qui plantat, est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus, lege Cano. Baptismus, & Cano. inter bonos. de consecr. dist. 4.

1. Corint. 3.

CONCLUSIO IIII.

Capit. 5. SANCTITAS ministri, & eius preces suscipienti Sacramentum diuinum impetrant auxilium; vt rectē sacramentali gratia, & libero arbitrio vtatur. Hinc enim Moysen, & Aaron multa suis precibus populo Israëlitico impetrasse legimus. hinc B. Paul. in suis epistolis, pro se orationes fieri postulauit: hinc tandem B. Iacob. multum iusti assiduam deprecationem valere dixit.

Hæresis.

Oppositum 4. conclus. fuit error Pelagij, & aliorum hæreticorum, aduersus quos pater à Casti. Verb. oratio hæresi tertia disputat.

*Art. II. An Christus: vt homo sit instrumentalis causa gratia
qua per sacramentum confertur?*

CONCLUSIO I.

Ad. 1. q. 2. 15. m. 8. d. 2. Th. 2. q. 62. art. 2. D. D. dist. 5. Ric. 9. q. 1. Duran. q. 3. HUMANITAS Christi IESU per receptionem Eucharistia est nunc instrumentalis gratia causa. Ratio est: quia per eius motum agens principale, vt pote, Deus infundit nobis gratiam, qua animas nostras deificat, sibi que similes reddit.

CONCLUSIO II.

Lucæ 7. Marc. 5. HUMANITAS Christi fuit quibusdam iustificationis causa instrumentalis, illis, scilicet, quibus Christo domino loquente fuit concessa gratia, patet: nam fuit instrumentum miraculorum verbi diuini: quia per eius imperium, & motum, miracula efficiebatur: vt quādo dixit. Adolescens tibi dico surge: & Archisynagogi filiam tetigit: quāobré fuit, & iustificationis instrumentum quādo per

do per eius locutionem aliqui fuerunt iustificati: vt Magdalena, Paralyticus, Saulus, & alij.

CONCLUSIO III.

HUMANITAS Christi non est modò in aliis sacramentis, præter Eucharistiam, instrumentalis causa gratiæ, qua per illa cõfertur. patet primo: quia non habet vllam actionem realem, nec motum in aliis sacramentis, per quem principalis causa, scilicet Deus operatur, hoc est enim instrumentalis causa proprium. Secundò, quia causa instrumentalis non mouet principalem, immò ab illa mouetur: at verò humanitas Christi suis precibus mouet Deum: iuxta illud: aduocatum habemus apud patrem, &c. Tertio, quia humanitas Christi ex sententia D. Thom. patribus veteris testamenti per fidem applicabatur: & quoniam non existebat, non erat tunc instrumentalis causa, cum igitur modò in cæteris sacramentis, dempta Eucharistia, non existat, quamuis nobis per fidem, & sacramenta applicetur, non erit profectò instrumentalis causa. Vltimò, causa instrumentalis non tangit passum per solum artificis intentionem (non enim calamo in mente existente scribimus) sed per realem actionem: quare cum humanitas Christi non existat realiter in aliis sex sacramentis, non erit instrumentalis causa gratiæ, & iustificationis.

D. Bona Ric.
Seco. & Dur.
est.

1. Ioan. 1.

CONCLUSIO IIII.

NON sunt passiones, & actiones humanitatis Christi nunc instrumentalis causa nostra iustificationis. Probatur: quia actio realis, qualis est actio causæ instrumentalis: est ab ente reali, nunc autem passio Christi, & eius merita sunt entia rationis tantum in mente diuina existentia. lege Vegam super Concil. Tridè. ca. 15. & infra.

CONCLUSIO V.

HUMANITAS Christi, & eius merita in acceptione diuina sunt modo morales causæ, proprièque dici etiam possunt causæ meritoria sacramentalis gratiæ. Ratio est: quia si Adæ peccatum tantæ fuit malitiæ: vt totum genus humanum per generationem carnalem infecerit: profectò merita Christi, & eius passio sanctissima, tantæ erunt excellentiæ, vt toti humano generi merendo illi gratiæ per sacramentorum applicationem conferendam

Roma. 8.

profint. Vbi enim abundauit delictum superabundauit gratia: & sicut per vnus inobedientiam peccatores cōstituti sunt multi: ita per vnus obedientiam iusti constituentur multi.

Art. III. An Christus: quatenus homo potuerit hominibus potestatem concedere constituendi sacramenta?

DVÆ sunt opiniones. Prima est cōmunis Alex. Alen. q. 15. m. 1. D. Tho. q. 64. ar. 4. D. Bona. art. 3. q. 1. & Rich. q. 3. arti. 1. d. 5. ij defendunt Christum, quatenus Deus est, habere potestatem principalem instituendi sacramenta, eamq; non potuisse Apostolis communicare: verum potuisse illis potestatem excellentiæ, & auctoritatem condendi sacramenta concedere.

Secunda opinio est Dur. in 4. d. 6. q. 4. docentis potuisse Deū Apostolis concedere: vt eligerent res quasdam sensibiles, quæ essent sacramenta: non tamen potuisse illis cōferre gratiam capitis, qua sacramenta conderent.

Sco. communem opinionem defendit: ait enim. d. 1. q. 3. arti. 2. solus Deus potest instituere sacramenta: quia solus potest dare gratiam: & intelligit principaliter, vt ex præcedentibus cōstat. Deinde non negauit humanitatem Christi potestatem instituendi sacramenta habuisse: nā ī fine illius art. ita loquitur: perfectio sacramenti requirit, quod instituat a Deo, vel quod determinet se regulariter cooperari illi signo: vbi apertissimè declarat potestatem instituendi sacramenta creaturæ ex commissione concedi posse.

CONCLUSIO I.

SOLVS Deus principaliter, & independenter, & humanitas Christi ex cōmissione, sacramenta instituere possunt. Ratio est: quia instituere sacramentum est dare alicui rei sensibili virtutem significandi gratiā, quam ex natura sua non significabat: & cū solus Deus principaliter & humanitas Christi ex commissione (quoniam habuit gratiam capitis) possit gratiā dare, profectò solus Deus principaliter, & independenter, & c.

CONCLUSIO II.

NON potuit Christus IESVS Apostolis, vel Ecclesiæ, principalem, & independentem potestatem instituendi sacramenta, quā ipse: vt Deus habuit, communicare: propterea quòd, si talis potestas

itas esset Apostolicis cōmissa, esset quoq; eisdē deitas data: quid: quòd neq; humanitati Christi, cū sit verbo vnita, talis potestas communicari potuit: aliter enim humanitas esset diuinitas.

CONCLUSIO III.

CHRISTVS, in quantum Deus, potuit Apostolis excellentiā potestatem, quam eius humanitas habuit, committere, atque etiam in quātum homo: quia potuit illis dare gratiā capitis, qua sibi, & aliis gratiam mererentur: & cū possent tunc aliis gratiā mereri, potuissent etiam illius gratiā dandæ signa, quæ essent sacramenta instituire.

Vide Dur. dist. 5. q. 5.

CONCLUSIO IIII.

PRAEDICTAM potestatem apostolis minimè tradidit. Ratio est: ne schisma in Ecclesia oriretur: nā si Corinthij diuidebatur, quòd alij à Paulo, alij à Cepha essent baptizati. ego enī, dicebat vnus, scilicet Pauli: alter verò, ego sum Apollo, &c. quātò maior occasio schismatis in Ecclesia fuisset, si Apostoli instituēdi sacramēta auctoritatem habuissent: nē igitur schismatis occasio præberetur, talem potestatem conferre haud decuit.

1. Corint. 1.

CONCLUSIO V.

ECCLESIA potest instituire sacramentalia, & aliquod signum certum, quo ex opere operato virtute meritorum Christi, & sanctorum pœna pro venialibus, & mortalibus peccatis, in dimissis, luenda remittatur. Ratio est: quia cū summus Pontifex possit remittere pœnam temporalē per applicationem meritorum Christi, & sanctorum, poterit planè signum, siue sacramentalē illius remissionis instituire: nam qui potest aliquem effectum præstare, potest quoque certum signum illius effectus cōstituere. Nota, primum: sacramētale nihil aliud esse, quàm solēnem præparationem ad sacramentum, cuius modi est exorcismus, catechismus, &c. Animaduerte secundo, effectum ex opere operato esse, qui datur propter merita Christi.

Art. IIII. An per malos ministros sacramenta & illorum effectus conferri possint?

Alex. Alē. q. 16. m. 2. art. 1. D. Tho. q. 64. art. 5. D. Bona. q. 15. D. Bona. q. 2. ar. 1. q. 1. Ricar. 2. ar. 1.

CONCLUSIO I.

POTESTAS administrandi sacramenta, siue regia per mortale peccatū non amittitur. cōstat multis sacra scripturæ lo-

9.3.ar.3.Sco.
dist.6.q.1. &
Dur.9.3.

ra: locis: & est definita in Conci. Constantien. Sess. 8. & in Tridē. Sess. 7. de Baptismo cap. 11. lege patrem à Castr. Ver. Baptismus hæresi, 6. & Ver. potestas contra hæreses.

C O N C L U S I O I I.

Egregia simi-
litudines de
hac re sunt
apud D. Bon.
D. Tho. &
Castrum vbi
suprà.
Hæresis.

PER Ministrum quantumuis malum, seruantem tamen, que sunt de necessitate sacramenti: sacramentalis gratia suscipienti sacramentum, dummodò non ponat obicem, confertur. Ratio est quia gratia sacramentalis non datur propter merita ministri: sed Christi: vt habetur de consecr. d. 4. Can. Rom. Pontifex. & in Conci. Trident. Sess. 7. de sacramentis in genere Cap. 12. de Baptismo Can. 4. vide apud Gratia. q. 1. primę causę. Circa hunc ar. fuit error Vvaldensium, scilicet, propter quodcunque peccatum mortale Ecclesiasticam, & regiam potestatem amitti, & Donatistarum asserentium baptizatos ab hæreticis esse iterum baptizandos: leg. Castr. locis in prima cõclu. citatis. Scot. est in præsentia liberandus à calumnia, quã illi Magist. Soto imposuit dicens: errasse Scot. vbi supra: quoniam ait baptizatũ ab hæretico, si vult fieri illius discipulus, non recipere verum sacramentum: quod quidem nec somniauit Sco. apud illum enim ita legitur. Si hæreticus baptizat adultum, & adhuc sacramentum sibi confert, & effectus eius, si in adulto non est aliquis malus motus: vt si velit cõsentire hæresi, vel vt fiat discipulus eius, hæc Sco. vbi conditionalem, si, non ad sacramentum: sed ad effectũ sacramenti referendã esse, quis non videt? quid: quòd in eodẽ. q. 1. & non. 2. vt falso apud Sotum legitur, idẽ Sco. concessit baptizatum ab hæretico, etiam, si hæreticus sit, verum sacramentum suscipere.

Scot. libera-
tur in 4. d. 1.
q. 3. art. 3.

Alex. Alex.
9.36.m.2. ar.
2. D. Tho. q.
54. arti. 6.
DD. d. 5. Ric.
9. 3. art. 3.
Dur. q. 2.

Art. V. An minister existens in peccato mor. peccet mor.
sacrament. i. administrando?

C O N C L U S I O I.

1. Corinib. 11.

MINISTER existens in M. extra casum necessitatis administrans, siue laicus, siue sacerdos sit, M. peccat. canonizata est ab Ecclesia in multis textibus. 1. q. 1. in Can. per Isaiam, & Can. omnia, &c. nam sicut qui indignè manducat, iudicium sibi manducat: ita qui indignè ministrat, iudicium sibi acquirit.

C O N

CONCLUSIO II.

IN casu extremae necessitatis existens in mortali, etiam si sit excommunicatus, administrando minimè peccat: ut si laicus, vel sacerdos, &c. puerum agonizantem baptizaret. Et ratio Sco. est: quia concurrentibus duobus præceptis incompatibilibus, illud magis obligat, cuius transgressio magis nocet: & cum magis nocet transgressio præcepti de subuenièdo paruulo morienti, quam præcepti de non administrando in mortali peccato, licet sit profectò ministro, vel excommunicato, &c.

D. Tho. 2.
2. 2. q. 70.
Sessi est ubi
sup.

Hinc colligitur sacerdotem in mortali administrantem absolutionis sacramentum nullo modo à peccato excusari: quia potest, dum pœnitentem audit, interius de peccatis conteri.

APPEN.

CONCLUSIO III.

DIACONI, & subdiaconi in mortali administrantes, mortaliter haud peccant. tum quia illorum ministeria non sunt sacramenta: sed sacramentalia: tum etiam, quia illis de dignè administrando non est impositum præceptum quemadmodum ministris sacramentorum.

Soto dist. 1. q.
5. ar. 6.

CONCLUSIO IIII.

CONCIONATOR, si est publicus peccator, concionando mortaliter peccat: nisi verè pœniteat: secus autem si sit occultus peccator. Ratio est quia præbet alijs ruinæ occasionem dicente D. Paul. qui prædicas non furandum, furaris, &c. per vos nomen Dei blasphematur inter gentes: at verò occultus nulli talè occasionem præbet: immo charitatis, & eleemosynæ spiritualis actum exercet: præsertim quando illi ex officio incumbit, & cum timore, & reuerentia concionatur.

Rom. 2.

Art. VI. An qui recipit Sacramentum à ministro, quem scit in mortali existere, mortaliter peccet?

CONCLUSIO I.

MINISTRUM malū non excommunicatum, cui ex officio incūbit sacramenta subditis ministrare, potest subditis absque peccato imparatum, atque inuitum ad administrandū inducere: nam qui vitur iure suo nō peccat, & subditus habet ius petendi: neq; inducendo peccat, cum petat sibi debitū, quod potest

D. Th. ubi supra art. 2. ad 2. & DD. 1. 5. Ric. art. 1. q. 4. Scot. q. 2. Vide cap. 1. de laterrana de electione. & Glossa in ea. nō est de lib. salub.

curatus

curatus sine peccato reddere, si prius pœnituerit: vt constat ex Appendice quinti artic.

CONCLUSIO II.

PECCAT, qui à sacerdote malo, non curato, & parato publicè in Ecclesia ad administrandum, petit scienter sacramentū. Ratio est: quia cooperatur grauiori peccato ministri: grauius enim multò peccat sacerdos re ipsa administrando quàm si solùm habeat administrandi voluntatem: quemadmodum grauius peccat, qui hominem interficit, quàm ille, cui est solùm cordi interficere.

CONCLUSIO III.

SI Curatus fuerit excommunicatus generaliter tantum, integrum erit subditis ab illo sacramentum petere: etiam si ille non sit ad administrandū paratus. patet: quia generaliter excōmunicatus ante iudicis declarationem, neque in diuinis, neque extrà, neque in receptione, vel in administratione sacramentorum, præter quam in casu, si quis suadente diabolo, vitare tenemur: vt constat per extrauagantem, ad euitanda: secus verò si non fuerit curatus: quia tunc cooperaremur grauiori illius peccato, cum ipse ministrare non teneatur.

CONCLUSIO IIII.

A Sacerdote Curato, vel non Curato, etiã nominatim excommunicato licitum erit necessitas sacramentum in extrema necessitate, id est, in mortis art. petere: de sacramento Baptismi constat, quia concurrentibus duobus præceptis incompatibilibus, illud magis obligat, cuius trãsgressio magis nocet, & cum trãsgressio Baptismi de puero, vel adulto moriente baptizando magis noceat, quàm trãsgressio præcepti Ecclesiæ de non communicando cum excommunicato, primum præceptum obligabit, & secundi, qui sacramentum petit, reus non erit.

*Alex. Alex.
q. 10. m. 3. ar.
5. D. Tho. q.
04. art. 9. Ri-
car. d. 5. q. 4.
art. 3. dist. 10.
secundū §. 1.
q. 1. c. si autē
Ep. seq.*

Art. VII. An fides ministri ad sacramenti veritatem sit necessaria?

CONCLUSIO V.

AD ministeriū cuiuscūque sacramenti neq; fides actualis, vel habitualis ministri desiderat. hæc colligitur ex Co. Flo. vbi materia, & forma, & intentio ministri faciēdi, q̄ Ecclesia facit: nō autem

autem illius fides, ad veritatem sacramenti necessaria esse dicuntur.

Hinc si Sacerdos apostata à fide proferat consecrationis verba animo faciendi, quod Romana Ecclesia facit, vel si habeat intentionem absoluedi in articulo mortis, verum conficiet sacramentum.

APPEN.

Art. VIII. An intentio Ministri sit de necessitate Sacramenti?

CONCLUSIO I.

DE fide tenendum est, esse intentionem necessariam. Definita est in Concil. Florent. saepe haecenus citato: & constat ex iure diuino: nam quando Christus dixit in Cæna, * hoc facite in meam commemorationem, suam intentionem seruandam esse præcepit.

Alexã. Alẽ.
q. 19. m. 1. per
4. ar. D. Tho.
q. 64. art. 3.
¶ DD. d. 6.
D. Bona. q. 1.
¶ 2. arti. 1.
Ric. q. 1. ar. 1.
Scot. q. 2. s. 4.
6. Durã. q. 2.
* Lucã. 22.

CONCLUSIO II.

INTENTIO, quatenus est volitio actus exterioris, est in ministro ad verum sacramentum conficiendum necessaria. patet quia minister est agens liberum, & de ratione agentis liberi est, vt præuia intentione operetur: alioquin nõ esset agens liberum, sed naturale.

CONCLUSIO III.

MINISTER necessario debet ad veritatem sacramenti suum actum exteriorem in hunc finem dirigere: vt per illum actum quod Christus IESVS, vel Romana Ecclesia faciendum instituit, conficiatur. definita est expressè in Concil. Florent. vt ex dictis constar.

CONCLUSIO IIII.

SOLA habitualis intetio, quatenus est simplex actus volitio, non est satis ad sacramenti veritatem. v. g. si cõtingat ebriosum, dormientẽ, siue furiosum sacerdotem ex frequenti consuetudine celebrandi vestibus indui sacerdotalibus, & sumpta hostia consecrationis verba proferre, tali verborum prolatione sacramentum minimè conficietur. Ratio est: quia ille actus non est humanus: non enim habet voluntatis libertatem indeterminatam ad operandum, vel non operandum, atque ita non erit sufficiens actus ille ad sacramentum conficiendum.

CON-

CONCLUSIO V.

ACTUALIS intentio non est ad veritatē sacramēti necessaria, Deus enim ad impossibile, vel quod difficilimū factū est, ne minem obligat: est autem ferē impossibile, vt sacramentū administrans semper actualem habeat intentionem.

CONCLUSIO VI.

SVFFICIT virtualis intentio. v.g. si quis prius quam verba consecrationis proferat, voluntatem, siue propositum cōsecrandi saltē in principio actus habeat, quamvis deinceps distrahatur. Ratio est: quoniam actus ille est humanus à voluntate imperatus, eiusque imperio elicitus, & inceptus, et si deinceps minister distractus sit.

CONCLUSIO VII.

IN TENTIO circa finē actus, id est, vt minister intendat suscipienti sacramentum gratiam conferre, non est necessaria. Patet: quia Baptismus à pagano collatus, est verum sacramentū: & tamen nihil minus intendit, quā vt baptizato gratia conferatur.

CONCLUSIO VIII.

IN TENTIO explicata huius finis, nempe, volo proferre verba sacramenti eo fine, quem Christus instituit, nō est necessaria. Nam implicita sufficit ad sacramenti veritatem: patet, ex cōsuetudine Ecclesie, que non aliam intentionem necessariā prater hanc postulavit: nihilominus, tamen Sacerdotes diligenter laborare vt actualem intentionem habeat, debet, ad sacramentum, maiori cum deuotione, & sanctitate, administrandum.

Alex. 4. p.
9. 13. m. 1.
n. 3.

Prima diffie. Si hereticus est Ecclesia hostis, quomodo habens eius intentionem baptizabit?

CONCLUSIO I.

SATIS est habeat intentionem faciendi, quod Christus faciendum instituit: nam intentio Christi est Ecclesie intentio.

Secunda diffie. Quis ioco baptizaret, conferret-ne baptismum?

RATPO dubitandū est: quia videtur intentione carere. Animaduerte, ioco aliquid sit bifariam. Primo, cum quis simu-

lar.

lat facere, quod non verè facit: vt qui in comœdia simulat fletu
cùm intus rideat. Secundò cùm verè facit: sed inter faciendum
iocatur.

CONCLUSIO I.

QVI primo modo ministraret, non verè conficeret: quia ca-
ret intentione Ecclesiæ: fingit enim se ministrare, cùm non mi-
nistrat.

CONCLUSIO II.

QVI secundo modo: vt si ludens formam baptismi proferret,
verè conficeret. Definita est in Cano. Spiritus Sanctus. i. q. i. vbi
pueros infidelium, quos Anastasius puer ludens baptizauit, verum
suscepisse sacramentũ decretum est: quia intendebat facere, quod
Episcopus Alexandria faciebat.

*Tertia diffie. Si Sacerdos non habet intentionem baptizandi pue-
rum, cùm non recipiat baptismum si moriatur puer,
consequitur ne gratiam?*

CONCLUSIO I.

ERRONEVM est asserere, tunc consequi gratiam. Ratio
est: quia fides Catholica docet sine baptismo, in re vel in vo-
to saluari neminem: & in hoc casu nullo horum modorum puer
est baptizatus.

Quarta diffie. An error persone baptismum destruat?

CONCLUSIO I.

SI minister ita intendat baptizare. y. g. Petrum: vt mente quem
scunque alium excludat secum dicēs, volo Petrum solummodo,
& non alium ab illo baptizare, si loco Petri collocareretur Paulus,
non esset baptizatus. Ratio est: quia deest intentio.

CONCLUSIO II.

TALIS minister suo ministerio abuteretur: debet namque
prius baptizandum cognoscere, & intentionē ad illum, quicūque
sit, baptizandum dirigere: atque ita quauis cognitione specula-
tina Petrum à se baptizari putaret: tamen practica cognitione;
qua Paulo baptismus applicatur, verè esse baptizatus Paulus:
propterea

propterea quod in illa practica intentione Ecclesiæ, intentio continetur.

Alexan. ubi
supra q. 13.
m. . . art. 12.
D. Tho. q. 64.
art. ult.

Quinta diffi. An intentio mala ministri veritatem sacramenti annullat?

NOTA intentionem depravatā ministri posse esse, vel circa essentialia sacramenti: vt si quis baptizet non intentione baptizandi: sed decipiendi baptizatum: vel circa sacramenti abufum: vt si quis cōficeret Eucharistiam ad venenum cum illa prabendū: vel baptizaret puellam infidelem, vt stuprum cōmitteret.

CONCLUSIO I.

4. q. 1. cap. hi
qm. §. sed no-
tandum.

INTENTIO circa essentialia annullat baptismum. nam deest recta baptizandi intentio quæ est de sacramenti necessitate.

CONCLUSIO II.

INTENTIO deprauata circa abufum sacramenti veritatem illius minimè tollit: nihil enim quod sit necessariū ad sacramenti cōstitutionem desideratur. Minister tamen grauissimè peccat. Nam cuius intentio mala, & opus malū: cūm dicat Christus dominus: si oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuū tenebrosum erit. quale est huius ministri opus, nō quod ad veritatem sacramenti, vt constat: sed quantum ad ministri meritum.

Matth. 6.

Art. vlt. An Angelus bonus, vel malus possit de lege sacramentum administrare?

CONCLUSIO I.

Alex. Alen.
q. 16. m. 4. D.
Th. q. 64. ar.
7. Ricar. d. 5.
art. 2. q. 2. Et
ar. 4. q. 4. re-
liqui DD. d.
6. Scot. quæst.
1. 2. c.
* Hebr. 5.

ANGELVS de lege in corpore assumpto sacramentū administrare nequaquam potest: dicit enim D. Paul. * omnis namq; Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in his, quæ sunt apud Deum. & cūm Angelus non sit homo, non erit ex hominibus assumptus, & c.

CONCLUSIO II.

QUANVIS Angeli locutio impropria sit, potest tamen Deus cum Angelo dispensare, vt sacramēti minister sit. vt enim potentia Dei non est alligata sacramentis quod ad iustificationem: ita neque quod ad misterium, vt non possit Angelos quoque sacramentorum ministros constituere.

CON

CONCLUSIO III.

Si Angelus bonus baptizaret aliquem, esset verè baptizatus: hoc enim non præstaret sine imperio, & diuina dispensatione, quemadmodum aliqua templa diuina dispèfatione ab illis constructa fuisse legimus: vt ex historia festi beati Michaëlis Archangeli constat.

CONCLUSIO IIII.

Si esset malus Angelus baptizans, non cèseretur verùm esse baptisma. Ratio est: quia cùm sit pater mēdacij, non illud faceret ex dispèfatione, & imperio diuino: atque ita esset Baptismus iterandus: nunquam enim Deus vtitur ad iustificationem tali ministro. Sco. Angelum non de lege, vt falsò illi imposuit Caie, sed ex diuina dispensatione tantùm posse Baptismum administrare asseruit: lege Mag. Soto, qui Sco. ab impostura Caiet. liberat. Hactenus de sacramentis in genere.

Sco. liberatur.

FLORES QVÆSTIONVM

Sacramenti Baptismi.

HVIVS sacramenti disputatio. 3. 4. 5. & 6. d. 4. lib. à Mag. In 4. ar. q. xi. sent. comprehenditur, super quem legendi sunt Doctores vsque ad 2. D. Bon. Ric. Sco. Dur. & alij atque Alex. Alen. & D. Tho. locis infra citandis.

QVÆSTIO PRIMA DE ESSENTIALIBVS BAPTISMI.

Art. primus. Quenam est Baptismi definitio?

CONCLUSIO I.

BAPTISMVS non est aqua: sed aqua vsus, vt pote ablutio corporis exterior facta sub certa verborū forma, à Christo instituta: quia cùm Baptismo baptizatus sanctificetur, & non per aquam, sed per abluitionem (dicente D. Paul.) mundauit eam, scilicet, Ecclesiā lauacro aque, &c. & alibi, saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, &c. nō erit profectò Baptismus aqua, sed lauacrum

Alex. Alen. tota q. xi. S. Tho. q. 63. ar. 1. & alij DD. super 3. d. Mag. qua hac 2. q. explicatur. Ad Eph. c. 5. Ad Titū c. 3.

F. t. q. f. 4.

C

D. August. lauacrum aqua, quod est aqua vsus, &c. hinc intelligitur locus
D. Aug. accedit verbum ad elementum, &c. vbi per elementum
 aqua vsus intelligit, id est, ablutionem corporis, &c. vt in con-
 clu. habetur.

CONCLUSIO II.

ABLVTIO actiua ab alio facta (quia nemo potest seipsum
 baptizare) ad Baptismum requiritur : verum magis de necessitate
 Baptismi est passiuia ablutio, patet : quia multiplicatis ablutio-
 nibus passiuis tantum, multiplicantur baptismata : nam si vnus mi-
 nister decem homines vnica ablutioe, vel aspersioe, dicēs: Ego
 vos baptizo in nomine Patris, &c. baptizaret, essent decē Baptis-
 mi: & fidem ministri vnum hominem baptizarent, dicentes simul:
 Ego te baptizo, vel, Nos te baptizamus in nomine, &c. essent de-
 cem ablutioes, actiua, & vnicus tantum Baptismus: & non ob
 aliud, nisi quia illic essent decem ablutioes passiuæ, hic verò vna
 duntaxat.

Art. II. An naturalis, & simplex aqua sit tantum Baptismi materia?

CONCLUSIO I.

Alex. Alen. ITA naturalis aqua est Baptismi materia, vt in alio liquore con-
q. 13. m. 2. per fici haud possit definita est expressè in Conc. Flor. & Trident.
3. art. D. Tho. Can. 2. de Baptismo Sel. 7. vbi ita legitur. Si quis dixerit aqua ve-
q. 66. art. 3. ram, & naturalem non esse de necessitate Baptismi: atque ideo illa
DD. d. 3. D. verba Domini nostri IESV Christi: nisi quis renatus fuerit ex
Bona. q. 1. ar. aqua, & Spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit, ana-
1. & q. 1. & thema sit
2. 2. partis d.
Ric. toto ar. 3.
Scot. q. 3. Dur.
q. 4.

CONCLUSIO II.

CONVENIENTIVS multò in aqua naturali, quàm in alio
 liquore est Baptismus institutus: propterea quòd aqua naturalis
 est communis, & ab omnibus tam diuitibus, quàm pauperibus
 potest comparari.

CONCLUSIO III.

QUANDO aqua per iuxta positione alterius corporis ita mu-
 tatur, vt fluida non sit, baptismus in ea confici non potest. Ratio
 est: quia cum Baptismus sit ablutio, si aqua fluere non potest: vt si
 sit terra adeò permixta, vt potius lutum, quàm aqua esse videatur,
 non abluet, atque ita non erit Baptismi materia.

Hinc

Hinc in gelu, nive, grandine, non potest fieri Baptismus: quia APPEN. 1.
sunt corpora densa, & non fluida, nisi liquefiant.

Hinc in aqua rosacea, & alijs aquis arte confectis, non potest ARPEN. 1.
Baptismus confici: quia vt ex I. concl. constat, naturalis aqua est
Baptismi materia.

CONCLUSIO IIII.

SI aqua per transmutationem accidentalem alteretur, bene
poterit esse baptismi materia, non autem si substantialiter transmu-
tetur. Ratio est: quia si aqua substantia mutetur, iam non est aqua,
quæ est huius sacramenti materia.

Hinc in vino lymphato non potest Baptismus conferri: quia ibi APPEN. 3.
aqua est substantialiter in vinum transmutata.

Hinc in iure carniû poterit confici Baptismus: quia ibi solum APPEN. 4.
est alteratio per iuxta positionem pinguedinis carnis: dummodo
pinguedo tanta non sit: vt an ibi aqua existat, dubitetur.

Hinc confutantur varij circa Baptismi materiam errores. Pri-
mus fuit Seleuci, & Hermia, & Galatarû, qui asseruerunt Baptis-
mi materiam esse ignem. Secundus Armeniorum affirmantium
non solum aquam: verum etiam Christum esse de necessitate Bap-
tismi, ita vt sine oleo sacro non possit fieri Baptismus: oleum au-
tem non est nisi de necessitate præcepti Ecclesiæ, atque ita pecca-
ret minister, necessitate seclusa, illud prætermittens. Tertius Vval-
densiû, quibus adhæsit Ioannes Vviclef, hi cõtra Ecclesiæ præcep-
tum tenuerunt, nullo modo oleum esse in Baptismo miscendum.
Vltimus fuit quorundam qui appellati sunt flagellantes se, hi affir-
marunt, aqua Baptismum iam cessasse, mutatumque fuisse in Bap-
tismum sanguinis. Contra istos errores doctissimè agit Pater à
Castro hæres. 1. 7. 8. & 12. verbo Baptismus, contra hæreses.

Art. III. Quenam est Baptismi forma?

CONCLUSIO I.

PRÆCISSA Baptismi forma, sub qua ablutio Baptismi sa-
cramentum efficitur, est, Ego te baptizo in nomine Patris, &
Filij, & Spiritus Sãcti. patet Matth. vit. vbi expressè legitur: dicitur enim, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomi-
ne Patris, &c.

non. II

C 2

Prima

Alex. Alè. q.

13. m. 3. art.

1. 2. 3. D. Th.

q. 66. ar. 1. D.

Bona. & reli-

qui d. 3. Ric.

q. 3. ar. 2. Sco.

q. 2. Dur. q.

1. D. Bona. q.

1. ar. 1.

Matth. ult.

Alexan. ibi.
de Art. 1. D.
Th. ar. 5. D.
Bona. q. 2.
Ric. q. 2. ar. 3.

Prima diffi. Est ne actus baptizandi: vt ab Ecclesia Latina, & Græca exprimitur necessario exprimendus?

CONCLUSIO I.

NECCESSARIA est talis expressio actus. definita est c. 1. de Baptismo, & eius effectu: vbi annullatur Baptismus: quia non fuit in eo baptizandi actus expressus.

Alex. ibi. ar.
2. §. 4. D. Th.
ar. 5. Ricard.
q. 3. art. 2.
Matth. vlt.

Secunda diffi. An necessario exprimenda sit persona baptizanda?

CONCLUSIO.

NECCESSARIO quidem est recipiens Baptismum exprimens. patet Mat. vlt. vbi dixit: baptizantes eos: sicut enim hæc verba, ego absoluo à peccatis, non expressa personam penitentis, nihil significarent: ita neque hæc, ego baptizo in nomine Patris, &c.

APPEN.
Matth. vlt.

Hinc nullus poterit seipsum baptizare: ideo enim Christus dixit: baptizantes eos: nam sicut in generatione naturali nemo potest seipsum generare, ita neque in spiritali regeneratione poterit quis per Baptismum, qui regeneratio est seipsum regenerare.

Ioan. 3.

Tertia diffi. An sit persona ministri necessario exprimenda?

CONCLUSIO.

NECCESSARIUM est, vt persona ministri exprimat, vel subintelligatur. Ratio est: quia forma baptismi non solum interiorem ablutionem animæ per gratiam, verum, etiam exteriori rem corporis quæ fit à ministro, significat. Dicente D. Aug. Sacerdos tangit corpus, & Christus interius abluit: forma enim Baptismi est intelligenda secundum propriam suppositionem, qua vsus est Dominus Iesus illam instituens.

Alex. Ar. 2.
§. 1. D. Tho.
ar. 5. Ric. q. 3.
ar. 2.

Contra Petilianum lib. 3.
c. 49.

Matth. vlt.

Alex. ar. 2. §.
3. D. Th. ar. 5.
Ric. ar. 2 q. 3.
reliqui in
præenti. art.

Quarta diffi. An sit Baptismus sub hac forma, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & humanitatis Christi?

CONCLUSIO I.

SI minister tamen intelligit sacramentum Baptismi habere virtutem ab humanitate Christi Iesus, tanquam causa principali, non

li, non baptizat, propterea, quod potius facit sensum hæreticum, quàm sufficientem: quia humanitas Christi non est causa principalis, sed moralis tantum, & meritoria: vt supra demonstrauimus.

q. 4. de sacramentis in genere.

CONCLUSIO II.

Si verò intelligat habere virtutem ab humanitate, tanquam à causa meritoria, verè conficit. Ratio est: quia illa additio non mutat sensum formæ consuetæ: atque ita sufficiens forma cõseruetur. Idem iudicium erit, si in fine formæ ponatur, & in nomine virginis Maria: nam si minister intelligat virginem Mariam Sanctissimam esse causam principalem, non fit Baptismus: si verò causam impetratoriam, verè baptizat.

APPEN.
Sot. dist. 1. q.
1. art. 8.

Quinta diffie. An fiat Baptismus sub hac forma, Ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & spirati?

Alex. ar. 3. §.
1. D. Tho. art.
6. D. Bona. q.
3. art. 2. Ric.
q. 3. art. 2.

DVÆ sunt extremæ opiniones. Prima est communis omnium Theologorum. Alex. Alen. D. Bona. Scor. & Dur. vbi supra. Altera est glossæ in Can. multi sunt. de consec. dist. 4. & Caiet. loco citato, D. Tho. f. Baptismum sub hac forma conferri posse.

CONCLUSIO.

SV B tali forma neque licet conficere, neque fit Baptismus. probatur: quia non seruetur sensus formæ à Christo institutæ: nam pater, & genitor non sunt nomina synonyma: non enim significant idem & eodem modo: nam etsi pro materiali significant idem, id est, eandem personam patris, penes formale significatum differunt: formale enim patris est relatio, scilicet, paternitas constitutiua patris: at verò formale genitoris est notio, id est, notionalis actio, scilicet, generatio: atque ita non significant eodem modo, quod desideratur: vt formæ consuetæ sensus seruetur.

Sexta diffie. An, si quis dicat, Ego te baptizo in nomine Patris, & IESU Christi, & Spiritus sancti, sit verum baptisma?

D. Tho. art. 5.

DVÆ sunt opiniones. 1. tenet partem aientem: propterea quod nomen Christi IESU est proprium nomen Filij Dei, & ideo, licebit loco Filij proprium nomen collocare. Altera partem

1101

F. t. q. f. 4.

C 3 4 nega

negantem defendit: quia non servatur forma à Christo instituta; qui voluit non solum Filij exprimi ad declarandum ministerium. Sanctissimæ Trinitatis; & processio nem à patre, quæ non ita in nomine Christi, sicut in nomine Filij explicatur.

Hereses.

Dux fuerunt hæreses circa hunc articulum. Vna quorundam Marcitarum qui baptizabant in nomine ignoti patris omnium, & veritate omnium matris; & in eo qui descendit in Iesum. Secunda hæresis fuit Paulianistarum; & Cataphrigum; qui in nomine Trinitatis minime baptizabant. Hæ autem hæreses confutantur in hoc articulo. Contra quas etiam lege Can. Paulianista. 1. q. 1. & Can. quædam autem. 2. q. 3. & Can. si verò. de consec. d. 4. & patrem à Castro hæresi 2. verbo Baptismus.

Legē DD. art. 3. proximo citatos.

Art. III. An in nomine Christo tantum possit Baptismus conferri?

DE hoc art. tres fuerunt opiniones. Prima est communis Alex. Alex. art. 1. §. 2. D. Tho. art. 6. D. Bona. q. 2. Duran. & aliorum vbi supra: hi tunc tunc nullum esse Baptismum in nomine Christi duntaxat collatum esse. Secunda & contraria opinio est D. Ambrosij quem citat & sequitur Mag. d. 3. cui etiam adhæserunt Caiet. vbi supra, D. Tho. & Adrianus, in materia de Baptismo.

Tertia opinio est Ricardi, & Scoti, qui in hac re anticipites esse videntur: ait enim Ricar. Baptismum sub tali forma collatum, esse sub conditione reiterandum.

CONCLUSIO I.

Anois tantum baptizabant in nomine Christi tantum: nam capit. 2. ad Col. in actibus Apostolorum legitur D. Petrum iussisse quosdam in nomine Domini Iesum Christi baptizari. & confirmatur in Can. à quodam, de consec. dist. 4.

Art. 2. §. 10.

CONCLUSIO II.

BAPTIZARUNT Apostoli predicto modo ex diuina reuelatione, & dispensatione: quia Apostoli, neque tota Ecclesia poterunt propria auctoritate sacramenta instituire, vel instituta formas mutare: ut ex superioribus constat: quare non baptizassent in nomine Christi, nisi diuina reuelatio, & dispensatio intentionis essent.

Hæc est communis opinio.

sentit quod fuit factum in nomine Christi crucifixi amabilissimum hominibus redderetur.

C. O N C L U S I O I I I .
Sed Baptismus modo in nomine Christi tantum, vel Sanctissimae Trinitatis implicite conferatur, non erit sacramentum. Definita est à Gelasio Papa in Cano. si reuera. & in Cano. multi. de consecr. d. 4. vbi dicitur agere contra præceptum Evangelicum sic baptizantes, & baptismum esse reiterandum. & cap. i. de Baptismo, & eius effectu. vbi viraque pars conclusionis expressè definita habetur.

C. O N C L U S I O I I I I .

BAPTISMVS in nomine vnus personæ tantum collatus non est verum sacramentum. Constat ex definitione Zachariae Papa Can. in Synodo Angelorum. de consecr. d. 4. vbi dicitur perfectum Christianum non esse, qui non fuerit baptizatus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Christus enim Matth. ultimo instituens formam tres diuinas personæ expressit.

An requiratur immersio baptizati in aqua, v. c. p. 1.

C. O N C L U S I O .

BAPTISMVS collatus per effusionem, & asperisionem aquæ, est verum sacramentum. constat ex 2. & 4. cap. actum vbi legitur Apostolos vna die baptizasse 3000. hominum, & die altera 5000. & omni in effens iam adulti, non poterat ab Apostolis præ corporis magnitudine in aquam immergi, & extrahi, unde fit perspicuum per asperisionem hysopo factam, vel per infusionem aquæ super faciem, aut caput tot hominum millia vna die Baptismum recepisse.

Hinc si quis alium per asperisionem, vel infusionem, siue immersionem baptizet, & non dicat: Ego te baptizo, sed: Ego te abstergo, infundo, aut immergo, dum modo verbum modo baptizandi respondeat, vt si dicat: Ego te aspergo in nomine Patris, &c. erit verum sacramentum: patet: quia ab initio, qua est de necessitate Baptismi potest vno horum trium modorum fieri.

Si verbum non respondeat modo baptizandi: vt si baptizans per asperisionem dicat: Ego te immergo in nomine Patris, &c. nõ

APPEN. 1.

Math. ult.

Alex. q. 13. to. 4. D.
Th. q. 66. ar. 7. & 8. D.
Bona. art. 2. in 3. d. & reliqui ibid.
Ric. ar. 1. q. 3.
Scot. d. 6. q. 3.

APPEN. 1

APPEN. 2

erit Sacramentum. Ratio est, quia talis propositio est falsa: forma
verò sacramenti est propositio vera.

APPEN. 3 Si quis per verbum aspergo, immergo, &c. prætermisso verbo
Sonus diff. 1. baptizo, conferat Baptismum, veniali culpa non carebit: & tantum
q. 1. ar. 8. inde posset scandalum oriri, ut mortaliter peccaret.

*Prima diff. An si minima pars corporis baptizetur,
sic verus Baptismus?*

DVÆ sunt opiniones: una affirmans, altera negans D. Tho. q.
65, art. 11. ad 4. & Ric. vbi supra.

CONCLUSIO.

Hæc est Ric.

Si aliqua pars minima corporis baptizaretur, esset Baptismus
sub conditione reiterandus: si autem pars principalior, ut caput, si-
ue tergum, non esset reiterandus, probatur: quia quando est opi-
nionum varietas, tutior est amplectenda, iuxta celebrem illam iu-
ris regulam: In rebus dubiis certior pars tenenda est.

APPEN. 1

Si capilli tantum abluantur, iterandus erit Baptismus. Ratio
est: quia, ut sit Baptismus, integralis saltim pars in qua est anima tota
abluenda est: capilli verò non sunt partes integrales, cum partes in-
tegrales viuat anima rationali, & per illas aliquis maior, aut mi-
nor esse dicatur: quorum quidem neutrum capillis quadrat.

APPEN. 2

Si aqua solum tangat vestes, & non corpus, non erit Baptismus.
constat: cum ex proxima con. tum ex Baptismi definitione, qua di-
citur Baptismus ablutio corporis exterior facta sub certa verbo-
rum forma.

Secunda diff. An sit trina immersio de necessitate Baptismi?

CONCLUSIO I.

NON est de necessitate, ita quòd si non fiat trina, vel una, non sit
verus Baptismus, definita est in Can. de trina, de consecr. d. 4.

CONCLUSIO II.

SERVANDA tamen est Ecclesie matricis consuetudo, definita
est Conc. Tolet. 4. cap. 5.

APPEN.

Hinc colligitur, trinam, vel vnam immersionem de necessita-
te præcepti esse quo ad baptizantem: ita ut si non semel immer-
geret,

geret, sed ter, vbi semel immergendi esset cōsuetudo, baptismum quidem conficeret: sed ita conficiendo, grauiter peccaret.

D V B I V M.

QVORSVM igitur Ecclesia: vt trina fieret immersio. in Cano. trina, & in Cano. eodem modo. de consecr. d. 4. instituit?

Respondeo: duabus de causis. Prima: vt Hæresis Arrianorū cōfuteretur, qui nō Trinitatis sanctissimæ nomine, & trina immersione (quia malè de sanctissima Trinitate sentiebant) sed in nomine mortis Christi duntaxat baptizabant: putabant enim Christum

Hæresis Arrianorum.

IESVM purum esse hominem, neque Dei filium, nisi propter meritum, quod præcipuè in morte habuit: vt cōstat ex Cano. si quis presbyter. de consecr. d. 4. Secūda ad confutandam hæresim Donatistarum, & eorum, qui putabant tres esse Deos, ideo ī Concil. Tolet. citato, quod refertur Cano. propter vitandam. de consecr. d. 4. definitum fuit, vt vna tantum immersione Baptismus conficeretur.

Hæresis Donatistarum.

Art. VI. An sint tria genera baptismi fluminis, sanguinis, & pœnitentia, & vnumquodque illorum sit sacramentum?

CONCLUSIO I.

TRIA sunt baptismata. Vnum aquæ, seu fluminis: alterum pœnitentiæ, seu flaminis, vt contritio, quæ oritur ex flamma charitatis in Deum: tertium sanguinis, quo martyr proprio sanguine abluitur. pbatur authoritate D. Aug. & habetur. de consecr. d. 4. cap. Baptismi vicem. vbi horum trium baptismatum expressè memini.

*Alex. q. 22.
m. 1. D. Tho.
vbi supra ar.
ti. 11. 12. D.
Bon. toto ar.
1. Ric. toto ar.
2. & reliqui
dist. 4.*

CONCLUSIO II.

INTER hæc tria baptismata, solum aquæ baptisma est sacramentum: solum enim confert gratiam ex opere operato: solum hoc refertur inter septè Ecclesiæ sacramenta: solum requirit determinatam materiam, & formam, & ministri intentionem, quæ de necessitate sacramenti esse dicuntur: vt ex superioribus constat: & solum est ordinarium remedium ad originalis peccati ablutioem.

CONCLUSIO III.

CONTRITIO, & Martyrium, cum illis, qui aquæ Baptismum

C 5

non

non recipiunt, illius vicem gerant Baptismata appellantur, patet quia per hæc duo baptismi, aqua effectus, remissio, scilicet, originalis culpa, & actualis comparatur. confirmatur exemplo Cornelij, qui Act. in. censēbatur iustus per contritionem ante baptismum: & ex Can. Baptismi vicem citato: & de martyribus Apoca. 7. legitur, hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolae suas in sanguine Agni: ubi martyrium ablutio, siue lotio nominatur: iuxta modum & apud Isaiam dicitur: si abluerit Dominus fordes filiarum Sion, & q: ubi contritio ablutio nuncupatur.

CONCLUSIO IIII.

OMNES lutiones, & ablutiones veteris legis, & omnes figuræ Baptismi, nunc baptismata figuralia appellantur, constat ex D. Paul. 1. ad Corint. 10. nolimus vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, omnes transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari: quo in loco per Moysen Ecclesie minister figuratur: per nubem Spiritus Sanctus, cuius gratia datur Baptismum recipientibus, intelligitur: & per mare aqua, quæ est Baptismi materia, indicatur.

Alex. m. 4.
ar. 4. D. Tbr.
ubi supra D.
Bon. d. 6. q. 2.
ar. 1. rel.
qui d. 4.
Joan. 3.

Prima diffic. Qui baptizatur sanguine proprio per Baptismum, cum iam sit iustificatus, si super vixerit, erit ne baptizandus aqua baptizandus?

CONCLUSIO.

ERIT quidem Baptizandus Ratio est: quia Baptismus aqua est necessarius, vel in re, vel in voto, etiam iustificatus: iuxta illud Ioannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c. & constat exemplo Cornelij iusti, qui fuit nihilominus baptizatus.

APPEN.

Hinc collige Baptismum flaminis, & sanguinis simpliciter non sufficere, sed secundum quid, id est, nõ habita Baptismi aqua copiam.

Secunda diffic. An Baptismus sanguinis, aqua, vel flaminis Baptismo præstet?

DVÆ sunt de hæc difficultate opinionones. 1. Alex. Art. 5. m. 4. D. Bonæ. & Dur. locis citatis, hi defendunt hæc baptismata habere

habere se sicut excedens, & excessum. Altera opinio est D. Tho. art. 2. qui affirmat, quatum ad effectum, & modum efficiendi praeualere Baptismum fluminis Baptismo aquae, & utroque esse praestantius, martyrium.

CONCLUSIO II.

BAPTISMUS sanguinis quo ad gratiae infusionem reliquis duobus perfectius esse ceteratur: definita est ab Ecclesia in ca. cum Martiae. de celebrat. Missa. ubi Ecclesia prohibet orare pro martyre: nam dicit iniuriam facere martyri, qui pro illo orat: non autem prohibet pro baptizatis aqua, & flamine orare: quare maiorem gratiam infundet baptismus sanguinis, maiorisque meriti iudicabitur.

CONCLUSIO III.

MAIORIS meriti est Baptismus fluminis, quam aquae. Ratio est: quia in Baptismo aquae datur aequalis, gratia parvulis, & adultis: ut alibi diximus: at vero gratia quae datur per Baptismum fluminis respondet deuotioni suscipientis, vel operantis: atque ita iuxta maiorem deuotionem maior gratia dabitur: & per consequens, erit fluminis Baptismus.

CONCLUSIO IIII.

Si modum cauſandi gratiam consideremus, baptismus sanguinis Baptismo fluminis, & fluminis Baptismus aquae Baptismo praestabit. Ratio est: quia perfectiorem modum operandi habet Baptismus sanguinis, quam fluminis, & fluminis quam aquae: nam Baptismus sanguinis operatur per sanguinis effusionem, fluminis per dolorem, & amorem erga Deum, aquae vero Baptismus per solam exteriorem ablutionem.

CONCLUSIO V.

Art. VII. An Baptismus reiterari possit.

CONCLUSIO VI.

BAPTISMVS iterari non potest. definita est in multis Concil. Carthagin. Vienneſi. Flor. & Trid. Sess. 6. cap. 9. de sacramentis in genere, & ibidem cap. 11. de Baptismo & in multis verbis de consecr.

Hinc iure optimo ab Ecclesia in regulam tantis periculis inter baptizatos, & rebaptizatos puriuntur, ut ex Canonibus quidam dicitur fecer.

Dubium 1. Sect. d. 4. constat. Quid si uterque ius canonicum ignoret? Respon. quando regularitas, vel aliqua pœna canonica propter factum iure diuino prohibitum imponitur, etiam ab ignorantibus incurritur.

Dubium 2. Quid si aliquis dormiens, siue ignorans rebaptizetur? Resp. nequaquam efficitur irregularis: nam tex. in cano. qui bis de consec. d. 4. vbi dicitur: bis ignoranter baptizato ordinari non posse, quem in suum fauorem adducunt. D. Antonius. 3. p. tit. 14. cap. 13. §. 11. & Palud. d. 16. q. 4. nullam habet vim, quia non est alicuius pontificis, aut Conc. sed cuiusdam doctoris.

Lege Scotum d. 6. q. 8.

Dubium 3. Quando dubitatur, sit nê aliquis baptizatus, quanta probabilitas ad non rebaptizandum sufficiet? Resp. si aliquis baptizauerit paruulum, antequam ad Ecclesiam ducatur, tenetur Curatus inquirere, sub qua forma, & intentione baptizatus sit: etsi ritê baptizatum inuenerit, iterum etiam sub conditione, baptizans irregularis efficietur. Constat ex cap. de quibus extra de baptismo, & eius effectu. vbi definitum est solùm licere sub conditione baptizare, quando dubium fuerit, sit ne paruulus, an non baptizatus.

APPEN. 2. Hinc colligitur, ineptissimè facere, Curatos paruulos rebaptizantes, quando de priori Baptismo non est dubium.

APPEN. 3. Hinc quoque colligere licet, adultos scrupulosos natos parentibus fidelibus non esse sub conditione rebaptizandos: quia temerarium est illud in dubium vertere, cum nullam habeant dubitandi occasionem.

Dubium. Si infidelis, qui nil de Euangelio audiuit, amens fiat, & tota illa prouincia, ad fidem Christi conuertatur, erit ne baptizandus.

CONCLUSIO II.

NEQUAquam est baptizandus: nemo enim nisi volens de statu vitæ suæ disponere iudicatur.

Secunda diffi. Quando puer secretè baptizatus est sunt ne benedictiones Ecclesie, & cetera caremonia repetenda?

CONCLUSIO I.

SUNT quidem. Ratio est: quia istæ solennitates iuuant, vt puer gratia baptismali, postea melius vtatur. Quid si repetitis solennitatibus intelligat sacerdos: puerum non esse baptizatum?

CON

CONCLUSIO I.

DEBET, denuo solenniter illum baptizare. Ratio est: quia solennitates non sunt de essentia Baptismi, atque ita poterunt reiterari.

Hinc per primam conclusionem euulsa manent hæreses multorum Anabaptistarum: qualis fuit Donatistarum hæres, qui rebaptizabant ab Ecclesia Romana baptizatos, asserentes apud illos tantum esse verum baptismum: error Cypriani, & aliorum Africæ Episcoporum, qui definerunt, odio aduersus hæreticos ducti, baptizatos ab hæreticis, fore rebaptizandos: qui quoniam pertinaciter non asseruerunt, hæretici non censentur: fuit etiam error cuiusdam Balthassaris, qui paruulos non fuisse verè baptizatos asserens, homines rebaptizandos esse docebat.

Hæreses.

Art. VIII. An Baptismus ab eius institutione, ante mortem Christi, ceperit obligare?

Alex. q. 12.
m. 3. D. Tho.
q. 66 ar. 2. &
1. 2. q. 10. 3.
ar. 4. D. Bon.
d. 3. ar. 3. Ric.
ar. vlt. Scot.
q. 4. Dur. eadem d. 3.
Ioan. 1.

CONCLUSIO I.

BAPTISMVS ante mortem Christi **EST** virtutem regenerandi, id est, conferendi gratiam, & remittendi peccata habuit: patet Ioan. 1. qui me misit baptizare, dixit mihi: semper quem videris Spiritum descendentem, & manentem, ipse est, qui baptizat in Spiritu Sancto, id est, instituit Baptismum habentem vim regenerandi, & sanandi: nam baptizare in Spiritu Sancto est talem Baptismum conferre.

CONCLUSIO II.

BAPTISMVS, ante mortem Christi, vim obligandi non habuit. Ratio est: quia nunquam lex vetus cucurrit cum Evangelica quo ad obligationem: lex autem vetus non fuit euacuata, quo ad obligationem, ante Christi mortem: non enim euacuatur umbra, nisi adueniente veritate. & Hebr. 10. lex fuit umbra futurorum bonorum, id est, mortis Christi, &c.

Heb. 10.

Prima diffie. Cur igitur si habuit vim sanandi non etiam obligandi?

CONCLUSIO.

NULLA lex obligat, donec sit sufficienter promulgata: patet, ex Can. in istis. d. 4. vbi dicitur, leges tunc instruuntur, quan-

quando promulgantur: quam ob rem si non sit sufficienter promulgata, non erit inanis irrita, ut vim obligandi habeat, ut constat ex cap. cognoscentes de constitutionibus extra, ubi habetur ignorantibus leges nullum incurrere detrimentum.

Secunda diffie. Quando igitur lex erit sufficienter promulgata?

NO T A, quod lex, aut irritat factum, ut si conderetur lex diuens; omnes contractus census deinceps sint nulli: aut lex non irritat factum, sed tantum prohibet, vel precipit aliquam actionem: ut si lex aliqua noua diceret: post hac omnes quarta feria à carnibus abstineant.

CONCLUSIO.

QUANDO lex irritat factum, satis est: ut in curia principis promulgetur: ut tale factum sit irritum, etiam ab ignorante legem inuincibiliter. probatur ex cap. venientes. extra de iureiurando. ubi dicitur in omni iuramento intelligendum esse semper ius superiorum exceptum, si illud non irritauerit: ergo à simili dicendum est de omni contractu, quem potest princeps impedire, ne fiat, & factum irritare hæc communis sententia circa legem nõ irritantem factum: sed prohibentem, &c.

Sunt opiniones. i. Sco. ubi supra, & quorundam Canonistarum; ut Abbatis Panor. in cap. cognoscentes. supra citato, qui tenent debere publicari, cum quadam solennitate, id est, quarundam personarum citatione, &c. etiam singulis ciuitatibus Diocesum: ut subditos obliget, & sufficienter promulgata censeatur.

Contraria opinio, quam sequitur Sotus lib. i. de iustitia & iure q. i. art. 4. ait: quod, facta talis legis promulgatione in curia principis, vel in ciuitate Metropolitana regni, obligantur omnes ad illius obseruantiam: excusantur tamen à peccato ignorantes, illam inuincibiliter: ut sunt, qui à curia remoti viuunt: itaque prima opinio ignorantes inuincibiliter non obligat: secunda obligat, & per ignorantiam excusat à peccato.

CONCLUSIO II.

PROMVLGATIO sufficientis, & solennis talis legis debet fieri, etiam in singulis ciuitatibus diocesum, ut obliget subditos. probatur:

hatur: quia lex iusta neminem obligat: ab impossibile: unde cum impossibile sit, ignorantes legem inuincibiliter illam seruare, impossibile erit ad illam obligari. Secundò quia lex est forma, & regula viuendi subditis imposita, & cum impossibile sit talē legem esse formam viuendi ignorantibus eam inuincibiliter, impossibile profectò erit ignorantes inuincibiliter tali lege obligari.

Hinc sequitur, Primò quòd quantum in legis promulgatione dicatur, precipimus vniuersis sub nostra ditione, &c. intelligitur, postquam ad eorum notitiam talis lex peruenit: alioquin esset iniusta: nam, vt constat, ad impossibile obligat. Verum ob-
iicies, sequeretur inde principem non imponere legem, sed legis promulgationem. Respondetur non valere ratio, nam Apostoli fuerunt totius legis euāgelicæ per orbem promulgatores: & tamen nemo hæc ausus dixit, fuisse legis auctores.

Hinc ignorantes inuincibiliter legem: vt habetur in con. Scot. dicuntur excusari à legis obseruatione, non quòd teneatur ad illa: sed potius, quia non tenentur: patet exemplo legis ieiunij, à qua dicuntur excusari, qui nondum nati sunt 21. annos: propterea quòd ad illam inuincibiliter tenentur.

Art. IX. Quando cessarunt legalia:

DE cessatione legalium tres sunt opiniones. Prima D. Hieronymi: & continetur his tribus propositionibus. Prima. A lege data per Moysen in monte Sinay vsque ad mortem Christi, legalia fuerunt necessario quantum ad obligationem præcepti, & vtilia quantum ad obseruationem: quia existenti in gratia erat talis obseruatio meritoria.

Secunda propositio. Statim à morte Christi legalia fuerunt mortua quo ad obligationem, & significationem, & mortifera, quia peccabant mortaliter, legalia obseruantes, & erant Hæretici, nam per illa significabant I. E. S. V. M. nondum venisse: legalia enim I. E. S. V. M. venturam figurabant.

Tertia propositio. Apostoli, post mortem I. E. S. V. M. non verè utebantur legalibus: sed pia quadam simulatione, se vt illis fingebat.

Secunda opinio est D. August. cuius sententia tribus propositionibus comprehenditur.

Alia

Prima

Alex. q. 6. m.
5. & q. 7. m.
g. D. Tho. D.
Bona. & Ric.
ubi supra.

Prima. A Moyse vsque ad mortem Christi legalia fuerunt necessaria, erant enim præcepto.

Secunda propositio. A morte Christi vsq; ad sufficientē Euangelij promulgationem, neque fuerunt necessaria (quia neq; fuerunt sub præcepto) neque vtilia, præsertim circuncisio: quoniam non erat signum gratiæ: erant tamen cōuersis ex iudaismo licita.

Tertia propositio. A sufficienti Euangelij promulgatione vsque ad finem mūdi sunt, & illicita, & mortifera. hanc opinionem sequuntur D. Tho. Ric. & Dur. vbi supra.

Tertia opinio est Sco. vbi supra art. 2. & potest tribus propositionibus concludi.

Prima. Circuncisio ex quo fuit data Abrahæ vsq; Baptismi institutionē, fuit ex eius familia descendētib; vtilis, & necessaria.

Secunda. Ab institutione Baptismi vsq; ad sufficientem Euangelij promulgationem factam post mortem Christi, neq; circuncisio, neque Baptismus fuerūt necessaria: benè tamen ad salutem vtilia: quia conferebant gratiā suscipienti: poterant enim homines saluari vel per Baptismum, vel per circuncisionē: in hac parte discedit à D. Tho. dicente, statim à morte Christi circuncisionem non fuisse vtilē: quia non erat signum gratiæ: bene tamē licitam.

Tertia. A sufficienti Euangelij promulgatione circuncisio neque vtilis, neque necessaria erat: fuit tamen licita, multò etiā post mortem Christi: vt synagoga cum honore sepeliretur: neque in hac re consentit cum D. Th. dicente, à sufficienti Euangelij promulgatione legalia fuisse mortifera.

C O N C L U S I O I.

Q U A N T V M ad figuralem significationē legalia omnia statim à morte Christi cessauerūt: ita vt verè fuerint mortua. patet: quia nil significabant: legalia enim erant figuræ gratiæ cōferendæ per passionem Christi exhibenda: vt in Conc. Flor. habetur: & adueniente veritate, cessat figura. vnde Luca. 18. ecce ascendumus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, &c.

Luca 18.

Hinc obseruatio legaliū in sensu figurali tunc fuit lethalis habentibus notitiam prædicationis, & miraculorum Christi. patet: erāt enim hæretici seruantes illa in sensu figurali: quia negabant Christi aduentum & mortem, nostramq; redemptionem: nam vt fuisset tunc hæreticus dicens verbo tenus Christū nondum venisse,

APPEN. 1.

nisse, ita etiam qui illum factò aliquò negasset.

Hinc, qui longè aberant à Hierosolymis ignorantés inuincibiliter aduentum, mortem, & miracula Christi, &c. & protestantes fidem venturì in esu agni paschalis, quemadmodum in sacra scriptura continebatur, neque peccabant mortaliter, neque Hæretici iudicandi erant. Ratio est: quia scriptura sacra tunc Christum venisse protestabatur: atque ita referentes se ad illam idem confitebantur, & ideo minimè peccabant.

CONCLUSIO II.

IN sensu literalì legalia fuerunt à morte IESV vsque ad sufficientem Euangelij promulgationem, non quidem gentibus, sed Iudæis obligatoria. Ratio est: quia ante promulgationem Euangelij non constabat Iudæis de reuocatione legalium, quantum ad sensum literalem: & lex semper obligat, donec de eius reuocatione constet: deinde sicut, non incipit obligare lex aliqua, nisi post sufficientem eius promulgationem: ita neque desinit obligare, nisi post sufficientem reuocationis promulgationem. tum etiam, quia non magis constabat Iudæis de reuocatione legalium post mortem IESV ante promulgationem Euangelij, quàm illo viuente: ipse autem docebat eos legalium obseruantiam (fuit enim circumcisis, oblati in templo, quinque siclis redemptus) quare in sensu literalì tenebantur legalia seruare: nõ enim per sufficientem promulgationem constabat illis reuocatio.

CONCLUSIO III.

HO CONVERSIS à circumcissione post sufficientem Euangelij promulgationem legalium obseruatio in sensu literalì fuit tantùm licita, vsque ad tempus per Apostolos, vel per Ecclesiam determinatum. constat ex multis locis Actorum: nam D. Paul. circumcidit Timothæum, & rasit caput iuxta ritum Nazaræorum, & secùdum legis ritum ingressus fuit templum, & purificatus: & eodem loco habetur, credentes ex circumcissione fuisse legis æmulatores, id est, ex nimio zelo obseruatores, & tamen neque D. Paul. nec alij peccarunt: quia spem salutis in eorum obseruantia non collocabant, idque vt synagoga cum honore sepeliretur, solummodò faciebāt.

Hinc tempore, quo Euangelium promulgabatur, circumcissio licita quidem erat: non tamen utilis, vel necessaria. confirmatur iisdem rationibus.

CONCLUSIO IIII.

Ex quo Abraham circumcissionem accepit, vsque ad Baptismi institutionem, ante mortem Christi Ihs v, circumcisio descendentibus ex familia Abraham necessaria adultis simpliciter fuit: paruulis verò octauum diem: quia ante diem octauum poterat illis per remedium legis naturæ subueniri. constat, Gen. cap. 17. Vbi ita legitur: Masculus, cuius caro præputij non fuerit circumcisa, delebitur illius anima de populo meo.

*Supra de sacramentis in genere.
Gen. 17.*

CONCLUSIO V.

Vide rationes secunda conclusionis.

Ab institutione Baptismi vsque ad sufficientem Euangelij promulgationem factam post Ihs v mortem fuit circumcisio adultis Iudæis necessaria: sicut ante Baptismi institutionem. Ratio est: quia subditus tenetur legem seruare, donec illius reuocatione sibi constet: circumcissionis verò reuocatio non cõstitit, nisi post Euangelij sufficientem promulgationem.

CONCLUSIO VI.

Quauis paruuli salutem per Baptismum ab eius institutione, vsque ad sufficientem Euangelij promulgationem, consequerentur: parentes tamen paruulos non circumcidentes mortaliter peccabant. Ratio est: non quòd obligarentur propter paruulorum iustificationem (iam enim per Baptismum à peccato originali mundati erant) sed quia subditi tenentur seruare legem, donec constet de eius reuocatione.

Hæc concl. videtur esse contra Sco. vbi supra: non tamen est. non enim asserendo, sed dubitâdo loquitur: nam ait: videtur, quòd non tenebantur parentes prouidere paruulo de alio remedio: sunt enim notanda Sco. verba: dicit enim, ante octauum diem potuit baptizare paruulum: vbi apertissimè iudicat post octauum diem non sufficere Baptismum: sed necessariam esse circumcissionem.

CONCLUSIO VII.

Per promulgationem Euangelij Hierosolymis factam fuit in illa diœcesi reuocata circuncisio: idem iudicium est de aliis diœcesibus: quia in illis tantum fuit reuocata, si quarum metropoli fuit Euangelium solenniter promulgatum. Ratio est: quia nemo obligatur ad impossibile, & per promulgationem Euangelij in alio regno, vel diœcesi factam, plerunque erat impossibile Euangelij

notitiam

notitiam habere vt si in insula v. g. Baleari esset euāgelium promulgatum, & non liceret nauigare præ piratarum multitudine: & non tenerentur tunc euāgelium seruare Iudæi Valentiaë existentes, ad circumcissionem obseruandam obligabantur.

Hinc si aliquis diocesis Cæsaraugustanaë, esset in diocesi, & ciuitate Valentina, audiretque alicuius legis canonicæ solennem promulgationem, teneretur illam obseruare, etiam si Cæsaraugustæ non esset solenniter promulgata.

APPEN. 4.
Notanda.

CONCLUSIO VII.

POST factam promulgationem euāgelij per totum orbem: vt modò est, circumcisio, quacūque intentione fiat, erit mortifera. ait enim D. Paul. ad Gala. 5. si circumcidimini, Christus minus proderit. estque definita can. in cap. maiores. extra de Baptismo. & in Conc. Flor. sub Eugenio III. vbi habetur post sufficientem Euāgelij promulgationem legalia omnia mortifera esse.

Galat 5.

Soto de iustitia & iure, li. 2. q. 5. ar. ult.

Hinc colligitur censendam esse improbabilem Caiet. opinionem asserentis, quòd si aliquis circumcideret se hac intentione, vt Christum imitaretur, non peccaret.

APPEN. 5
Caiet. cau. 3.
p. q. 37. art. 1.

Prim. a. diff. Quando, & vbi Baptismus cœpit esse sub præcepto?

Alex. m. s. ar. 4. D. Bona. & Scot. vbi supra, reliqui etiam d. 1. Ric. ar. 5. per totum.

CONCLUSIO I.

CÆPIT quidem: quamprimum, fuit solenniter promulgatus. Ratio est: quia nulla lex obligat, donec sit sufficienter promulgata: atque ita Baptismus, cum sit lex necessitatè imponēs, vt constat Marc. vltimo, qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. non obligauit, donec sufficienter promulgatus fuit.

Marc. vltimo.

CONCLUSIO II.

NON cœpit Baptismi obligatio in toto orbe à die, qua fuit Hierosolymis promulgatus: nam vt lex humana promulgata in vno Hispaniarum regno, non censetur in omnibus regnis inuictissimo Regi nostro Philippo subiectis sufficienter promulgata: ita neque lex diuina de Baptismo Hierosolymis tantum manifestata, in toto orbe promulgata censebatur.

Scoti est.

CONCLUSIO III.

BAPTISMVS cœpit esse sub præcepto in toto orbe, quando fuit facta promulgatio in præcipuis orbis ciuitatibus. Ratio est:

D 2 quia

Chrysof.

quia, facta hac promulgatione, potuit omnibus innotescere: tunc enim dicitur lex sufficienter promulgata, quando noticia illius potest ad omnium aures peruenire: factaque est huiusmodi promulgatio aut 30. anno à die pentecostes: vt author est D. Chrystomus homilia. 46. super Matth.

CONCLUSIO III.

FACTA euangelij promulgatione, possunt multi inuincibiliter illud ignorare. patet exemplo Indorum, qui ante quam Hispani ad eos peruenissent, Euangelium inuincibiliter ignorare dicebantur.

Secunda diffi. Vt Baptismus sufficienter, & solemniter promulgaretur, qua desiderabantur?

DD. *ubi sup.*

CONCLUSIO.

PRÆDICATIO, & miracula. Ratio est: quia tunc solemniter euangelium promulgatur, quando, eo modo proponitur, quo fidem faciet, & audiētes credere teneatur, & qui nil de IESU audierant sine miraculis ad credendum minimè obligabantur. constat Ioan. 15. si non venissem, & locus non fuisset, &c. peccatum non haberent, scilicet, infidelitatis: vt D. August. declarat.

Ioan. 15?

D. August.

Scotus dist.

4. q. 6. D. Th.

9. 68. art. 1.

Vega lib. 5. sic

per Cō. Frid.

cap. 12.

Tertia diffi. An, euangelio sufficienter promulgato, si adultus per contritionem & Baptismum in voto iustificatus, Baptismum contemneret, solo Baptismi contemptu damnaretur?

CONCLUSIO.

BAPTISMVS ita est in præcepto: vt si adultus nullum aliud haberet peccatum, præter Baptismi contemptum, in æternum danaretur. patet exemplo Nicodemi Ioan. 3. qui in fide, & in charitate accessit IESU: & tamen dixit illi. nisi quis renatus fuerit, &c. & exemplo Cornelij, de quo ait D. August. si iam, Spiritu Sancto accepto, Cornelius baptizari noluisset, tanti sacramenti reus fieret, & refertur de consecr. d. 4. Can. non dubitando.

Ioan. 3.

D. August.

Art. X. An peccauerit D. Petrus seruans legalia, quando fuit à D. Paulo reprehensus?

De cessatione legalium.

DVÆ sunt opiniones. Prima D. Hierony. qui secutus est D. Chrysostomum, & alios Græcos doctores, & habetur super Epistolam ad Galat. 2. in locum: cum venisset Antiochiam, &c. & in Epistola II. quæ habetur in secundo tomo D. Augusti scilicet, Sanctum Petrum non peccasse. sequuntur autem D. Hier. Adria. in 4. q. 1. & Ioan. Maio. d. 3. q. 1. 4.

D. Hieron. Chrysof. Galat. 2.

Secunda opinio fuit D. Augusti. asserentis D. Petrum peccasse.

D. August.

CONCLUSIO I.

BEATVS Petrus, seruando legalia Antiochiæ coram Christianis ex gentilitate conuersis, peccauit probatur: quia illo facto conuersi ex gentilitate fuerunt scandalizati, credentes legalia esse ad salutem necessaria: dixit enim B. Paulus D. Petro tuo facto cogis gentes Iudaizare, quia non ambulasti iuxta veritatem Evangelicam.

Galat. 2.

CONCLUSIO II.

PECCATVM D. Petri fuit veniale. Ratio est: quia factum D. Petri fuit licitum, & ipse volebat scandalizare, neque inde scandalum oriri existimabat, & tunc quidem scandalum passiuum est peccatum mor. quando scandali conscius non illud euitat.

Art. vlt. An preceptum Baptismi sit ad salutem necessarium?

Alex. q. 22.

m. 4. art. 5. D.

Th. q. 68. art.

2. D. Bon. ubi

supra. Ric. d.

4. art. 1. q. 3.

Seco. d. 3. q. 4.

Et d. 4. Vega

libr. 5. super

Conc. Trid.

cap. vlt.

CONCLUSIO III.

NON sufficit paruulis ad salutem parentum benedictio, quando deest aqua, qua baptizantur. Ratio est: quia tunc benedictio, & preces parentum essent sacramentum, cum puer per illas ex opere operato iustificaretur: & ita essent plusquam septem sacramenta, quod est erroneum.

F. r. q. l. 4.

D 3

CON

CONCLUSIO III.

PARVULI possunt saluari per solum martyrium, quâvis non recipiant Baptismi Sacramentum. patet exemplo sanctorum Innocentium, qui ab Herode in odium Christi fuerunt occisi, quorum martyrium Ecclesia colit: & tamen credendum est quosdam illorum circuncisios haud fuisse.

Hæreses.

Caiet. & Gerson cautè legendi.

Primum fuit error contra Con. primam asserentium tantam esse Baptismi necessitatem, ut adultus sine Baptismo in re nullò modo possit saluari. Secundò fuit error Ioan. Vviteles, Caiet. & Gerson. qui asseruerunt paruulos absque Baptismo aqua posse saluari. dixit enim Caiet. vbi supra D. Tho. si paruulus, deficiente aqua signetur signo Crucis, saluabitur absque Baptismo: lege Vegam, & Castro Hæresi 9. vbi supra.

QUÆSTIO SECUNDA DE RECI-

PIENTIBVS BAPTISMVM.

Alex q. 17. m. **H**AC q. d. 4. Mag. explicabitur.

4. D. Tho. q. 68. ar. 9. reliqui. d. 4. D. Bona. & Ric. art. 1. q. 1. & dist. 6. art. 2. q. 2. Sco. q. 1. 2. Duran. q. 3.

Hæreses.

Art. Primus. An pueri ante vsu[m] rationis sint Baptizandi?

CONCLUSIO I.

PARVULI in remedium contra originale peccatum Baptizandi sunt. hæc Con. est definita in multis Concilijs, & tandem in Trid. Sess. 6. cap. 4. & Sess. 7. de Baptismo cap. 12. 13. & 14. lege omnino Castrum vbi supra, qui Concilia citat, & innumeras sanctorum auctoritates asserit.

CONCLUSIO II.

PARVULI Baptizati cum ad rationis vsu[m] peruenerint, legem Christi, quam in Baptismo receperunt, obseruare tenentur. expressè est definita in Cõc. Tri. Sess. 7. de Baptismo Cã. 7. 8. & 13.

Hinc refutantur varia Hæreses: quarum prima assererat paruulis nihil prodesse Baptismum ante rationis vsu[m]: quæ fuit cuiusdam Petri de Bruis, quam ab inferis reuocarunt Anabaptista: quibus subscribere visus est Erasmus in prologo super Matth. dicēs, si placeret maioribus Ecclesia, paruuli, cum veniunt ad ætatem adultam, essent interrogandi, an vellent seruare legem Christi, qui si nollent, suo arbitrio essent relinquendi.

CON

D 3

P. r. p. l. 4.

Secun

Secunda hæresis fuit Pelagij negantis paruulos habere originale peccatum: atque ita dicebat Baptismo minimè indigere.

Tertia Manichæorum, & aliorum, qui dixerunt Baptismū paruulis vtilem esse: non tamen necessarium: quia patrum precibus, præsertim deficiente aqua, poterant saluari. quæ errorem amplexi sunt Ioan. Gerson, & Caiet. vt supra diximus. Quarta hæresis fuit Cathaphrigum, & Marchionistarum, qui mortuos baptizare tentarunt. contra has hæreses lege Patrem de Castro verbo Baptismus. hæresi 5. q. 5. 6. vbi copiosissimè illas confutat.

Gerson, & Caiet. caute legendi.

Art. II. An paruuli infidelium inuitis parentibus sint baptizandi?

TRES sunt opiniones. Prima est D. Tho. & Ric. hi tenent nullo modo paruulos infidelium, inuitis parentibus, posse baptizari. Secunda opinio est Dur. qui ait: si parentes infidelium sunt Christianorum mancipia, possunt: sin minus, Baptismus nullū sortietur effectum. Tertia opinio est Scot. qui ait paruulos infidelium Christianis principibus subditorum, posse, inuitis parentibus, baptizari, dummodò hoc cautè fiat, ne, scilicet, post Baptismum parentibus reddantur, sed religiosè nutriantur, & parentes hoc timentes trucident paruulos: vt à Christianis non baptizentur, quòd quidem dicit libere nō cui libet, sed principi, qui est minister iustitiæ diuinæ: tota autem controuersia inter Sco. & D. Tho. consistit in hoc, quòd Sanctus Thomas dicit esse contra ius naturæ paruulos ita baptizare. Sco. verò illud pernegat.

Alex. q. 18. m. 1. D. Tho. vbi supra ar. 10. D. Bona. ar. 2. q. 1. Ric. d. 6. 3. ar. 3. Scot. d. 4. q. 9. Durā. d. 4. q. 6.

CONCLUSIO I.

PRINCEPS Christianus potest paruulos infidelium sibi subditorum, parentibus inuitis, baptizare: dummodò eos Christianis nutriendos tradat, cõfirmatur variis rationibus. Prima ex D. August. quia quando dominia sunt subordinata, parendum est dominio superioris, inferioris præcepto cõtempo: & cum Deus, qui est Dominus vniuersalis secundum legem naturalem, & evangelicam omnium paruulorum, præcipiat paruulos sibi per Baptismum consecrari, quanuis pater infidelis, qui est dominus particularis, velit oppositum, princeps, qui est minister iustitiæ, poterit illos auferre, & Deo consecrare. Dices vera est D. August. sententia dummodò non sit præceptum contra legem naturæ: lex

D. August. Homilia 6. de verbis domini.

Augustini.

Lege totū ca-
pit. 3. Matth.

1. Corint. 7.

enim gratiæ non destruit legem naturæ, sed perficit: auferre autem paruulos est contra legem naturæ: verum quidem est legem gratiæ non destruere legem naturæ, de actibus virtutum: nam lex naturalis, quæ prohibet accessum ad alienam, per legem Euangelicam perficitur, quæ prohibet etiam concupiscentiæ: at verò quæ est de conseruatione dominorum aliquando per legem Euangelicam destruitur: lege enim naturali matrimonium consummatum est insolubile: & tamen si alter conjugum conuertatur ad fidem, & infidelis nolit cum conuerso habitare, poterit fidelis cōtrahere: & ita amittit infidelis dominium per legem gratiæ, dicente Apostolo: si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi. Deinde in matrimonio rato si alter religionem solēniter, profiteatur, manens in seculo, amittit dominium, tunc infideles regibus Christianis subditi lege naturali sunt suorum bonorum Domini: & tamen compelluntur soluere decimas de prædiis, quæ à Christianis emerunt: vt constat cap. de tertiis. extra de decimis. præterea probatur conclus. si aliquid obstaret, esset, quia pater non potest priuari paterna potestate, quæ sibi iure naturæ conuenit: nam de lege naturæ est, quod filij sint sub potestate patris, & non matris: quemadmodum constat instituta de patria potestate. §. 1. vbi ita legitur: filius ex te, & ex tua vxore natus, sub tua potestate est. C. de patria potestate. l. si filius. nihilominus tamen Ecclesia præcipit paruulos, reluctantē patre baptizari: vt constat Can. Iudæi. 28. q. 1. cuius verba sunt: Iudæi, qui christianas mulieres in coniugio habent, &c. quod si admoniti fuerint, & noluerint separentur, &c. filij autem, qui ex talibus nati sunt, fidem, atque conditionem matris sequantur: ad hæc tenent aduersarij, quod si de facto baptizentur, recipiunt characterem baptismalem. contra ad hominem argumentor, & confirmo conclus. quod iure naturæ est nullum, & irritum, & iure Euangelico, vel Ecclesiastico non confirmatur tanquam licitum, semper est illicitum, etsi fiat non tenet: vt patet de contractu simoniaco illis verbis prohibito, scilicet, quod gratis accepistis, gratis date, & de contractu matrimonij inter fidelem, & infidelem, qui eundem contractus propter solam prohibitionem à Deo factam, sunt nulli: quare si Deus, & Ecclesia, vt aduersarij affirmant,

firmant prohibent filios infidelium, inuitis patribus, baptizari: si de facto baptizentur, nō recipient characterem, & cōfirmo: quia si Ecclesia expressè diceret, nolo paruulos, inuitis parentibus, baptizari, si de facto baptizarentur, non imprimeretur character: quia, deficiente voluntate Ecclesia, & parentum, non esse interpretatiua voluntas paruulorum, quæ ad baptismum desideratur: ergo cū Ecclesia per aduersarios hoc nolit, haud recipient characterem, quod est contra suam sententiam.

CONCLUSIO II.

PARVULI infidelium, nō subditorum principibus Christianis, cum quibus nullum est nobis bellum, inuitis patribus, baptizari possunt. Ratio est: quia si integrum esset expoliare patrem infidelem potestate patria, volētem suos paruulos occidere: multo magis profectō licebit, si velit eos spiritualiter occidere. Dices nimè licet: quia non sunt faciendā mala: vt inde veniant bona: & malum quidem est expoliare patrem infidelem potestate, quæ illi iure naturali competit: hæc tamen ratio nō tollit vim conclu. quia ordo charitatis & in præcepto, & quando nō patet alia via salutis æternæ, quàm priuando proximum re aliqua temporalis, possumus illum re illa priuare: animo recompensandi plusquam æquiualens: tunc enim nulla fit iniuria, & cū paruulis infidelium alia via salutis non pateat, nisi eripiendo illos à patria potestate, animo recompensandi iniuriam, consecrandoque illos Deo per Baptismū, non erit profectō facere malum: & cū ordine charitatis præferre teneamur vitam spiritualem, salutemque æternam temporalibus bonis, inter quæ connumeratur patria potestas.

Ad Rom. 3.

Prima diffi. An infideles adulti minis & terroribus ad Baptismum compelli possint?

Alex. vbi supra, & D. Bona loco citato. Ricard. d. 6. 7. 1. ar. 3.

DVÆ sunt opinioniones. Prima D. Tho. vbi supra ar. 8. qui negat fieri posse. Altera, & contraria Sco. vbi supra. Nota distinctio nem, qua facile hi Doctores conciliantur: vel sunt minæ, & terrores ad inferendam mortem corporalem, vel ad mortem ciuilem tantum, vt est exilium.

CONCLUSIO III.

NON potest princeps Christianus primo modo infideles ad

D 5 Baptismum

Baptismum compellere. definita est 45. d. Can. Iudæis. vbi ita habetur: præcipit Sancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri.

CONCLUSIO II.

SECVNDO autem modo benè possunt, hac forma, quicumque infidelis, aut baptizetur, aut ciuilem mortem patiatur: atque ita factum est in regnis Hispaniæ. patet concl. per legem cunctos populos. cap. de summa Trini. & fide Catholica. vbi Christianissimi Imperatores ita lege præceperunt. Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit imperium, in tali volumus religione versari, quâ D. Petrum tradidisse Romanis, religio vsque adhuc ab ipso insinuata declarat. ex dictis facile soluentur aduersariorum rationes. Et qui obiiciunt hætenus Ecclesiam non fuisse vsam tali potestate, neque legem de hac re statuissè minimè vrgent. non enim talis lex esset statuenda, quoniam esset infidelibus scandalosa: propterea quòd occiderent paruulos, ne à Christianis baptizarentur. Deinde obiiciunt: liceret etiam infidelibus propter hanc causam bellum inferre: daretur què tunc bellum ex vtraque parte iustū: nã iustè parentes iure naturæ bellum inferrent, & Christiani etiam propter præceptum de Baptismo: neque hæ rationes vim vllam habent: quia nobis non licet hac de causa bellum inferre: sed aufertur cum cautela, ne parentes hoc subolfacientes illos trucident. Rursus disputant: si hoc licet, peccant ergo parentes possidendo: quia iniustè eos possidēt. nequaquam eos iniustè possidēt: quia iure naturæ possidēt, sed indignè: digni enim sunt, vt filiis priuētur: quemadmodum qui Canonice electus est i guardianum priorem, &c. ineptus tamen ad officium, iustè quidem possidet: quia Canonice electus: verum indignè, quia dignus est, vt dignitate priuatur. tandem adducunt contra Sco. D. Paul. dicentē: quid enim mihi de iis, quæ foris sunt, iudicare? & cū paruuli infidelium sint foris, cur illos Ecclesia baptizat: facile satisfacies, si dicas Ecclesiam non habere potestatem super infideles ad coercendum, & expugnandum illos ratione infidelitatis: habere tamen ad liberandum innocentem à potestate infidelium: & cū paruulus sit innocens, poterit illum à parentibus infidelibus liberare, consecrando Deo per Baptismum, ea ratione, qua in progressu disputationis explicatum est.

1. Corint. 5.

ed. d. 10.

ed. d. 10.

ed. d. 10.

ed. d. 10.

ed. d. 10.

ed. d. 10.

ed. d. 10.

ed. d. 10.

ed. d. 10.

ed. d. 10.

ed. d. 10.

ed. d. 10.

Art. III. An paruuli intra uteros matris existentes

possint Baptizari:

Alex q. 17 m.

2. ad 5. & m.

3. D. Tho. art.

11. q. 68. D.

Bona. d. 6. q.

1. Ric. d. 6. ar.

2. q. 1. Dnr. d.

6. q. 1. Sec. d.

4. q. 1.

OPINIO communis tenet partem negantem. vnus Caiet. vbi supra D. Tho. defendit paruulos intra maternos uteros posse per benedictionem parentum in nomine Trinitatis, absque Baptismo saluari.

C O N C L V S I O I.

PVERI existentes intra uterum non possunt Baptismum recipere probatur ex D. August. apud D. Tho dicente: nemo renascitur, nisi prius nascatur.

Cauem. Caiet.

D. August.

C O N C L V S I O I I.

NULLVM est remedium, quod possit paruulis intra uterum matrum existentibus ad remissionem peccati originalis adhiberi, præter Martyrium, & flaminis Baptismum. constat ex Can. firmissimè, & est D. Aug. de consec. d. 4. vbi ita legitur, firmissimè tene, &c. paruulos, qui in utero matris sine Baptismo moriuntur, sempiterno igne puniendos: dixit enim Christus Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit, &c. quæ lex, cum sit vniuersalis, vniuersaliter est intelligenda. Secunda pars conclusi. patet: vt si marer pro Christo mortem subeat, iustificatur per martyrium, & filius si in contumeliam Christi occidatur. Sansoni verò, Hieremiæ, Ioanni Baptista remissum fuit originale per Baptismum flaminis, id est, per sanctificationem Spiritus sancti, & non per preces parentum: vt ait Caiet. quia nullus præter Christum potest alijs primam gratiam mereri: nam solus Iesus gratiam capitis habuit. Quid faciendum de muliere ad mortem damnata quæ in utero habet?

D. August.

Ioan. 3.

Dubium.

C O N C L V S I O I I I.

NON est morte punienda ante partum, esset enim graue peccatum: vt constat in leg. negar. ff. de statu hominum, & in leg. prægnantis. ff. de penis.

Erit ne aperienda, vt foetus Baptizetur, si sit morti propinqua?

Dubium.

C O N C L V S I O I I I I.

HAVD integrum erit vllo modo illam aperire. Ratio est: quia non sunt facièda mala: vt veniant bona: nam si eius mos esset certa, illam viuentem aperire esset profectò interimere. quod est facilius nefandum.

Ad Rom. 3.

C O N

CONCLUSIO V.

MORTVA iam matre aperienda est, & puer si viuit extrahendus, & baptizandus est: ita enim in leg. posthumus. ff. de in offic. testamēto. scribit Solinus, Iulium Cæsarem fuisse extractum, idem quoque Paulus à Castro affirmat. fuerit ne ille Iulius Cæsar, an alius, parum ad hanc rem facit.

APPEN. Hinc soluitur quaestio, scilicet, quando mater baptizatur, non baptizari simul puerum, quem in utero gestat: est enim de essentia Baptismi, vt corpus aqua abluatur, & cum aqua non tangat tunc pueri corpus, non erit Baptizatus.

*Ale. q. 17. m.
s. D. Tho. q.
68. art. 3. Ric.
d. 6. q. 3. ar. 4.
Sco. & Dur.
ubi supra.*

*Art. IIII. Adultus habita fidei, notitia poterit ne
Baptismum vsque ad mortem differre?*

CONCLUSIO I.

PARENTES tenentur suos paruulos ante rationis usum baptizare, neque licebit Baptismum absque peccato per multum tempus differre Ratio est: quia si teneretur illis morbo corporali laborantibus quamprimum possent subuenire: multò magis cum morbo spiritali, peccato scilicet originali, laborent, erit quam citissimè subueniendum.

APPEN. Vnde peccant mortal. parentes, si differant Baptismum, quando paruuli sunt in articulo mortis, vel quando per prælatos illis præcipitur, vt paruulos baptizent.

CONCLUSIO II.

ADULTI non sunt baptizandi, quamprimum Baptismum petunt. definita est Conc. Bracharen. & refertur. Can. ante viginti, & in Conc. Leodicen. in Can. non liceat de consecr. d. 4. vbi præcipitur, instruendos esse prius viginti dierum spatio. & Can. Iudæi. eadem distinctione præcipitur per octo menses futuros esse Iudæos cathecumēnos, propter frequentem eorum perfidiam.

CONCLUSIO III.

QUANDO adulti sunt omnino instructi, vel in mortis articulo constituti, non est illis Baptismus protrahendus. patet exemplo Cornelij, & Eunuchi Candasis reginæ: tunc enim omnis causa protrahendi Baptismum cessat.

*Art. cap. 8.
& 10.*

CONCLUSIO IIII.

Non est modo per Ecclesiam determinatum aliquod tempus in quo catechumeni baptizari teneantur: nam Can. secundæ conclusionis, & Can. duo tempora. eadem distinctione non catechumenis, sed episcopis duntaxat tempus determinant.

CONCLUSIO V.

Non est catechumenis tempus suscipiendi Baptismum iure diuino determinatum. Ratio est: quia præceptum affirmatiuum: vt est Baptismi præceptum, obligat semper ad habendum animum paratum: non tamen pro semper, nisi tempore ab Ecclesia statuto.

CONCLUSIO VI.

Si catechumenus sine rationabili causa, & prælatorum Ecclesiæ licentia, finito catechismo, Baptismum differat mortal. peccat. Ratio est: quia quando tempus solutionis indeterminatum est, tenetur debitor soluere debitum, quodocunque à creditore petitur sub pœna peccati mortalis, si potest soluere: & tunc catechumenus est debitor suscipiendi Baptismum.

*D. Tho. est
ubi supra.*

*Art. X. An requiratur dispositio in adulto baptizando,
vt gratiam consequatur?*

*Alex. q. 18.
m. 2. ar. 1. D.
Th. q. 68. art.
4. Sco. d. 4.
q. 5.*

¶ ABSOLVETVR aliquot difficultatibus positis.

*Prima diffc. An qui habet complacentiam alicuius
peccati sit baptizandus?*

CONCLUSIO.

HOMINI habenti voluntatem peccandi, vel complacentiam peccati præteriti: non est Baptismus conferendus. Ratio est: quia cum ille peccat mortal. recipiendo Baptismum, peccabit etiã mortal. minister: conferendo enim, peccato illius cooperatur.

Secunda diffc. An teneatur peccata confiteri, & pro illis satisfacere?

*Alex. q. 18.
m. 2. ar. 1.
Sco. q. 5. ubi
suprà D. Th.
ar. 5.*

CONCLUSIO I.

PECCATA commissa ante Baptismum, non sunt ante Baptismi susceptione confitenda. Ratio est: quia Ecclesia non
habet

habet potestatem super non baptizatos: unde non poterit illos ab-
soluere: sententia enim à non suo iudice lara nulla est.

CONCLUSIO II.

NEQVE tenebitur ad eorum confessionem post Baptismum
1. *Corinth. 5.* susceptum: non enim habet Ecclesia iurisdictionem super pecca-
ta extra illam commissa: dicente D. Paul. quid enim mihi, de his,
quæ foris sunt iudicare?

CONCLUSIO III.

NEQVE tenebitur pro illis peccatis satisfacere. cõstat ex Ca,
sine pœnitentia. de consecr. d. 4. ubi dicitur, gratia baptismalis non
indiget gemitu aut planctu, scilicet, exteriori: sed omnia gratis,
etiam purgatorij pœnam, condonat.

*Alex. ubi su-
pra, & D.
Tho. est. q. ci-
tata ar. 4. &
Sco. q. 5. Dur.
q. 2. dist. 4.*

Tertia diffi. An baptizandus teneatur habere contritionem?

CONCLUSIO.

ATTRITIO sufficit in Baptismo ad remissionem peccati,
etiam si baptizandus sit attritionis conscius. patet ab effectu
Baptismi: est enim regenerationis sacramentum, et si esset necessa-
ria contritio præcedens, cum per illam essent remissa peccata,
non esset sacramentum regenerationis: nam præsupponeret ba-
ptizandum per contritionem sanctificatum.

APPEN.
q. 86. ar. 2.

Hinc colligitur fallam esse Caieta. opinionem dicentis, nullũ
actum requiri: sed satis esse, ut qui ad Baptismum accedit habeat
propositum recipiendi illum in remissionem peccatorum. dicit
enim D. Petrus, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque
vestrum: ubi ante Baptismum necessariam esse pœnitentiam in-
dicauit.

Quarta diffi. An desideretur intentio suscipiendi in baptizato?

*Aflorum. 2.
Alex. q. 18.
m. 1. ar. 3. D.
Bona. d. 6. q.
1. ar. 2. Ric. d.
6. q. 3. art. 2.
Dist. 6. q. 2. q.
68. ar. 7. d. 4.
q. 4.*

TRES sunt opiniones. Prima Dur. dicentis, in adultis requi-
ri propriam voluntatem. Secunda Caiet. ubi supra D. Thom.
asserentis, neque in paruulo, neque in adulto desiderari consen-
sum: sed satis esse non habere contrariam voluntatem. Tertia Sco.
qui ait, in adulto requiri cõsensum, existimatque impossibile esse
reperiri aliquem neutrum.

CON-

CONCLUSIO I.

DE ratione Baptismi est vt tam in paruulis, quàm in adultis sit voluntarius consensus. Ratio est, quia cum peccata, in quorum remedium Baptismus est institutus, sint voluntaria, vel formaliter, vt actualia: vel interpretatiuè, id est, in sua causa & radice, vt originale, debet quoque remediũ esse voluntarium: quia in moralibus per quascunque causas aliquid nascitur, per eandem dissoluitur.

CONCLUSIO II.

BAPTISMVS in paruulis est volũtarius interpretatiuè, id est per voluntatem Christi, & Ecclesiæ. Ratio est: quia sicut originale peccatum fuit voluntarium non in paruulo, sed in Adam: ita remedium satis erit in paruulo, vt sit voluntarium in Christo instituyente, & Ecclesiæ ministrante: fuit enim primus Adam futuri Adæ, scilicet, Christi forma.

Ad Rom. 7.

CONCLUSIO III.

VT Baptismus sit sacramentum in adultis, actualis, siue virtualis voluntas illum suscipiendi desideratur. definita est in ca. maiores. de Baptismo, vbi ita legitur: dormientes autem, & amentes, si prius quàm dementiam incurrerent, aut dormirent, in contradictione perstiterunt, non characterem suscipiunt sacramenti: secus verò si prius cathecumeni extitissent, & propositum baptizandi habuissent: lege etiam Can. a grotantes. de consec. d. 4.

CONCLUSIO IIII.

SI aliquis sit neuter, qui nunquam aliquid de Baptismo audiuit: vt Indi, ante quàm Hispani ad eos peruenissent, is, si baptizetur, sacramentalem characterem non suscipiet. Ratio est: quia suscipiens Baptismum non naturaliter, sed liberè patitur: atque ita voluntas suscipiendi desideratur.

Hinc sequitur non posse Ecclesiam talem hominem ad fidem Christi seruandam compellere: esset enim contra iustitiam: si quidem diceret inuitè esse baptizatum. & confirmatur ex cap. maiores proxime citato, vbi Innocentius dicit dormientem esse baptizandum, dummodo vigilans habuerit propositum recipiendi Baptismum: quia aliter non recipiet characterem.

APPEN. 1.

Ex dictis facillè deprehenditur contra Caieta. saltem virtuale intentionem esse necessariam.

APPEN. 2.

Alex. q. 18.

m. 2. per 6. §.

D. Tho. q. 68.

ar. 8. D. Bon.

d. 3. q. 3. Ric.

d. 6. q. 1. art. 1.

Scot. d. 4. q. 5.

Duran. dist.

6. q. 2.

Alex. ubi su-

pra m. 3. D.

Th. art. ult. q.

68. Ric. d. 6.

ar. 2. q. 2. Sco.

dist. 4. q. 4.

Dur. d. 4. q. 5.

Art. VI. An requiratur Fides.

CONCLUSIO.

VT baptizatus gratiam recipiat: fides in eo desideratur: non tamen ut characterem accipiat. Definita est in Conc. Cart. ubi decretum fuit contra D. Cyprianum, & reliquos Aphricæ Episcopos ab Hæreticis baptizatos non esse rebaptizandos, etiam si minister, & baptizatus Hæretici fuerint.

Prima diffi. An amentes, furiosi, & dormientes sint baptizandi?

CONCLUSIO I.

AMENTES, & furiosi à natiuitate, qui nunquam habuerunt lucida interualla, nec illa habituros speramus, baptizari possunt, sicut paruuli in fide Ecclesiæ: æquale namque est vtrorumque iudicium, cum solo originali peccato laborent.

CONCLUSIO II.

AMENTES, qui aliquando ratione vsi fuerunt, si in illo instanti, quo rationis vsu amiserunt, voluerunt baptizari, baptizandi sunt: aliter nequaquam, definita est in cap. maiores citato proxima difficult.

CONCLUSIO III.

QVI habet lucida interualla, iudicandus est eo modo, quo proximi, si tamen est in mortis periculo constitutus: nam aliter expectandum est lucidum interuallum. probatur ex cap. maiores. tum etiam quia peccata de lege remitti non possunt, nisi per voluntatem acceptantis remedium: dicente D. August. nullus suæ voluntatis arbiter constitutus, potest nouam vitam inchoare, quin præterita vitæ pœniteat, &c.

D. August.

CONCLUSIO IIII.

QVI non est omnino amens, & de sua salute cogitare potest, & virtutem sacramenti intelligere, debet intentione recipiendi Baptismum habere, quoniam sic satis rationis vsu habet.

QVÆSTIO TERTIA DE MINISTRO

BAPTISMI.

HAC quæstione explicatur d. 5. Mag. sent. de hac q. multa supra in vlt. q. de fact. in genere reperies.

Art. I.

Art. I. An solis presbyteris conueniat ex officio Baptizare?

*Alex. Alen.
q. 16. m. 1. D.
Th. q. 67. art.
1. 2. reliqui d.
s. D. Bon. q. 1.
Ric. q. 1. ar. 1.
Seco d. 6. q. 1.
Duran.*

CONCLUSIO I.

Ex officio, ratione Sacerdotij, solis presbyteris conuenit solenniter, vel citra solennitatem Baptismum administrare. patet ex Can. constat. de consec. d. 4. & quia per Baptismum disponitur homo ad Eucharistiam percipiendam: & eius est ad Eucharistiam disponere, cuius est illam consecrare.

CONCLUSIO II.

DIACONVS conuenit solenniter baptizare, vel in absentia presbyteri, necessitate imminente, vel ex eius de presbyteri commissione. definita est in Can. à Gelasio Papa Can. Diaconos. 93. d. glossam ibidem lege.

Prima diffie. An laicus possit Baptismum ministrare?

*D. Tho. art. 3.
& Ricar. q. 1.
ubi supra.
Alex. ibidem.
& D. Bona.
Seco. q. 3. ubi
supra.*

CONCLUSIO.

QUICUNQUE, cuiuscunque conditionis, vel religionis sit, in extrema necessitate potest, & tenetur administrare Baptismum. definite est expressè in Can. Diaconos citato: & intelligitur in articulo mortis: ita ut nullus adsit Sacerdos, qui possit Baptismum conferre: ut ab Urbano Papa in Cano. super quibus 30. q. 3. definitum est.

Secunda diffie. An laicus absque necessitate Baptizans mortaliter peccet?

*Alex. m. 12.
& D. Th. D.
Bona. ubi supra.
Ric. q. 3.
Scotus loco citato.*

CONCLUSIO.

PECCAT quidem, nisi ignorantia inuincibili excuserur. Ratio est: quia ministrans aliquod sacramentum absque Curati facultate peccat mortal. feriuntur enim ex communicatione religiosi ministrantes communionem, & extremam unctionem, in Clementina prima de privilegijs.

Hinc collige, mulierem in presentia viri baptizantem, & laicum in presentia diaconi, non peccare mortal. quia alienum officium non vsurpat: cum neutri ex officio competat.

F. t. q. f. 4.

E

Tertia

Alex. & veli.
qui ubi sup.

Tertia diffic. An Pater Filium Baptizans peccet?

CONCLUSIO.

PATER, qui, necessitate urgente, filium baptizat, non peccat, immo est laudandus. patet per Can. ad limina B. Petri, ubi Romanus Pontifex laudat Stephanum quendam, qui in simili casu filium baptizavit.

APPEN. Si extra talem casum aliquis filium baptizaverit proprium, Baptismus valebit. peccabit tamen gravissimè, & ius petendi debitum perdet: à coniuge verò, separandus non erit, hæc definita est in Can. nosce desideras, & Can. dictum est, & Can. de eo quod, ubi supra.

Alex. q. 10. 4.
p. m. 6. D. Th.
ar. 6. ubi sup.
D. Bon. d. 5. q.
1. Sco. & Ric.
ubi sup. Dur.
q. 6. d. 6. ar. 4.
* Ad Eph. 4.

Art. ult. An minister Baptismi vnus numero esse debeat?

CONCLUSIO I.

MINISTER Baptismi vnus esse debet: * nam cum sit vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, & vnus institutor, scilicet, Christus, vnus debet esse minister: vt cõfirmatum est in Can. quorundam 23. dist.

CONCLUSIO II.

VNUS esse debet, id est, integer, scilicet, quòd materiam formam, & intètionem habeat: non autem vnus, id est, solus, cum plures simul, & verba proferentes, & abluentes possint eundem baptizare. Prima pars constat: quia propositio falsa non potest esse forma sacramenti, quod est signum verum, & certum: esset autem falsa, si vnus ablueret, & alius verba proferret dicens, Ego te baptizo, vel baptizetur seruus Christi à me. Secunda pars est etiam perspicua: quia ibi materia, forma, & intentio, quæ sunt necessaria ad veritatem sacramenti, concurrunt.

Alex. ubi supra
D. Bona.
q. 1. d. 5. Ric.
Sco. locis citatis
sup.
Hæc est Dur.

Prima diffic. An quando plures baptizant eundem, possunt hac forma
vri, nos te baptizamus in nomine Patris, & Filij, &c.

SANCTVS Thom. Tenet noa conferri Baptismum, contra
est opinio Duran.

CON

CONCLUSIO I.

Si uterque Minister habeat intentionem baptizandi independentem ab alio: ita ut habeat hunc animum, Ego te baptizo, & etiam si reliqui nolint te baptizare, verè baptizat. Ratio est: quia Minister est integer quò ad materiam, formam, & intentionem, quæ sunt de necessitate Baptismi, & servatur sensus formæ consuetæ: nam hæc, nos te baptizamus æquipollet huic, Ego te baptizo, & huic, iste te baptizat, quod perinde est, ac si uterque dicat, Ego te baptizo.

CONCLUSIO II.

Quando alter ministrorum non habet intentionem baptizandi, nisi dependenter ab intentione alterius: ita, quòd si alter non lit baptizare, neque ipse velit, Baptismus minimè conficitur. probatur: quia Minister debet esse integer, quòd ad materiam, formam & intentionem, & in casu posito non est integer quantum ad intentionem: quia habet illam ab alio dependentem.

Hæc est D.

Thom.

Soto. d. 4. q.
unica. art. 4.

QVÆSTIO QVARTA DE EFFECTIBVS
BAPTISMI, ET EIVS PRÆ-

PARATORIIS.

¶ HÆC quæstio. d. 6. Magistri explicatur.

Art. I. An remissio omnis culpa, & pœna, tam aeterna, quam temporalis, sit peculiaris Baptismi effectus.

Alex. q. 20.

m. 1. art. 1. &

2. & m. 2. per

3. ar. D. Tho.

q. 69. art. 1. 2.

3. D. Bon. d.

4. q. 1. 2. Ric.

ead. d. arti. 3.

per 3. q. Sco.

d. 4. 5. Dur.

ibi. q. 2. & 3.

CONCLUSIO I.

BAPTISMVS per gratiam culpam originalem, & omnem actualem, & omnem etiam pœnam in alia vita pro peccatis luendam tollit. definita est ad verbum in Conc. Flor. sub Eugenio III. & in Trid. Sess. 5. Can. si quis per Iesum Christi, &c.

CONCLUSIO II.

PER Baptismum in hac vita non tollitur tēporalis pœna: bene tamen in alia vita. Prima pars patet: quia pœna mortis est pœna propter peccatum originale inflictæ, fames, sitis, & alia calamitates, quæ nos molestant, & non super Baptismum sublata. Secunda pars cōstat Apoc. absterget Deus omnem lachrymam ab

Gene. 3.

Apoc. 21.

oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, &c.

Dubium.

Dices: cur concupiscentia, quæ ad peccatum inclinat per Baptismum non deletur? Respondeo. Primum: ut homo mereatur, illam superando. Secundò: quia si in hac vita corpus impassibile per Baptismum redderetur, homines propter vitam presentem potius quam futuram, ad Baptismum conuolarent. quod esset summa miseria: ut D. Paul. docet.

1. Ad Cor.
15.

Hæresis.

Hinc confutatur error Lutheri, contra quem lege Patrè à Castro, verbo Baptismus. hæc. 11. vbi multa loca affert diuina scriptura, quibus prima conclusio illustratur.

Alex. 9. 21.

1. 2. 3. D. Th.

vbi supra ar.

7. reliqui. d.

4. D. Bona.

ar. 2. per 3. q.

Ric. ar. 1. q. 1.

3. 3. art.

1. q. 1. Sco. q.

2. 7.

Art. II. An gratia per Baptismum conferatur?

CONCLUSIO I.

IN Baptismo parualis, & adultis gratia cum fide, spe, & charitate infunditur, definita est expressè in Conc. Trid. Sess. 6. cap. 7. vbi dicitur, in ipsa iustificatione, cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per IESUM Christum, cui inferitur, fidem, spem, & charitatem.

CONCLUSIO II.

QUANDO adultus accedit impœnitens ad Baptismum, solum sacramentalem characterem recipit, non autem fidem infusam. probatur Deut. 32. Dei perfecta sunt opera: quem enim sanat, perfecte sanat, scilicet, intellectum per fidem, voluntatem, per spem, & charitatem. est etiam definita in Conc. Trid. modò citato. dicitur enim hæc omnia simul &c. cui inferitur: quare si non inferitur Christo per gratiam hæc omnia non accipit.

Deutero. 32.

CONCLUSIO III.

VIRTUTES morales: ut prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia non formaliter, sed virtualiter tantum nobis in Baptismo infunduntur. patet: quia cum charitas eminenter omnes virtutes contineat morales (inclinat enim animum ad omnes actus virtutum moralium: ut author est. D. Paul. Dicens: Charitas patiens est, benigna est, &c.) non erit profectò necessarium tales virtutes formaliter infundi.

1. Corinth. 13.

Prima

*Prima diffie. An apertio ianue cœlestis sit peculiaris
Baptismi effectus?*

*Alex. loco ci-
tato. m. 7. D.
Th. ar. 7. Ric.
ar. 3. q. 2. d. 4.*

CONCLUSIO.

POST passionem Christi Baptismus nobis ianuam cœli aperit. Ratio est: quia per Baptismum culpa, & eius pœna, quæ sunt nobis impedimento, quamuis cœlum ingrediamur, perfectissimè remittuntur: ante passionem verò non aperiebat, quia nondum erat solum redemptionis pretium.

Secunda diffie. An gratia Baptismalis æqualis omnibus concedatur?

*Alex. q. 21.
m. 3. reliqui
DD. d. 4. D.
Bon. q. 3. Ric.
ar. 3. q. 3.*

DVÆ sunt extremæ opiniones, vna sancti Tho. art. 8. & Alexandri affirmans, altera Scot. q. 7. vbi supra. lege Magistrum Soto. d. 6. q. 1. art. 6. vbi affirmat gratiam, quæ datur adultis, etiam sacramentalem dari inæqualiter.

CONCLUSIO I.

IN Baptismo non datur maior gratia ratione prædestinationis ad maiorem gloriam. Ratio est: quia quantitas gloriæ conferendæ ratione prædestinationis potius quantitati meritorum, quàm gratiæ responder: vt constat apud Matth. vbi dicitur. Filius hominis venturus est, &c. & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. & ad Rom. 2. Reddit Deus vnicuique secundum opera, id est, secundum quantitatem meritorum, & non secundum quantitatem gratiæ habitualis.

*Matth. 24.
Ad Rom. 1.*

CONCLUSIO II.

RATIONE orationum parentum, atque ministri in Baptismo datur vni paruulo maior gratia, id est, maius auxilium ad benè operandum, quàm alteri detur: non autem maior gratia habitualis confertur, probatur: quia habitualement gratiam nullus potest alteri mereri, nisi qui habeat gratiã capitis, quam solus Christus obtinuit. de auxilio speciali, confirmatur exemplo B. Nicolai, cui forsan per preces parentum data est gratia, id est, speciale auxilium, vt ter in hebdomada à lacte abstineret.

CONCLUSIO III.

GRATIA, quæ datur ratione Baptismi, æqualiter omnibus datur, licet non concedatur æqualis, quæ deuotionis suscipientis Baptismum responder. Ratio primæ partis conclusionis est: quia

F. t. q. f. 4.

E 3 gratia

gratia baptismalis datur propter merita I E S V, quæ quidem æqualiter omnibus per Baptismum applicantur. Secunda verò pars etiã est manifesta: quoniam deuotio, & merita suscipientium baptismi plerunque sunt inæqualia: atque ita gratia illis respondens erit quoque inæqualis.

Hæreses.

Hinc confutati sunt errores varij, vim & potestatem Baptismi minuentes: vt fuit error Perfallianiorum, qui & Euchitæ, scilicet orantes appellati sunt, asserentium nullam vtilitatem ex Baptismo accedere, sed solam studiosam orationem dæmonem inhabitantem effugare: & error Manichæorum, qui Baptismum in aqua, nihil cuiquam salutis afferre affirmabât: ijs successerunt Albanenses, affirmantes nullam esse baptismi efficaciam, & Albigeneses omnino baptismum respuentes, & Armenij, qui ab omnibus sacramentis virtutem conferendi gratiam remouent: his omnibus sub scriptis pestilentissimus Martinus Lútherus, docens nullam gratiam per sacramentum conferri. lege Patrem à Castro verb. Baptismus, hære. 4.

*Alex. q. 18. m.
2. ar. 4. S. Tb.
vbi sup. art.
vltim. reliqui
sup. D. Bona.
q. 3. ar. 2. Ric.
ar. 1. q. 2. Sco.
q. 5. Dur. q. 5.
Gab. Cauen.*

Art. III. recedente fictione, Baptismus suum sortiatur effectum.

CAUTE legendus est Gabr. qui in secundo sententiarum dist. 32. quæst. 1. concl. 1. affirmat, ficto remitti originale peccatum, quanuis alia peccata non remittantur, neque gratia infundatur, quod est erroneû. Ratio est: quia de lege infusio gratiæ committatur cuiuscunque peccati remissionem, & cum ficto (vt dixit Gabr.) non infundatur gratia, neque remittetur originale.

CONCLUSIO.

RECEDEnte fictione virtute contritionis præteritus Baptismus, & quantum ad remissionem originalis peccati, & omniû actualium, quæ Baptismum præcesserunt, & omnis pænæ suum sortiatur effectum. definita est Can. tunc valere. de consec. d. 4. & confirmatur. quia cum peccata ante Baptismum sint extra Ecclesiam commissa, non sunt materia sacramenti pœnitentiæ, & ita virtute Baptismi delebuntur.

Scoti est.

APPEN.

Hinc colligitur virtute Baptismi remitti omnia peccata Baptismum præcedentia: virtute verò contritionis, siue pœnitentiæ remitti obicem, siue fictionem, id est, peccatorum complacentiam: atque

atque ita non dimidia, sed integra fit peccatorum remissio, quibus diuersis medijs. contra Palud. d. 4. q. 5. qui dicit virtute confessionis remitti omnia: quia impium, inquit, est, dimidiam à Deo expectare veniam.

Difficultas: cur solus Baptismus inter alia sacramenta, recedente fictione, suum sortitur effectum: Sorus varias affert opiniones. d. 6. q. 1. ar. 8. Ratio tamen hæc est: quia effectus Baptismi, scilicet, originalis, & omnium actualium, quæ Baptismum præcedunt, & omnis remissio pœnæ non potest reparari virtute propria, & per se, alterius cuiuscunque sacramenti: vt ex præcedentibus conclusionibus constat: at verò effectus aliorum sacramentorum, si sunt iterabilia, iterato sacramento, reparantur: si non iterabilia, vt Confirmatio, & Ordo, cum eorum effectus sit gratiæ augmentum, potest per sacramentum pœnitentiæ resarciri.

Alex. & S.
Th. vbi supra
& ceteri loco citato.

Art. vlt. De preparatorijs ad Baptismum.

QVATOR sunt preparatoria Baptismi, ex quibus duo præcesserunt Baptismi institutionem: vt circuncisio, & baptisma Ioannis: alia verò duo illius susceptioni præponuntur, vt Catechismus, & Exorcismus, & de singulis erunt separatim difficultates proponendæ.

Prima diffie. An circuncisio fuerit Baptismi figura?

Alex. q. 7. m.
5. S. Th. q. 70.
art. 1. reliqui
DD. d. 1. D.
Bon. q. 5. Ric.
artic. 6. q. 4.
Sco. q. 6.
Dur. q. 6. &
7.

CONCLUSIO.

FVIT quidem Baptismi figura, patet ad Colossen. 2. Circuncisio estis, non circuncisione manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi, consepulti ei in Baptismo. vbi vocat D. Pau. Baptismum circuncisionem: quia sicut circuncisio carnem, & ita Baptismus animam à peccato liberat.

Secunda diffie. An debuerit institui circuncisio statim à lapsu Adæ?

Alex. & reliqui vbi supra. m. 2. S. Th. art. 2. D. Bona. art. 2. per q. 3. Ric. Scot. locis citatis.
Genesis 22.

CONCLUSIO.

CONVENIENTIVS multò data fuit Abrahæ. Ratio est: quia primò facta fuit illi de Christo promissio; & primus

Genesis 16. segregatus fuit à societate infidelium: egredere de terra tua, &c. & ideo data illi fuit conuenientiùs: vt populus Dei à populo gentili-
co distingueretur.

Tertia diffi. Quibus fuit data sub præcepto?

CONCLUSIO.

Exod. 12. **D**ESCENDENTIBVS ex familia Abraham, quæ etiam illis, qui ex gentibus ad Iudaismum conuertebantur, poterat applicari, constat Exo. 12. fuit tamen Iudæis sub præcepto: non autem illorum seruis. hinc vt dicit D. Bona. noluit Abraham suos seruos circuncidere.

Quarta diffi. Quid de fœminis Iudæorum?

CONCLUSIO I.

Genesis 17. **F**OEMINÆ Iudæorum liberabantur ab originali per legis naturæ sacramentum. constat ex lege, & præcepto dato Abraham.

CONCLUSIO II.

CIRCUNCISIO in generationis instrumento tantum fiebat. Ratio est: quia erat signum iustitiæ: quia credidit Abraham ex suo femine Christum nasciturum: & erat in remedium peccati originalis, quod in generatione contrahitur.

CONCLUSIO III.

NON erat sub præcepto, neque de necessitate circuncisionis culter lapideus: nam sicut aqua est materia Baptismi, & panis Eucharistiæ, quia frequentior est illorum vsus, faciliusque habetur: ita etiam culter ferreus debuit esse circuncisionis instrumentum.

CONCLUSIO IIII.

Prouerb. 1. 4. **O**CTAVVM diem ex legitima causa postponere licebat, præuenire verò minimè: tunc enim circuncisio non habuisse vim sacramenti, vt constat Prouerb. 4. Vnigenitus (inquit Salomō) eram coram matre mea, vbi glossa: quia prior morte præuentus ante octauum diem non fuit circuncisus: ideo neque nomen illi impositum, quod, vt modo in Baptismo: ita tunc in circuncisione imponebatur: ideo se vnigenitum vocat.

Alias difficultates de circuncisione supra inuenies.

Quinta diffi. DE BAPTISMO IOANNIS.

CONCLUSIO I.

CONGRVA fuit Baptismi Ioanis ante Baptismum Christi institutio. Ratio est, scilicet, vt homines ad Baptismum Christi assueferent.

CONCLUSIO II.

RITVS, & modus baptizandi Ioannis a Deo fuit institutus. dicitur enim Ioan. cap. 1. Qui misit me baptizare, ille est: at vero quantum ad effectum fuit ab homine: quia virtute propria non conferebat gratiam.

Hinc non erat propriè sacramentum: ita est definitum in Con. Trid. Sess. 7. de Baptismo Can. 1.

CONCLUSIO III.

DECVIT, vt Ioannes alios cum Christo baptizaret. Ratio est: quia daretur tunc dubitando occasio, esset ne baptisma Ioannis præstantius nostro, si solus Christus illo baptizatus fuisset.

CONCLUSIO IIII.

NON debuit Ioannis Baptismus statim post Christum baptizatum cessare, donec in carcerem mitteretur: nam erat dispositio ab Baptismum Christi: vt alij ad illum per Baptismum Ioanis traherentur.

CONCLUSIO V.

BAPTISMO Ioannis baptizati, rursus baptismo Christi baptizandi erant, patet Act. 9. vbi legitur Apostolos hoc præstitisse: fuit enim baptismus Christi post mortem omnibus ad salutem necessarius. hæc est contra Magistrum. d. 2. 4.

CONCLUSIO VI.

FORMA baptismi Ioannis erat hæc, scilicet in nomine venturi. ita enim Act. 9. expresse legitur.

Sexta diffi. DE CATHECHISMO.

CONCLUSIO I.

ADULTI sunt prius catechizandi, quam baptizandi, vt fidem teneant, quã sunt in baptismo professuri. habetur enim

MOD

E s expresse

3. q. de sacramentis in genere.

Alexan. q. 9. S. Th. q. 38. re

liqui ar. 1. D.

Bon. ar. 2. per tres quest.

Ric. arti. 2. Sco. q. 2.

Dur. q. 3. & 4.

APPEN.

Act. c. 9.

Magist. Ca- uen.

Acto. 9.

Ale. q. 10. m. 3. & q. 23. S.

Tho. q. 71. ar. 1. D. Bona. &

reliqui. d. 6. q. penultima.

Rica. arti. 5. Sco. & Dur.

q. 7.

expressè de consec. d. 4. Cano. Catechismi, & duobus sequentibus: debentque saltem scire fidei articulos, decalogi præcepta, & orationem Dominicam quomodo credent in quem non audierunt?

Ad Ro. c. 10.

CONCLUSIO II.

PARVULI etiam ante Baptismum per patrilinos, eorum loco respondentes, catechizantur, siue instruuntur. Ratio est: quia voluntas patrilinorum aures, & intellectus paruulorum vices gerunt: nam vt ecclesia paruulis pedes aliorum, quibus ad Ecclesiam perueniant, præstat: ita aliorum aures, intellectum, & linguam accommodat, quibus fidem protestentur.

CONCLUSIO III.

ECCLESIA baptizatum ad fidem tenendam obligare potest: sicut primus parens ad peccatum obligauit. Ratio est: quia non est maioris efficacitæ malicia Adæ per generationem carnalem concausatam, quàm sit virtus secundi Adæ Christi, scilicet, per Baptismum collata: atque ita poterit ad tantum bonum, quantum est fidei confessio obligare.

*Alex. & reli
qui ubi su-
prà. Ric. art.
6. q. 2.*

Septima diffic. An illis verbis, Abrenuntio sathana, &c. baptizatus formale votum seruandi præcepta diuina, & Ecclesiastica emittat?

CONCLUSIO I.

IN Baptismo non emittitur formale, aut virtuale votum seruandi præcepta decalogi, quæ lumine naturali constant. Ratio est: quia ante Baptismum tenebatur illa obseruare, licet grauius peccet ratione ingratitude, qui iam baptizatus est illa transgrediens: quid? quòd, nullus doctorum huius circumstantiæ meminit?

CONCLUSIO II.

IN Baptismo non emittitur votum formale seruandi præcepta diuina, aut Ecclesiastica positina. Ratio est: quia neque adultus, quando baptizatur, neque patrilini loco paruuli actum dicunt, quo huiusmodi præcepta seruare promittant: illorum enim fortassis non recordantur: votum autem formale est actus elicitus à voluntate, quo in particulari aliquid Deo promittimus.

CON

CONCLUSIO III.

IN Baptismo emittitur virtuale votum seruandi precepta diuina positiua, & Ecclesiastica. ita definitur in Concil. Trid. Sess. 7. de Baptismo Can. 7. Si quis dixerit baptizatos per Baptismum solius tantum fidei debitores fieri: non autem vniuersę legis Christi seruandę, anathema sit.

DE EXORCISMO.

Octaua diffc. An Exorcismus ex opere operato expellat diabolum?

Vbi sup. Ale. m. 3. D. Bon. q. vlt. Ric. art. 6. Dur. q. 4. Casir. verbo Exorcismus.

TRES sunt opiniones. Prima asserentium virtute naturali per exorcismum diabolum expelli. hanc refutat Ric. vbi supra. Secunda dicit non effectiuę: sed imperatorię, precibus, scilicet, sacerdotis diabolum eijci. hanc confutat sanctus Tho. loco citato. Tertia, & communis opinio continetur sequentibus conclusionibus.

CONCLUSIO I.

DÆMON per exorcismum à baptizandis ex opere operato expellitur, scilicet, quia exorcismus est causa, vt Deus Baptizandis auxilietur, ne diabolus impediat, quominus baptismum recipiant: atque per sputum illud, quo aures, nares & oculi liniuntur, Baptizandis promittitur diuinum, & speciale auxilium, quo aures, & oculi intellectus, cordisque ad audiendam, & intelligendam Euangelicam legem, naręque spirituales ad currendum in odorem vnguentorum Dei aperiantur: nam hi sensus per originale peccatum erant inepti, & obtusi, & per exorcismum apti efficiuntur.

Hinc colligitur, quod, qui sine exorcismo baptizatus est, deinde exorcizandus erit.

CONCLUSIO II.

ECCLESIA potest signum instituere, cuius virtute ex opere operato demones expellantur: fuit enim hæc potestas Ecclesię à Christo concessa, durabitque semper: vt constat Marci vltimo. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo damonia eijcient, id est, ad mei nominis inuocationem: quam potestatem ante passionem Apostoli exercuerunt. Domine etiam in nomine tuo damonia subiiciuntur nobis. & confirmatur

Marc. vltim.

Luca 10.

matur per Conc. Trid. Sess. 7. cap. 13. de sacramentis in genere. vbi anathematizantur, qui ritus Ecclesiasticos in solenni administratione sacramentorum adhibitos contemnunt.

Heresis.

Contra veritates propositas fuit error Vvaldensium, & Vuitcleuistarum huiusmodi ritus Ecclesiasticos irridendum. vide patrem à Castro vbi supra, & Concil. Triden. modo citatum.

Quæ in exorcismo fiunt docentur in Can. siue paruuli & alii quot alijs proximè sequentibus de conse. d. 4. cuius minister principalis est Sacerdos. hætenus de Baptismo.

FLORES SACRAMENTI

Confirmationis.

QVÆSTIO.

HAC q. explicatur. d. 7. Magistri, de qua disputant DD. ibidem. d. 5. de consecr. à Can. primo, vsque ad 8.

Art. I. An Confirmatio sit nouæ legis sacramentum?

CONCLUSIO I.

VNVM est de septem Ecclesiæ sacramentis. definita est in Conc. Flor. sub Eugenio IIII. & in Trid. Sess. 7. de sacramentis in genere cap. 1. Can. 2. de Confirmatione. vbi habetur: Si quis dixerit ociosam cærimoniam esse, & non potius verum sacramentum, &c. Anathema sit.

CONCLUSIO II.

HOC sacramentum non fuit à sola Ecclesia, & ab Apostolis, sed à solo Christo institutum. Ratio est: quia nullus à Christo potest dare gratiam, & ita nullus ab illo potest sacramentum instituire: hæc est contra Alex. & alios, quos tacito nomine citat D. Tho. qui dixerunt esse quidem sacramentum, sed non à Christo institutum.

Difficultas quando fuit institutum?

CONCLUSIO.

QVANDO dixit Apostolis Ioan. 16. Si ego nõ abiero, paraclerus nõ veniet ad vos, vbi promisit Spiritus sancti plenitudinem,

*Alex. q. 24.
m. 2. S. Th. q.
73. art. 1. reli-
qui. dist. 7. D.
Bona. art. 2.
Ric. d. 1. ar. 3.
quæst. 2.*

*Sup. q. 6. de
sacramentis in
genere. art. 3.
Alex. Alen.*

*Alex. D. Th.
vbi supra D.
Bon. ar. 1. q. 1.
c. 1. c. Sco.
c. ead. d. Ric.
d. 1. q. 3. art. 1.*

dinem, quæ non datur nisi per Confirmationem. Vel die secundo fuisse institutum in Cœna, quando confecit Chrisma, ita habetur in Can. literis. de Consecr. d. 3.

S. Th. est ubi supra ad. 1. Ioan. 16. c.

Errarunt Vvaldenses, & cum illis postea Lutherus asserentes esse meram cæremoniam, & ritum quendam Ecclesiæ, non autem esse sacramentum. vide patrem à Castro loco citato.

Hæreses.

Art. II. An Chrisma ex balsamo, & oleo confectum sit propria huius sacramenti materia?

Alexan. m. 2. ar. 1. S. Th. ar. 2. D. Bon. ar. 1. q. 2. Ric. q. 1. ar. 1. Sco. q. 1. ibidem.

O P I N I O fuit Canonistarum, vt refert Marsilius. d. 5. q. 1. ar. 1. dicentium, solam manuum impositionem fuisse, loco materiæ, à Christo institutam, Ecclesiam verò determinasse esse materiam Chrismatis vñctionem.

CONCLUSIO I.

CHRISMATIS vñctio est necessaria materia ad sacramentum Confirmationis conficiendum. definita est in Cóc. Flor. sub Eug. IIII. his verbis. Secundum sacramentum est Confirmatio, cuius materia est Chrisma ex oleo confectum, quod nitorem significat conscientia, & balsamo, quod odorem bonæ famæ significat.

CONCLUSIO II.

S O L V M est de necessitate huius sacramenti vnguentum ex oleo confectum: minister tamen, balsamum verum, vel adulterinum non miscens, mortaliter peccabit. colligitur conclusio ex cap. Pastoralis. extra de sacramentis nõ iterandis. vbi habetur non esse iterandam Confirmationem in eo, qui per errorem fuit non Chrismate, sed oleo delinitus. Conc. autem Flor. & alij textus iuris canonici, in quibus Chrisma ex oleo, & balsamo dicitur esse materia, intelliguntur de ratione præcepti, & significationis, non autem de necessitate, & essentia confirmationis.

CONCLUSIO III.

S I C V T aqua naturalis est de necessitate Baptismi: ita oleum oliuarum est de necessitate confirmationis: nam oleum oliuarum facile haberi potest, & ex consuetudine Ecclesiæ, quam teste B. Dionysio ab Apostolis accepimus, qui Chrismate ex oleo confecto confirmabant paruulos.

D. Dionysius.

CON-

CONCLUSIO IIII.

CONSECRACTIO Chrismatis est de necessitate confirmationis: definita enim est in Cōc. Flor. vbi ita dicitur, materia huius sacramenti est Chrisma benedictum.

CONCLUSIO V.

POTESTATE ordinaria à solo Episcopo potest Chrisma benedici, patet per Conc. Flor. vbi habetur, materiam huius sacramenti esse Chrisma per Episcopum benedictum.

CONCLUSIO VI.

Ex commissione Papæ poterit etiam à simplici sacerdote benedici, eritque sufficiens materia. Ratio est: quia si Sacerdos simplex, potest ex dispensatione confirmationem ministrare: vt colligitur ex Con. Flor. multò magis poterit illi materiæ benedictio, & consecratio committi.

Scō. q. 1. vbi supra.

Art. III. Quenam est Confirmationis forma?

CONCLUSIO I.

SACRAMENTI Confirmationis forma hæc est. Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti, Amen. definita est expressè in Con. Florent.

*Alex. ar. 2.
D. Th. arti. 4.
D. Bonã. ar.
1. q. 1. Ric. q.
2. arti. 4. Scō.
q. 1. vbi supra.*

CONCLUSIO II.

CONFIRMATIO debet in formam crucis fieri, ita, vt Minister crucis signum suscipiente depingat: alioqui enim forma sacramenti esset falsa, quod fieri non potest: nam, si dicit, signo te signo crucis, & non format crucem, mentitur.

CONCLUSIO III.

VNCTIO Chrismatis in fronte fieri debet, ita: vt si alibi fiat, nullum sit sacramentum. definita est in Conc. Flor. vbi ita habetur. Effectus huius sacramenti est: vt in eo detur Spiritus Sanctus ad robur: ideoque in fronte, vbi verecundiæ sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen, & præcipuè eius crucem confiteri erubescat, & in Can. presbyteris. de consecr. d. 4. & in Can. nouissimè de consec. d. 5.

Art.

Art. III. Qui nam sunt huius sacramenti effectus?

Alex. q. 26.
m. 2. ar. 1. S.
Th. ar. 5. 6. &
7. D. Bon. ar.
2. per tres q.
Ric. q. 1. ar. 4.
Sco. q. 3. ubi
supra.

CONCLUSIO I.

CONFIRMATIONIS sacramento imprimitur character. Definita est multis Concilijs vide supra q. 4. de sacramentis in genere.

CONCLUSIO II.

CHARACTER Confirmationis præsupponit Baptismi characterem. ita enim definiatur in Can. nouissimè, & Can. omnes de consec. d. 5. nam Baptismus ianua, & fundamentum omnium sacramentorum est: vt constat in cap. veniens. de presbytero non Baptizato.

Diffic. An Confirmatio conferat gratiam?

Alex. m. 1. ar.
2. S. Th. ar. 7.
D. Bona. Ric.
q. 2. & Scot.
ibidem.

CONCLUSIO I.

CONFERT quidem. ita enim definitur in Conc. Floren. & Trid. vt constat supra q. 3. de sacramentis in genere.

CONCLUSIO II.

IN primitiua Ecclesia dabatur confirmatis Spiritus sanctus visibiliter: quia accipiebant aliqua dona supernaturalia: vt donum linguarum, & prophetia, &c. vt constat Acto. cap. 8. & 19. & tunc erat expediens, vt homines ad fidem nostram allicerentur: nunc autem, cum sit Euangelium copiosissimè confirmatum, non sunt talia miracula necessaria.

CONCLUSIO III.

Vt confirmatis gratia daretur, erat necessaria dispositio quædam, scilicet, præuia contritio, aut attritio inuincibiliter existimata contritio: non tamen erant necessaria actualis confessio, quâ sola Eucharistia exigit: vt infra habetur. nam Can. vt ieiuni. de consec. d. 5. vbi habetur, confirmandos præuia confessione debere accedere non est præceptum, sed consilium: vt consuetudo optima legum interpres declarat.

CONCLUSIO IIII.

GRATIA, quæ datur in confirmatione in genere qualitatis non differt à gratia aliorum sacramentorum, sed solum penes effectum, scilicet, ex pacto diuino. probata est conclusio supra art. 3. q. 3. de sacramentis in genere.

Art. V.

*Alex. q. 28.**m. 2. art. 1. D.**Bona. q. 2. ar.**3. Ric. & alij**q. 1. art. 1.**Art. V. An Confirmatio sit sub præcepto?*

DVÆ sunt de hac re opiniones. Prima Ric. & Palud. & Dur. vbi supra, & Sylvestri. ver. confirmatio. §. 3. asserentium esse sub præcepto saltem tempore, quo imminet alicuius tyranni persecutio, vel quando se offert occasio Episcopi ministrantis confirmationem. Secunda huic contraria est D. Tho. art. 8. vbi supra & Adria. in q. de confirmatione art. 1.

CONCLUSIO I.

SACRAMENTUM Confirmationis non est sub præcepto. Ratio est quia non est sub præcepto diuino: propterea quod in sacra scriptura solum legitur præceptum de Baptismo, Marc. vltimo, & de Eucharistia Ioan. 6. & de pœnitentia Luca 13. neque etiam sub præcepto Ecclesiastico: quia cum tale præceptum esset affirmatiuum, debuisset Ecclesia determinare tempus recipiendi confirmationem: vt determinauit quadragesimæ tempus, & reliquos ieiunij dies: quod tamen non determinauit.

*Marci vlt.**Ioan. 6.**Luca 13.*

CONCLUSIO II.

PEC CAT mortaliter, qui sacramentum Confirmationis per contemptum prætermittit, nam est sacrilegium. qui enim sacramentum contemnit, & Christum sacramenti authorem spernit.

*Art. VI. De suscipientibus Confirmationem. An sit conferenda**I paruulis ante vsum rationis.*

DVÆ sunt opiniones. Prima glossæ in Can. vt ieiuni. de consecr. d. 5. asserentis, non esse conferendam ante ætatem 14. annorum, hanc sequitur Marsil. in 4. q. 5. art. 4.

Contraria opinio est Alex. q. 28. m. 2. art. 1. & m. 5. art. 1. Ric. q. 7. art. 3. vbi supra, & D. Bona. art. 3. q. 1. & sancti Tho. vbi supra ad secundum, quos sequitur Gabr. hac diff. 7.

CONCLUSIO I.

SI Confirmatio ante vsum rationis ministratur, verum erit sacramentum. patet: quia ibi concurrunt omnia necessaria ad veritatem sacramenti, quæ in Conc. Flor. proponuntur, nempe, materia, forma, & ministri intentio.

CON

CONCLUSIO II.

CONVENIENTIVS Confirmatio pueris ante vsum rationis ministratur. Ratio est: quia, adueniente aetate adulta, habebit suam efficaciam, quemadmodum fides, quae in Baptismo infunditur. lege Alex. & D. Bona. vbi supra.

Opinio contraria est Palud. Mag. Soto. d. 7. ar. 8. & Syluest. verbo Confirmatio. §. 4. qui tenent non expedire, vt paruulis detur.

Diffic. An quis possit ante Baptismum confirmari?

CONCLUSIO.

NEQVAQVA M: nec valebit Confirmatio. constat ex Can. Si quis & Can. Veniens. de presbytero non Baptizato. vbi, vt de nouo Baptizetur, & ordinetur, praecipitur: quia Baptismus ianuam omnium sacramentorum esse definitur.

Art. VII. An ministerium Episcopale sit de necessitate huius sacramenti?

DVÆ sunt opiniones. Prima Alex. q. 28. in primo. art. 3. Sancti Thom. vbi supra art. 11. Ric. q. 1. art. 2. Palud. & Mathi. & aliorum, quos statim citabimus, qui asserunt ministrum ex officio esse Episcopum, & ex commissione Papa esse simplicem Sacerdotem.

Contraria opinio est Dur. vbi supra q. 3. & 4. & Adria. de Confirmatione art. 3. hi defendunt, ita esse ministrum solum Episcopum, vt si simplex Sacerdos ex commissione Papa confirmaret, nullum conferret sacramentum.

CONCLUSIO I.

ORDINARIVS minister huius sacramenti, citra dispensationem, est solus Episcopus, definita est in multis Concilijs, & nouissime in Conc. Trid. Sess. 7. de Confirmatione Can. 3. vbi dicitur. Si quis dixerit sanctae Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem Sacerdotem. Anathema sit.

CONCLUSIO II.

ITA est de lege Confirmationis minister Episcopus, quod si

F. t. q. l. 4.

F per

per simplicem Sacerdotem ministratur, sit nulla. definita est à Melchiade Papa. Cano. de his & ab Eusebio Papa Can. manus. de consec. dist. 5.

CONCLUSIO III.

SIMPLEX Sacerdos potest baptizatis ex commissione Papæ Confirmationem ministrare: patet ex Conc. Flor. ubi habetur Legitur tamen aliquando per Apostolica sedis dispensationem ex rationabili, & urgente causa, simplicem Sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse sacramentum.

APPEN.
Dur. cause
legendus.

Hinc colligitur non esse credendum Durado dicenti, olim Papam dispensando errasse: quia Conc. Flor. approbat illam dispensationem, quam non approbasset, si erronea esset.

*Prima diffie. An qui bis eundem confirmaretur
efficeretur irregularis?*

OPINIO est Canonistarum affirmans.

CONCLUSIO.

PECCARET quidem talis minister, sed non esset irregularis, probatur ex capite vno, & ex capite nouissimè, & ex capite dictum. de consec. d. 5. ubi nulla pœna irregularitatis iterantibus Confirmationem imponitur.

*Secunda diffie. Cur iterantibus Baptismum, & non
Confirmationem imposita est?*

RESPONDEO. Olim fuit quedam hæresis de iteratione Baptismi: non autem de iteratione Confirmationis, & ob hanc causam punit Ecclesia tali pœna iterantes Baptismum, & non Confirmationem D. Bona. hoc loco non sensit, quod illi falso imponitur: nam in prima dubitatione super literam, ita inquit: Dicendum, quod quauis Sacerdos non possit propria autoritate: tamen pro causa necessaria summus Pontifex, in quo est plenitudo potestatis, potest alio, quam Episcopo committere: & ille non facit autoritate sua, sed autoritate sibi commissa: quid quæso clarius dici potuit? deinde art. 1. q. 3. huius dist. respondens quæstioni posita, ita ait: Illud sacramentum nec potest, nec debet per alios

D. Bon. libe-
ratur.

alios dispensari & si alij praesumant, nihil faciunt, ubi per verbum
 praesumunt, de cl. acat se loqui de Sacerdote non habente commis-
 sionem. Valgo enim ita dicitur solet, *No veys bulano, que presume*
de hyondalgo, porque nola es de solar conocido, ni por merced del Rey
 ita praesumere dicuntur esse ministri huius sacramenti, qui nec
 sunt ministri, *(De solar conocido)* id est, ex officio, ut Episcopi *(Ni*
por merced del Rey.) id est, ex commissione Papae. & hi nihil faciunt.
 Sco. etiam facile ab eadem calomnia liberatur. nam q. 1. huius dis-
 tinctio. ferè in principio ita scribit. Materia remota est Chrisma,
 &c. sanctificatum ab Episcopo, vel ab alio, cui talis sanctificatio
 poterit committi. & paulo inferius. Minister est Episcopus, vel
 alius cui committi poterit, quis igitur, non videt falso, ut sepius me
 fit, accusatum fuisse.

Aug. 11

D. Bonauit.

Sc. lib. 1. tur.

Haresis.

Fuit error Iban. Vviteless dicentis Confirmationem posse dari
 à quolibet presbytero, & sola cupiditate fuisse Episcopis reser-
 uatam. Erravit & Armachanus asserens iure diuino Diaconos
 esse huius sacramenti ministros. contra hos sunt concilia in 1.
 concl. adducta.

CONCLVSIO

Art. vi. De patrinis Baptismi, Confirmatione.
 PATRINVS neque in Baptismo, neque in Confirmatio-
 ne est de sacramenti essentia: pater ex Cone. Flof. ubi mate-
 ria, & forma, & intentio ministri dicuntur esse de necessitate sa-
 cramenti.

S. Tho. q. 67.
 ar. 5. & 9. &
 q. 72. art. 10.
 Alex. m. 1. ar.
 3. Ric. ar. 7. q.
 1. & 2. ubi su-
 pra.

CONCLVSIO II

DESIDERATUR aliquis, siue vir, siue foemina, vel ad sum-
 mum vnus, & vna, qui baptizatum de sacro fonte in suam tutelam,
 & instructionem accipiant. definita est multis tex. 30. q. 1. & de con-
 secr. d. 4. in Can. Catechismo & 6. sequentibus, & in titu. de co-
 gnatione spirituali. in 6. & tandem in Conc. Trid. Sess. 24. de re-
 formatione matrimonij. cap. 2. ubi reperies, quae à parochio pra-
 standi sunt.

CONCLVSIO III

OTALIS patrinus tenetur habere curam illius suscepti, si ne-
 cessitas:

F 2. cessitas:

D. August. necessitas illud postulauerit, patet auctoritate D. Aug. qui de patrinis loquens in quodam sermone paschali, illos fidei iussores pro paruulis vocat. notanter dicitur, si necessitas, &c. quia si neophytus inter Christianos nutriatur, excusantur patrini existimantes à parentibus instrui: quod si presumerent moribus fidei contrariis instrui, tenerentur suum facere officium. animaduertant, quæso, hoc, qui suscipiant filios Agarenorum in regno Valentia.

Dubium.

Quæ debent patri paruulos docere?

B. Dionysius.

RESPONDEO, quæ in Can. Catechismo, & Can. vos autem, de consecr. d. 4. traduntur: etsi baptizatus sit infidelis, debet doctos patrinos eligere: vt scribit B. Dionysius capit. vltimo Ecclesiastica hierarchia: si verò sit filius fidelium, non est necessarius doctus patrinus: vt ex tertia conclusione constat.

De patrinis Confirmationis?

CONCLUSIO.

PATRINVS Confirmationis debet confirmatum in pugna spiritali erudire: nam si in bello temporali veterani milites tyrones docere debent: conuenientius multò in spiritali pugna erit hoc necessarium.

De cognatione spiritali quæ hinc contrahitur lege

infra super. d. 42.

De ritibus & caeremoniis sacramenti Confirmationis?

Alex. q. 28.
m. 3. per tres
art.

LEGE S. Tho. vbi supra ar. vlt. Ric. hac d. ar. 6. & nota, quæ supra dicta sunt de necessitate huius sacramenti: deinde statuta Ecclesiastica, vt scilicet, tam minister Confirmationis, quam confirmandus sint ieiuni, vt constat in Can. y. ieiuni, & Can. vt Episcopi, de consecr. d. 5. non esse de essentia Confirmationis: solet enim plerumque à prandio etiam absque veniali culpa administrari. Hactenus de Confirmatione.

CONCLUSIO.
OL

FLORES QVÆSTIONVM
de Sacramentis Eucharistia.

DE hoc sacramento differit Magister à d. 8. vsque ad 13. in-
clusiue, & ibidem Scholastici DD. lege etiam totam distin-
ctionem secundam de consecr. & titulum de celebratione Missa-
rum, extra, & Conc. Trident. Sess. 13. & 21. & patrem à Castro ver-
bo Eucharistia, & ver. Missa. contra hæreses, & Alex. & S. Thom.
infra citandos.

QVÆSTIO PRIMA, DE HIS, QVÆ
AD ESSENTIAM EVCHARISTIA
PERTINENT.

¶ HAC quæst. dist. 8. Magistri explicatur.

Art. 1. An Eucharistia sit noua legis Sacramentum?

Alex. q. 3. m.
2. S. Th. q. 73.
ar. 1. 2. reliqui
d. 8. Ric. q. 1.
2. primi artic.
Seco. q. 3. Dur.

CONCLVSIO.

EVCHARISTIA nouæ legis est sacramentum, definita
est in Conc. Flor. & Trid. Sess. 7. Can. 1. & Sess. 13. cap. 3. &
constat etiam ex definitione sacramenti, in principio huius libri
posita.

Prima diffie. Erit ne Sacramentum Eucharistia consecratio à Sacer-
dote facta? An Hostia consecrata, vel
Hostia sumptio?

Alex. & ca-
teri vbi supr.

DVÆ sunt opiniones. Prima Gabr. hac d. q. 1. quem sequun-
tur alij Doctores, quos citat Soto in 4. d. 8. artic. 1. qui existi-
mant quodlibet istorum triam esse sacramentum.

Contraria opinio est Scoti vbi supra in solutione ad Tertium.

CONCLVSIO.

NEQVE consecratio, neque sumptio: sed sola Hostia conse-
crata est Eucharistia Sacramentum. Primum constat ex Conc.
Flor. c. 3. citato: vbi legitur: Statim post cōsecrationem verum Do-
mini nostri est corpus, &c. vbi apertissime distinguit consecratio-

Scoti est.

nem ab Eucharistia sacramento: deinde sumptio nihil aliud est, quam sacramenti applicatio ad illud manducandum, quamobrem non erit sacramentum applicatio enim ignis ad aliquid cōburendum non est ignis: quare hostia consecrata erit sacramentum: ea enim est: qua adoratione lactia adoratur, in custodia referuatur, infirmis defertur, & sanis in Ecclesia administratur.

Secunda diffie. Cum hostia species & verum Christi corpus reperiantur, quod istorum erit sacramentum?

Alex. m. 3. & reliqui ubi supra.

TRES sunt opiniones. Prima Scoti loco citato ad tertium & 4. asserentis species visibiles tantum esse sacramentum. Secunda tribuitur Thomæ Vvaldensi lib. 2. de sacrament. cap. 21. hic tenet species dici sacramentū Analogice: quia indicant Christi corpus, quod est verum sacramentum: vt dicitur vrina sana, quia est index sanitatis.

Tertia est Capreoli. d. 6. q. 1. art. 3. opinantis, supponere Eucharistiam pro vtroque, scilicet, pro speciebus, & corpore Christi sicut homo supponit pro corpore, & anima rationali.

CONCLUSIO I.

EUCHARISTIA ex aquo pro speciebus, & Christi corpore non supponit; patet: quia Eucharistia est nomen connotatum, & tale nomen non supponit æqualiter pro vtroque significato.

CONCLUSIO II.

EUCHARISTIA sacramentū, si propriissime sumatur, supponit pro speciebus, & non pro Christi corpore. Et nota hoc esse præter naturam termini connotatiui, qui supponit propriissime pro materiali. conclusio ex definitione sacramenti constat: sacramentum enim est signum sensibile, &c. vel inuisibilis gratia visibilis forma, id est, visibile signum, & corpus Christi nõ videtur: sed species sacramentales.

*Alex. m. 3. D.
Tho. art. 2. D.
Bon. q. 1. art.
2. Ric. ubi supra.*

Tertia diffie. Cum sint due species panis, scilicet, & vini, erit ne Sacramentum Eucharistia vnum, an plura?

DVÆ sunt de hac re sententiæ. Prima Gabriel. d. 6. q. 2. affirmantis species vini constituere aliud sacramentum a speciebus

bus panis. Secunda communis, & contraria sententia est Alexan.
Alen. B. Tho. S. Bona. & Ricar.

CONCLUSIO

SPECIES panis, & vini, sunt vnum sacramentum vnitatis integritatis, & aggregationis. Perspicua est conclusio ex parte finis huius sacramenti, qui est reficere mentem: vt corporis refectio non integratur solo cibo, aut potu, sed vtroque simulta hoc sacramentum ambabus speciebus integratur.

*Art. II. An hoc sacramentum fuerit conuenienter à Christo IESU
in vltima cœna institutum, at que in lege natura, &
veteri multis figuris præsignatum?*

CONCLUSIO I.

HOC sacramentum fuit à Christo Domino institutum. definita est expressè in Conc. Trid. cap. 1. de sacramentis in genere. Sess. & Sess. 15. cap. 2. lege Can. Quia corpus. de consecratione dist. 2.

CONCLUSIO II.

CONVENIENTISSIME fuit, completo Agni paschalis typico paschate, in vltima cœna institutum. hæc constat auctoritate Conc. Trid. cap. 2. citato, & auctoritate Eusebij in Can. quia corpus, modò allegato, vbi inquit: Quia corpus assumptum ablatum erat ab oculis, & allatum fidelibus, necessarium erat, vt in die cœnæ sacramentum nobis corporis, & sanguinis consecraretur, vbi glossa necessarium, id est, vtile, & congruum. vide etiam Can. liquido, & Can. accipite, eadem dist.

CONCLUSIO III.

HOC sacramentum non vna tantum, sed pluribus fuit figuris conuenienter significatum. probatur. 1. Cor. 10. omnia illis in figuram cõtangebant. & Cano. præterea. de consecr. dist. 2. Can. quid sit. Deinde quia res, quæ vno nomine propter suam maximam excellentiam, & effectuum multitudinem explicari non possunt, conuenientissimè multis nominibus, & signis declarantur, talis est Eucharistia: habet enim plurimos effectus, & est ineffabilis excellentia: vt infra patebit, vide apud D. Bonam & Alexam plurimas figuras.

Alex. q. 20.
m. 1. S. Th.
ar. 5. D. Bon.
ar. 1. q. 1. Ric.
q. 3. Scot. q. 3.
Dur. q. 1.
vbi supra.

1. Corint. 10.

APPEN.
D. S. Th. q. 2.
ar. 5. D. Bon.
ar. 1. q. 1. Ric.
q. 3. Scot. q. 3.
Dur. q. 1.
vbi supra.

APPEN.

Hinc error Vvicleff negatis veritatem corporis Christi in hoc sacramento, & eiusdem figuras, confutatur. vide Tho. Vvaldensem tomo. 2. de sacramentis. c. 19. & infra.

Art. III. An panis triticeus aqua coagulatus sit propria, & necessaria huius sacramenti materia.

DE hac re sunt tres opiniones. Prima est Alberti magni, Pauli Thom. de Argentina, quos citat, & sequitur Gab. super Can. lect. 37. dubio primo: qui dixerunt materiam esse panem cuiuscunque frumenti, & per frumentum triticum, & hordeum intellexerunt.

Secunda opinio est Caiet. ar. 3. S. Thom. asserentis posse fieri consecrationem in quocunque pane vsuario: ita quod si centeneus panis, aut maiceus sit in vsu alicui prouinciæ, poterit in illo fieri cōsecratio: nam dicit materiam esse panem absolute dictum.

Tertia opinio communis tenet solum panem triticeum esse huius sacramenti materiam.

*Alexã. q. 32.
m. 1. 2. 3. S.
Th. q. 74. 1. 2.
3. ar. D. Bon.
Ricard. Sco.
vbi supra.
Dur. d. 11.
q. 4.*

CONCLUSIO.

MA T E R I A necessaria ad conficiendam Eucharistiam est solus panis triticeus, cuiuscunque speciei sit. Prima pars conclusionis est definita expressè in Concil. Florent. sub Eugenio III. & in Con. Cartag. & habetur in Can. in sacramento. de consecratione. d. 2. vbi per frumentum intelligit panem triticeum: vt Concil. Flor. declarauit. Secunda pars, scilicet, cuiuscunque sit speciei, est quoque verissima: nam sicut licet modo in vino albo, vel nigro consecrare ob hoc solum, quia album vinum, & nigrum in genere conueniunt, quanuis specie distinguantur: licebit etiam in pane triticeo cōsecrare, quanuis vnum triticum ab alio specie differat, cum genere conueniant.

Hinc integrum est in farte, siligine, spelta, & typha Eucharistiã conficere. Ratio est: quia quanuis grana specie differant, conueniunt tamen in genere tritici, sub quo continentur: nam habet grana eiusdem figuræ cum tritico, & ex illis panis vsualis conficit, qui ab omnibus panis triticeus nominatur.

In pane hordeaceo vel milio, vel in borea, nõ potest consecratio confici. Ratio est: quia non sunt de genere tritici: quamuis sint fruges

*APPEN. 1.
De spelta af
firmatè loqui
tur. Alexan.
vbi supra.*

APPEN. 2.

Hinc

+

F

Hinc

fruges de genere frumenti, quod est nomen generale ad omnes aristarum fruges: triticum vero subalternum genus est.

In pane maicio non potest fieri consecratio quia differt à genere tritici: quod declarant figura, quantitas, atque qualitas, quibus à granis tritici, grana maicij legregantur.

Poterit nemo consecrare in pane amylij, siue amydi. Ratio est: quia etsi amylium ex lacte tritici fiat, assumit tamen alias qualitates, tota specie, à genere tritici differentes: quemadmodum medicum, in hac parte consulendi, affirmant.

Hinc Caiet. gloss. vbi supra, qua dicit: quando panis triceus dicitur esse materia Eucharistia, est intelligendum principaliter, & indubitatè, est omnino releganda: nam ex eo sequeretur, quod quando idem Concilium dicit aquam naturalem esse Baptismi materiam, posse quoque interpretari principaliter, & indubitatè: non tamen necessario; ita quod liceret in aqua artificiali baptizare quod est erroneum.

Prima diffi. Aqua naturali deficiente, poterit ne panis aqua roseacea coagulatus consecrationis materia esse?

Alex. vbi supra S. Th. ar. 7. ad 3. Ric. d. 11. q. 1. 2. art. 2. Scot. vbi supra D. Bona. q. 11. q. 4.

SANCTVS Tho. opinatur non posse esse materiam. contrariam tenet Caiet. opinionem.

Secunda diffi. An deficiente pane cocto, in massa cruda possit fieri consecratio?

Alex. m. 2. vbi supra.

CONCLUSIO.

MASSA cruda nequaquam esse potest consecrationis materia. Ratio est: quia Dominus Iesus instituit, vt materia esset panis, quo homines communiter ad vitam tuendam vtuntur: at verò massa cruda neque vescuntur, neque vite tuenda vtentibus prodesset.

Tertia diffi. Differt ne massa specie à pane?

DVÆ sunt opiniones, vna Scot. vbi supra opinantis differe specie accidentali tantum. altera Caiet. vbi supra. S. Thom. ar. 3. vtraque est probabilis.

diff. 11. q. 6.

Caiet. est.

CONCLUSIO I.
MASSA speciei essentiali differt à pane. Ratio est: nam, ut vna agrestis differt speciei essentiali à matura: ita massa à pane: ut enim ex vna agresti per calorem solis efficitur vna matura, ita per calorem ignis ex massa fit panis.

Scoti est.

CONCLUSIO II.
MASSA à pane accidentaliter tantum speciei differt. Ratio est: quia exhalatio humiditatis, quæ fit ex massa per ignem, non constituit specificam differentiam inter panem, & massam, artifex enim, ut Pistor, non potest mutare speciem essentialem.

Quarta diffie. Deficiente vino, poterit ne Sacerdos celebrans solum panem consecrare?

CONCLUSIO I.

QUI solum panem consecraret verè conficeret sacramentum. Ratio est: quia forma consecrationis panis, siue corporis Christi, à consecratione calicis, aut è conuerso minimè dependet: nam si Sacerdos, consecrata hostia, subito moreretur, vel non conficeret calicem, verè consecraret.

CONCLUSIO II.

PECCARET tamen mortaliter sacerdos, qui deficiente vino, panem tantum consecraret. Ratio est: quia sicut nutritio corporis fit non per cibum tantum, sed per cibum, & potum: ita & nutritio spiritualis, quæ hoc sacramento representatur: atque ita Sacerdos non plenè representaret, & ex consequenti peccaret: tum etiam quia Christus instituit, ut sub vtraque specie hoc sacramentum conficeretur, & celebraretur.

Alex. q. dem.
 ubi supr. S.
 Th. ar. 2. Ric.
 d. 10. ar. 7. D.
 Bona. d. 11.
 q. 4. Scot. d.
 10.

Quinta diffie. An possit Sacerdos quantumcunque panis, & vini, quantum ad rem consecrare?

TRES sunt opiniones. Prima D. Bona. d. 10. q. 4. qui negat rem partem tenet, Secunda est Caiet. ubi supra S. Tho. art. 2. cui probabile videtur, vini materiam futuram esse certæ quantitatis, ut pote, vnius calicis.

Tertia est communis, lege S. Tho. art. 2. Dur. q. 6. locis citatis, & Paluda. d. 11. q. 1.

CON

CON-

CONCLUSIO

SACERDOS de facto potest panis, & vini quantitatem, quantumvis magnam consecrare. Ratio est: quia in tali consecratione concurrunt omnia que sunt de necessitate consecrationis, vt potest, materia, forma, & intentio ministri.

Sexta diffici. Quemadmodum Ecclesia determinat di solvendi potestatem circa hanc materiam, & non circa illam poterit ne etiam certam panis, & vini quantitatem determinare?

DD. ubi sup.

CONCLUSIO

NEQVAQVAM potest materia panis, & vini quantitatem determinare. Ratio est: quia potestas absoluendi presupponit subditorum iurisdictionem, que quidem ex sua natura determinati, & ad certum numerum redigi potest: at vero consecrandi potestas nullam presupponit iurisdictionem, siue dominium: ita enim potest Sacerdos alienum panem, quemadmodum & proprium consecrare: ne proinde consecrandi potestas ad certam materiam non determinatur.

CONCLUSIO

SACERDOS immentam panis, & vini quantitatem conficiens, que in custodia seruari non posset, mortaliter peccaret: ratio D. Bona. est: quoniam esset in contemptum tanti sacramenti, vilesceretque Eucharistia.

Septima diffici. Poterit ne & minimam quantitatem materia Sacerdos consecrare?

DVE sunt opiniones. Prima, & cauenda est Ioannis Maioris d. 10. q. 1. qui duo dicit. Primum, problema esse probabile: An fracta hostia maneat Christi corpus. Secundum, in minima panis parte seorsum sumpta consecrationem fieri non posse. Secunda opinio est communis.

Maior. cautè legendus.

Vide S. Tho. ubi sup. & in 4 d. 11. art. 2. Ric. d. 1. ar. 7.

CONCLUSIO

ERRONEVM est affirmare, fracta hostia consecrata, totum Christum sub qualibet particula, quantumcumq; minima, non manere: patet: quia in particula quantumcumq; minima manet species consecrata

Vide Thom. Vualden. 1. como. de sacram. ca. 39.

secrata sub specie panis: quare manebit ibi Christus: manentibus enim speciebus consecratis, manet Christus.

CONCLUSIO II.

In qualibet particula panis seorsum sumpta, quantumcunque minima potest fieri consecratio: quia panis est materia, & talis particula est verus panis, est enim corpus homogeneum: quemadmodum qualibet gutta aqua est aqua: est etiam talis particula quanta, & demonstrabilis per pronomen hoc, & ex consequenti sensibilis.

Octava diff. Quando Sacerdos intendit consecrare 10. hostias tantum, si facta consecratione, reperiantur 11.

erunt ne omnes consecratae?

CONCLUSIO I.

*Ric. d. 10. q. 2.
art. 7. Dur.
ubi supr. q. 7.
Syluest. Ver.
Eucharist. 2.
§. 7. & 8.*

SI Sacerdos habeat intentionem consecrandi totam materiam, quam ante se habet, & si opinetur 10. esse Hostias, si 11. fuerint reperta, omnes erunt consecratae. Ratio est: quia effectus consecrationis, non sequitur consecrantis opinionem, sed intentionem. Sacerdos enim haereticus, quanuis opinetur non esse Christum sub Hostia consecrata, si habeat intentionem faciendi, quod Christus instituit faciendum, verè consecrabit: perinde & infidelis, si habeat intentionem Christi, dum baptizat, etiam si se nihil facere existimet, verè baptizabit.

CONCLUSIO II.

SI Sacerdos ignorans numerum hostiarum, habeat intentionem consecrandi decem Hostias, & facta consecratione, fuerint 11. inuenta, nulla illarum erit consecrata. Ratio est: quia intentio est de necessitate consecrationis: & cum Sacerdos non habuerit intentionem consecrandi 11. hostias, sed 10. tantum, non erunt 11. consecratae: deinde neq; decem: quia intentio illa non sufficit ad consecrationem alicuius hostiae, sub qua qualibet hostia includi, & excludi potest, quod contingit in casu posito: quia, qualibet illarum 11. exclusa, adhuc remanent 10. atque ita sequitur quamlibet illarum esse inclusam, & exclusam, consecratam, & non consecratam, quod est absurdum.

CONCLUSIO III.

SI verò Sacerdos mente signauerit 10. Hostias quas intendit conse

consecrare & reperta fuerint 11. decem signata erunt consecrata: v. g. si non sint bene disposita, & sub aliqua signatarum alia lateat, latens non consecrabitur. Ratio est: quia illud, quod specialiter cadit sub intentione consecrantis, consecratum remanet: nam ut ex prima conclusione constat, effectus consecrationis consecrantis intentionem sequitur, non opinionem.

Hinc Hostiae tantummodo mente signata erunt duntaxat consecrata: nam illud consecratur, quod sub speciali consecrantis intentione cadit.

APPEN. 1

Hinc Sacerdote intendente consecrare 10. ex illis 11. quas mente non signat, nulla illarum erit consecrata. patet eodem argumento, quo 2. concl. fuit confirmata.

APPEN. 2

Hinc guttulae vini inadvertenter in pede calicis remanentes, consecrato calice, non erunt consecrata: quia non habuit intentionem consecrandi guttulas illas.

APPEN. 3

Hinc si Sacerdos multas Hostias consecrandas assumat, de quibus dum consecrat non advertit, omnes nihilominus erunt consecrata: sufficit enim intentio virtualis: quoniam si adverteret, omnes consecrare vellet: cum ad hunc finem illas in altari collocaverit.

APPEN. 4

Hinc, Sacerdote habente coram se integram Hostiam, & intendente consecrare dimidiam tantum Hostiae partem, dexteram, scilicet, vel sinistram, mente linea aliqua intellectuali signatum, illa tantum pars erit consecrata. Ratio est: quia sola illa pars cadit sub speciali consecrantis intentione.

APPEN. 5

Hinc si Sacerdos intendat consecrare alteram Hostiae partem indeterminatè, nulla pars consecrata remanebit: eadem ratione, qua 2. concl. confirmatur.

APPEN. 6

Nona diffc. An sit necessaria materia praesentia: vt fiat consecratio?

DV. E sunt opiniones. Vna Maioris asserentis posse à Sacerdote consecrari materiam post partem existentem: Altera est D. Thom. Primum est animadvertendum, illud vocari praesens, quòd tangitur, vel videtur, vel tangi, aut videri potest, etiam si sit a tergo: hoc enim docet communis loquendi usus: vnde vinum in vtre, & panis in arca, quae coram est, praesens esse dicitur.

d. 10. q. 2. artic. 2.

d. 11. q. 2. artic. 11.

C O N-

CONCLUSIO

De necessitate, & ratione consecrationis est materia presentia. Ratio est: quia si materia non esset presentis, illa forma: Hoc est enim, &c. esset falsa: nam pronome hoc in forma collocatum non rem absentem, sed presentem demonstrat: quid? quod sequeretur nefandum absurdum, nempe, Sacerdotem Valentiam existentem, panem, qui Romae est, consecrare posse: nil enim refert, qua quantaque distantia absens sit, si illius presentia non desideratur.

Hinc euelluntur tres errores. Primus Antiteritarum, qui dicebant materiam esse panem cum caseo mixtum. Secundus Cathaphrygum, asserentium materiam esse panem sanguine infantis coagulatum, quem variis punctiōibus eliciebant. Tertius nefandissimus fuit Manichaeorum, qui affirmabant, materiam esse panem semine humano coagulatum, lege praeter conclusiones positas Can. in sacramentorum obligationibus. de consec. dist. 2. & patrem à Castro. ver. Eucharistia. haeresi prima.

Art. III. An Christus I E S V S in pane fermentato, vel
azymo consecraverit?

L I S est maxima inter Doctores Graecos & Latinos: Latini affirmant Cœnasse I E S V M luna 14. quando iam cœperat azymorum usus, ac proinde in azymis consecrasset. Graeci autem luna 13. Cœnasse tenent, & ex consequenti in fermentato pane consecrasset. Burgenfis super Matth. cap. 2. videtur Graecis subscribere.

CONCLUSIO I.

C V M Dominus I E S V S luna 14. quando iuxta legis ritum agnum immolare tenebantur, Eucharistia Sacramentum instituerit, perspicuum est, non in fermentato, sed in azymis consecrasset. confirmatur autoritate trium Evangelistarum. nā apud D. Matth. legitur: Prima autem die azymorum accesserunt ad I E S V M discipuli. Vbi vis paremus tibi Pascha, & paulo inferius. Vespere autem facto, discubebat I E S V S cū discipulis suis, &c. & apud S. Marc. habetur: Die azymorum, quando Pascha immolabant Iudaei, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi, &c. & post pauca: Vespere autem facto, &c. vbi, aliquibus interpositis, subditur:
Et man.

APPEN.

Haereses.

Alexā. q. 32.

p. 1. s. Tb. 9.

74. ar. 4. D.

Bon d. 11. ar.

2. Sco d. 11. q.

6. Dñs. ead.

d. 9. 4. Ricar.

d. 11. ar. 2. q.

3. C. D. An-

sel. epist. de

fac. & azym-

mo ad Gra-

cos. Lyra su-

per Matth. c.

26. Abulen.

super Exod.

c. 11. & la-

tius in suo de

fenforio.

Hebraei.

APPEN.

Matth. c. 26.

D. Marc. c. 4.

Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, &c. tandem apud B. Lucam scribitur: Venit autem dies azymorum, &c. usque ad verba: Accepit panem, &c. ex quibus locis pater à Castro ver. Eucharistia: hæresi secunda, doctissimè conclusionem colligit.

Prima diffie. An Ecclesia Græcorum peccat in fermentato conficiendo?

CONCLUSIO.

QUANVIS Graciterrent credentes, Latinos conficientes in azymo verum Christi corpus non consecrare, in fermentato tamen conficientes, non peccant: peccant autem si iuxta ritum suæ Ecclesiæ non conficerent. definita est expressè in Con. Flor. ita enim habetur. Declaramus in azymo, vel fermentato panis triticeo corpus Christi veraciter confici, Sacerdotisque in altero ipsum corpus Domini conficere debere: vnusquisque, scilicet, iuxta suæ Ecclesiæ orientalis, siue occidentalis consuetudinem.

Colliges hinc. Errauit igitur Sco. dubitans cõtra definitionem Conc. nam dicit, Græcos fortassis peccare conficientes in fermentato: Verum enim uerò Sco. non errauit: nam fuit illò Conc. antiq̃ior, & tunc ante Ecclesiæ definitionem licitum erat dubitare.

Secundæ diffie. Licebit ne Sacerdoti Latino, tempore necessitatis, in fermentato conficere?

CONCLUSIO.

NVNQVAM hoc illi integrum erit. Ratio est: quia nullus potest casus euenire, in quo necessarium sit Ecclesiæ ritum, & consuetudinem mutare, cum hoc sacramentum non sit de necessitate salutis, quemadmodum Baptismus.

In hoc articulo refutatur error Græcorum, quem amplexi sunt Armenij, & Rutherij asserentes nõ in pane azymo, sed in fermentato pane esse Eucharistiam conficiendam. lege patrem à Castro ver. Eucharistia. hæresi secunda.

D. Luc. c. 22.

Alex. m. 15.
S. Th. D. Bon.
ubi supr. Ric.
d. 11. art. 2.
q. 4. Sco. 6.
Dur. ubi supr.

APPEN.
Sco. libera-
tur.

Ale. & S. Th.
& reliqui ubi
supra.

Hæreses.

Alex. q. 32. d.
m. 5. vsque ad
q. 33. 5. Th. ab
art. 5. vsque
ad 8. vbi su-
pra reliqui. d.
11. D. Bona.
q. 4. pri. art.
Ric. q. 4. & 5.
2. art. Scot. q.
6. Dur. q. 4.
& 5. Cast.
ver. Eucha.
hæresi 6.

APPEN. 1.
8. Matap.
APPEN. 2.

Art. V. An vinum vitis sit sola, & propria huius
sacramenti materia?

CONCLUSIO.

OMNE, & solum vitis vinum est huius sacramenti materia. definita est in Con. Flor. his verbis. Tertium sacramentum est Eucharistia, cuius materia est panis triticeus, & vinum de vite: & in alijs multis Concilijs, quæ apud patrem à Castro reperies.

Hinc collige acetum non posse esse huius sacramenti materia. Ratio est: quia acetum nõ est vinum, teste Arist. qui ait: sicut è priuatione ad habitum: ita ab aceto ad vinum impossibile esse regressum.

Neque ex succo aggregati, siue sumine potest fieri consecratio. non enim est vinum: sed materia, ex qua fit vinum: quemadmodum acetum non est vinum, licet fiat ex vino.

Prima diffie. An mustum possit esse consecrationis materia?

CONCLUSIO.

Alex. m. 7. 8.
Th. art. 5. &
reliqui vbi
supra. Ric. q.
3. art. 2.

POTEST quidem in illo fieri consecratio, definita est per Iulium Papam Can. omne de consecratione d. 2. vbi dicit: de expresso botro, id est, de vuarum granis, &c. sed si necessitas sit in calice cõprimatur, & aqua misceatur: quia calix dominicus, iuxta canonum præcepta, vino, & aqua permixtus debet offerri.

Secunda diffie. An vva matura, musto nondum expresso, possit esse materia Eucharistia.

S. Tho. art. 5.

RICARDVS vbi supra duas refert opiniones. Prima partem affirmantem tener. Secunda negantem.

CONCLUSIO.

NON potest esse materia huius sacramenti: quia talis vva differt specie à musto: habet enim diuersos omnino effectus: multum enim mustum inebriat & vva multæ minimè, & vt succus oliuarum anteqam exprimitur, non est oleum: ita succus vuarum ante expressionem, neque vinum, neque mustum est.

Tertia

Tertia diffie. An etiam ex lora, id est (agua pie) que fit ex vuis parum expressis, & aqua calida fieri possit consecratio? *Ale. q. 32. m. 3. S. Th. ar. 3.*

CONCLUSIO.

SI parum aquæ miscetur, ita, ut ab omnibus vinum iudicetur propter acrimoniam, poterit in illa fieri consecratio: non enim differt specie à vino: idem iudicium est de vino lymphato.

In vino congelato non potest consecratio fieri. Ratio est: quia Christus instituit materiam sanguinis esse vinum potabile, quale non est vinum congelatum. Per primam conclusionem confutatus romanet error Aquariorum, qui in calice solam aquam ponebant: & condemnatur expressè in cap. firmiter. de summa Trinitate, & fide Catholica. lege Castrum loco citato.

APPEN.

Hæresis.

Art. VI. An vino non consecrato misceri possit aliquis liquor?

Alex. m. 7. & reliqui vbi supra.

CONCLUSIO.

PECCAT mortaliter Sacerdos, qui in consecratione calicis aquam vino non miscet. definita est in Conc. Flor. vbi dicitur. Tertium Sacramentum est Eucharistia, cuius materia est panis triticeus, & vinum de vite, cui ante consecrationem modicissima aqua misceri debet: nota ibidem tres congruentias, propter quas aqua vino miscetur.

Prima diffie. Est ne aqua permixtio de necessitate sacramenti?

Alex. S. Tho. vbi supra, & reliqui etiam D. Bona. q. 3. art. 1. Ric. q. 1. art. 3. Dur. q. 5. Communis est DD. sen.

CONCLUSIO.

NON est de necessitate illius, quia solum ponitur propter significationem: significat enim unionem populi Christiani cum Christo. vbi Conc. Flor. loco citato. Græci etiam verè conficiunt, tamen aquam non miscent.

Secunda diffie. Quanta aque quantitas erit apponenda?

Ale. vbi sup. S. Tho. art. 3. Ric. ar. 3. q. 2. Dur. q. 5. vbi supra.

CONCLUSIO I.

NON est maior quantitas aquæ, siue æqualis in calice quantitati vini apponenda, patet ex cap. Per viciosos. de celebratione

F. r. q. f. 4.

G

tione

tione missarum. Vbi Honorius tertius arguit consuetudinem apponentium in calice maiorem partem aquæ quàm vini: nam tunc aqua conuerteret in se vinum, & non fiet consecratio, neque in æquali quantitate: quoniam tunc vel aqua cõuerteret in se vinum, vel ita extenuabit illud, vt speciem vini amittat.

CONCLUSIO I.

AQVA, quæ vino cõmiscetur, debet esse in modicissima quantitate. definita est in Conc. Flor. in prima conclusione citato.

APPEN. Ex dictis potest iudicium ferri de illis vini generibus, quæ ex aromatibus, & melle conficiuntur: nam si ita tenuis est mixtio: vt vini substantia maneat, consecrabile est, si verò corrumpatur, minime erit: & hac de causa peccatum est in huiusmodi vino consecrare, propter periculum, cui se Sacerdos exponit.

Alex. m. s. ar.
2. Ric. q. 6.
art. 3.

Tertia diffic. Si vino iam fuit apposita aqua in vtre, erit an ne in Missa iterum apponenda.

CONCLUSIO

ERIT quidem per Sacerdotem permiscenda aqua: quia significatio vnionis Christi cum Ecclesia non fit, nisi tempore, quo Eucharistiæ mysterium celebratur, quod fuit memoriale passionis Christi, ex cuius latere fluxit sanguis, & aqua lege Cano. in sacramentorum obligationibus. de consec. d. 2.

Alex. 2. Tab.
Ale. vbi sup.
D. Bon. d. 12.
q. 2. ar. 2. Sco.
d. 12. q. 3. S.
Tho. q. 7. vbi
supra ar. ult.

Quarta diffic. An vino iam consecrato possit vinum non consecratum, aut alius liquor admisceri?

d. 12. q. art. 4.

DVAE sunt opiniones. Prima B. Tho. vbi supra, scilicet, quòd quando vinum permixtum speciebus consecratis est in maiore quantitate, quàm fuit vinum specierum consecratarum, tali mixtione definit ibi esse sanguis.

Contraria opinio est Ric. cui adhæsit Dur. loco citato, scilicet, quòd si dolio magno vini gutta sanguis consecrati, misceatur, non corrumpitur à vino, & ex consequenti manet ibi sanguis Christi.

CONCLUSIO I.

Ric. & Dur.
est.

Si speciebus consecratis sanguinis Christi permisceatur vinum in maiori, vel æquali, vel minori quantitate, tali mixtione species illa

illa non corrumpuntur. patet: quia corruptio non fit à simili nisi à contrario, & species consecratae sunt similes speciebus vini non consecrati, cuiuscunque generis sint. Secundò quia opposito sequeretur, quòd si duae species consecratae ex duobus vasis, in tertio vase permiscerentur, aut in altero illorum, desineret ibi esse sanguis: quoniam ex duabus illis speciebus: vt dicit contraria opinio, constituitur simul vnum indiuiduum distinctum à qualibet specie, & per consequens non maneret ibi sanguis Christi, quod est erroneum. opinio tamen opposita vera esse videbitur, si hoc modo intelligatur: nempe, si partes specierum consecrarum, ita minuerentur in mixtione, vt sub quantitate minima illarum, vini substantia si adesset, conseruari non posset, tunc sanguis Christi ibi non maneret.

Hinc quauis speciebus consecratis vinum multo fortius illis misceatur, non corrumpuntur: quia est illis simile, & à contrario & non à simili fit corruptio.

APPEN. 1.

CONCLUSIO II.

SI speciebus consecratis liquor aliquis in tanta quantitate misceatur: vt possit species consecratas in se conuertere: vt si tanta esset aqua, quae vini quantitatem superaret, tunc corrumperebuntur vini species, & desineret ibi sanguis Christi existere: quia tunc species paterentur à suo contrario, & tandiu est ibi sanguis, quam diu species durant.

Hinc, si blasphemus aliquis magnae quantitatibus vini dolium consecraret, species essent tunc tantae quantitati aquae miscendae, donec corruperentur: vt ibi sanguis esse desineret: essent enim in rapidum flumen, vel mare proiciendae.

APPEN. 2.

CONCLUSIO III.

QUANDO liquor speciebus consecratis mixtus est minoris quantitatibus: vt si guttula aquae permisceatur, tunc species illam conuertent non in species vini absque substantia: sed in vini substantia. Ratio est: quia accidentia consecrata habent eandem virtutem generandi substantiam, quae in subiecto habebant, vel dispositiue: vt sentit Sco. vel effectiue, vt B. Tho. docet. non tamen accidentia generata erunt sine subiecto: nam generare accidens separatim est solius Dei proprium.

De his infra dist. 12.

G 2 CON

CONCLUSIO IIII.

QUANDO liquor alterius speciei, vt aqua, vel oleum, speciebus consecratis permixtus æqualis est quantitatis, tertius efficitur liquor, definitque ibi sanguis esse. Ratio est: quia per illam mixtionem vtrumque miscibilium corrumpitur, & corruptis speciebus consecratis, definit sanguis ibi existere.

Hareses.

Prima huius articuli conclusione sex errores confutantur. Primus Armachani libro nono de quaestionibus Armeniorum, negantis Christum aqua in cœna fuisse usum. Secundus Græcorum, & Armeniorum nullam aquam miscentium. Tertius offerentiũ lac in calice. Quartus eorum, qui seruabant linteam musto intinctum per totum anuum, & tempore sacrificij partem eius aqua lauabãt, & ita offerebant, offerentes quidem potius sordes, vel aquã fordidam, quã vinum. Quintus, cuius meminit Innocentius capite cum Marthæ. de celebratione Missarum, asserentium aquam quantumuis paruam in calice semper persistere. Vltimus confitentium vinum in sanguinem cõuerti, aquã vino appositam in aquam, quẽ ex latere Christi IESV manauit. Ad istorum errorum labefactionem lege Cano. cum omne, de consecr. d. 2. Conc. Flor. citatum, & Trident. Sess. vigesima secunda, capite nono, & patrem de Castro vbi supra. haresi 7.

Art. VII. de forma consecrationis corporis Christi.

CONCLUSIO.

FORMA præcisa consecrationis corporis Christi IESV est ista: Hoc est enim corpus meum. vide Evangelistas Matth. 26. Luc. 22. Mar. 14. & Can. quia corpus, & Can. panis. el. 2. de conf. d. 2. & caput cum Marthæ. de celebratione Missarum, & Conc. Flor. vbi expressè definita est.

Prima diffic. An sit dicenda forma huius sacramenti, vel consecrationis tantum.

DD. vbi sup.
q. 7. ar. 1. & 2.

DVE sunt opiniones. Prima S. Tho. qui illam formam Sacramenti Eucharistiæ nominat, & hic est communis loquendi modus.

Secun-

Secunda est Sco. q. i. citata ad tertium dicentis, esse formam consecrationis tantum. Verum enimvero animaduertere hoc sacramentum bifarium considerari posse, primo quando sit consecratio, secundo quando facta consecratione, permanet Eucharistia consecrata.

Distinct. s.

CONCLUSIO I.

FORMA est Eucharistia quantum ad factionem; patet: quia his verbis sacramentum efficitur, & species sacramentales ad significandum corpus Christi sub se contentum determinantur. Quemadmodum per formam: Ego te baptizo, ablutio materialis ad significandum sacramentalem effectum restringitur.

Communis est opinio.

CONCLUSIO II.

SI Eucharistia, ut habet esse permanens, facta iam consecratione, consideretur, tunc nulla est eius forma. Ratio est: quia forma simul est cum sacramento, permanetque cum illo: at Eucharistia manet, quando hæc forma non permanet: quare non erit dicenda Eucharistia, sed consecrationis forma. & confirmatur: quia quemadmodum Conc. Flor. vocat panem materiam Eucharistia: eò, quod sit materia, ex qua fit sacramentum, non autem quod panis in sacramento maneat: ita erit de forma huius sacramenti theologandum.

Secunda diffi. An hoc sacramentum vnam, vel plures formas habeat? Scot. q. 5. 2.

CONCLUSIO.

DVE sunt huius sacramenti partiales formæ, & vna tantum integralis patet: nam quemadmodum in hoc sacramento sunt duo signa particularia, id est, duo particularia sacramenta, scilicet, panis, atque vini species, & vnum integrale signum, id est, vnum integrale sacramentum, species, scilicet, panis, & vini simul sumptæ, quæ nutritionem spiritualem significant, quæ panis, & vini, speciebus consecratis integratur: ut corporali nutritio pane, & vino integratur: ita quoque sunt partiales formæ & vna integralis.

Tertia diffi. An Christus his verbis, Hoc est enim, &c. vel ante prolationem istorum verborum consecraverit?

*Alex. Alen.
D. Bona. ubi
supra Ric. ar.
3. q. 1. Scot. q.
2. Dur. q. 2.*

DE hac egit Alex. ubi sup. m. 2. S. Tho. loco citato ad 1. à quibus quatuor opiniones referuntur, Prima est Innocentij libro

110

F. t. q. f. 4.

G 3

quarto

quarto de sacrificio Missæ, capite sexto, asserentis per potestatem excellentiæ, quàm Christus alligatam sacramentis minimè habebat, panem in suum corpus convertisse, deinde verò dedisse illud Apostolis, dicendo, Hoc est, &c. Secunda opinio affirmat consecrassè quibusdam verbis nobis ignotis, quando benedixit panem, & non quando dixit, Hoc est, &c. Tertia opinio tuetur illa forma Christum consecrassè, verùm occultè, scilicet, quando benedixit panem, deinde publicè illa usum fuisse, vt alios formã consecrandi doceret. Quarta opinio tenet: quando verba hæc, Hoc est, &c. protulit, simulque factam fuisse benedictionem: qui hanc defendunt dicunt benedictionem fuisse formæ prolationem.

CONCLUSIO.

CHRISTVS IESVS his verbis, Hoc est, &c. Eucharistiam confecit, quando scilicet, verba illa protulit. patet: ex communi Ecclesiæ vsu, & consuetudine, quæ à temporibus Apostolorum vsque ad hæc nostra tempora ita semper consecrare consuevit.

APPEN.

Hinc, quanuis sit de fide à nobis sub hac forma, Hoc est, &c. consecrationem esse faciendam: de fide tamen non est IESVM tempore cœnæ iisdem verbis, quibus nos cōsecramus, confecisse: est enim opinio Innocentij, & aliæ suprapositæ, quarum nulla est hactenus ab Ecclesia damnata: at verò, oppositum asserere esset temerarium, & retractione dignum.

Dicit. quæst. 2.

*Quarta diffic. An hæc forma, Hoc est, &c. sit precisa, quin
præcedant illa verba, Qui pridie, &c.?*

DVÆ sunt opiniones. Prima D. Thom. vbi supra ad quartum, scilicet, hæc sola verba, Hoc est, &c. esse de essentia cōsecrationis: peccare tamen grauissimè consecrantem illis verbis, Qui pridie, &c. omisisis.

Contraria opinio est Scot. q. 1. art. 2. dicentis: si quis hæc verba, Hoc est, &c. sine illis. Qui pridie, &c. proferret, esset sacramentum sub conditione adorandum, quia incertum est an per illa sola verba sit panis in corpus Christi transubstantiatus.

CONCLUSIO I.

QUANDO Sacerdos habet intentionem cōsecrandi, non aliter, quàm narrando rem tempore cœnæ à Christo gestam, tunc ijs, solis

solis verbis, Hoc est, &c. sine illis, Qui pridie, &c. minime consecrat. Ratio est: quoniam ad consecrationem ministri intentio desideratur, & in casu huius conclusionis Sacerdos non habet intentionem aliter consecrandi, quàm Christi factum, & eius ordinem in cœna narrando: atque ita vera est Scoti opinio.

CONCLUSIO II.

Hæc verba Hoc est, &c. sunt forma consecrationis, quatenus sunt verba practica, id est, efficiunt, quod significant, conuersione, scilicet, panis in Christi corpus. probatur autoritate D. Ambro. *D. Ambro.* apud S. Thom. hoc loco: consecratio fit verbis, & sermonibus Domini IESU: nam per reliqua omnia, quæ dicuntur, laudes Deo referuntur, & verba Domini tantum sunt illa. Hoc est, &c. nam illa, Qui pridie, &c. Sacerdotis esse dicuntur.

Quinta diffic. An posita forma consecrationis panis, ante vini consecrationem, suum sortiatur effectum?

Scot. quest. 2.

LEGE Alex. q. 34. m. 4. ar. 1. & 2. & D. Tho. ubi sup. ar. ult. hi referunt errorem quorundam, partem negantem tenentium. vide & Ric. q. 4. & Dur. q. 3.

CONCLUSIO I.

HÆRETICVM est asserere verba consecrationis panis, ante consecrationem vini, vel è conuerso, suum effectuum non sortiri: ex opposito enim sequeretur, adorantis hostiam ante consecrationem calicis idololatria, quod pestilentissimum est affirmare: quia non esset ibi corpus Christi, quousque vinum consecraretur.

CONCLUSIO II.

SACERDOS consecrans panem, sine vini consecratione in eadem missa grauissimum sacrilegium committeret. definita est expressè in capite comperimus. de consecr. d. 2.

Hinc, si contingeret Sacerdotem, cōsecrato pane, ita ægrotare, vt non posset vterius progredi, alius Sacerdos deberet tunc calicem consecrare: ita definitum est in Concil. Toletano. & refertur in Can. nil contra ordines. 7. q. 1.

APPEN.

Hinc confutati manent tres errores. Primus Lutheranorū, affirmantium nullam esse præcisam consecrationis formam. Secundus est Erasmi in principio paraphrasis super primam epistolam

Hæreses.

ad Corinth. vbi ait. Utinam Paulus explicuisset, quibus verbis esse consecrandum. Tertius est ineptissimus, quem refert pater à Castro vbi supra, fuitque eorum, qui dicendo septies Pater noster, & benedicendo panem, & vinum, consecrationem fieri existimabant.

Art. VIII. Sit ne precisa forma consecrationis sanguinis hæc, Hic est enim &c. vsque, in remissionem peccatorum?

*S. Th. q. 78.
art. 3.*

QVATVOR sunt opiniones. Prima B. Thomæ, qui omnia prædicta verba dicit esse de essentia formæ: priora tamen, scilicet. Hic est enim calix sanguinis mei significare conuersionem vini in sanguinem: sequentia verò virtutem sanguinis Christi in passione effusi designare: vbi apertissimè docet, omnia esse de essentia formæ, & de necessitate sacramenti: in eadem enim 3. p. q. 60. ar. 3. inquit: verba illa, quæ sunt de substantia formæ, sunt etiam de necessitate sacramenti.

*Ale. q. 33. ar.
1. D. Bon. q.
2. ar. 1. Dur.
q. 2.*

Secunda opinio est Alex. D. Bona. & Dur. qui affirmant de necessitate consecrationis calicis esse hæc sola verba, scilicet. Hic est sanguis meus.

*Hanc videtur
sequi.
Ric. vbi supra
ad primū
q. 2. ar. 3.
Scot. vbi supra
art. 2.*

Tertia opinio dicit hæc verba, scilicet, Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum: esse de necessitate consecrationis, prætermisissis aliis verbis, quæ ab Ecclesia Romana adduntur: quæ forma vtuntur Græci.

Quarta opinio est Sco. vbi supra art. 2. qui ait de hac questione nihil certudinaliter esse nobis traditum, ac proinde, qui non profert omnia illa verba, exponit se periculo non consecrari: quare Sco. anceps in hac questione esse videtur.

CONCLUSIO I.

FORMA consecrationis calicis, quæ Romana vtitur Ecclesia, est sufficiens, traditur enim ab Euangelistis. & verba quæ ab Ecclesia interponuntur, scilicet, noui, & æterni testamenti, misterium fidei, formæ, quæ Christus consecrauit sensum haud mutant.

CONCLUSIO II.

*Soto. d. II. q.
1. art. 3.*

SUFFICIENS quoque forma consecrationis calicis erit hæc: Hic est sanguis meus: etiam si nullum aliud verbū addatur, præbarur à simili: nam vt in consecratione corporis Christi necessarium nõ est, illa verba: quod pro vobis tradetur, quibus fuit Christus

stus vsus addere: ita neque in cōsecratione sanguinis necessarium erit subiungere verba illa qui pro vobis effundetur, à Christo Domino appolita.

Prima diffic. An Sacerdos conuertat vinum in sanguinem per hæc sola verba: Hic est enim calix sanguinis mei, ante prolationem reliquorum verborum?

*Alex. m. 4.
ar. 1. S. Tho.
art. 3. D. Bo-
na. ar. 1. q. 2.
Ric. 1. q. 2.
Scot. q. 2. Du
rand. ead.
quæst.
Soto. d. 11. q.
art. 3.*

SOTO tenet Sacerdotem obligari ad habendum intentionem consecrãdi per totam illam orationem, vsque in remissionem peccatorum: atque ita, non finita tota oratione, non fieri consecrationem. dicit secundo, Sacerdotem intendentem consecrare per hæc sola verba: Hic est sanguis meus, conficere: committere tamen sacrilegium: quia exponit se periculo non consecrandi: fortè enim (inquit) hæc opinio non est vera.

CONCLUSIO.

MAGISTER Soto hoc loco sibi repugnat. Probatum primo: applicata forma debita, & sufficienti ad materiam, statim sequitur effectus. Secundo, quia virtus actiua formæ non proficiscitur ab intentione sacerdotis, sed ab institutione diuina, etsi secunda opinio esset vera hæc esset forma sufficiens: Hic est sanguis meus: quare per illam solam fieret consecratio, & non per verba sequentia etiam si Sacerdos per alia verba intenderet consecrare.

Dubium I. Quid si præcisa forma sit, Hic est sanguis meus, & Sacerdos non habeat intentionem consecrandi per ista sola verba sed per alia, qua sequuntur: conficiet ne sacramentum?

CONCLUSIO I.

SI habet intentionem non aliter consecrandi, quàm per omnia illa verba, non conficiet, peruersam enim habet intentionem: quia non intendit consecrare per verba illa priora, quãuis sint forma præcisa: atque ita cum non habet intentionem vtendi præcisa forma, non consecrabit.

CONCLUSIO II.

SI habet intentionem cōsecrandi per totam illam orationem,

G 5 qua

qua Ecclesia vititur, verè conficiet. Ratio est: quia habet etiam intentionem consecrandi, vel per totam orationem, vel per primam eius partem: non enim excluditur intentio consecrandi per verba priora, si illa, vt docet secunda opinio, virtutem cõuertendi vinum in sanguinem habent.

Verum nota egregium Scoti consilium loco citato dicentis: Sacerdos proferat verba illa omnia, & habeat intentionem consecrandi, sicut Christus instituit, & tunc nulli se periculo exponet.

Ric q. 2. or. 3.
& Dur. q. 2.

Dubium II. Est ne Græcis necessarium ad veritatem Sacramenti vti tota hac forma, Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangetur, qua consecrare solent?

CONCLUSIO.

NON est necessarium, patet: quia sicut institutio Ecclesiæ Romanæ veritatem formæ præcisæ non tollit, etiam si formæ, v. g. Baptismi, & in nomine omnium sanctorum adderet (hoc enim non erit de necessitate sacramenti) ita quauis Ecclesiæ Græcorum addiderit, quod pro vobis frangetur, non erit hoc de necessitate sacramenti: esset tamen de necessitate præcepti additio illa: quia Sacerdos illam prætermittens mortaliter peccaret.

Art. IX. Inest ne aliqua virtus predictis formis, efficiens consecrationem?

DE hoc ar. lege sup. quæstionē tertiam de sacramentis in genere, & præter Doctores ibi citatos, lege Alex. q. 34. m. 1. art. 1. ad 2. & D. Thom. q. 78. art. 4. & Ric. hac distin. q. 3. art. 3. & D. Bon. art. 1. q. 1.

Hic refutat Sco. q. 5. opinionem cuiusdam, qui asserbat inesse his verbis qualitatem quandam, &c.

CONCLUSIO I.

VIRTUS harum formarum, quatenus sunt signa corporis, & sanguinis Christi, est certitudo in significando, nempe, quoddam positis his verbis, Hoc est corpus, &c. & Hic est sanguis, &c. illorum significatum, scilicet, corpus Christi, & eius sanguis ponantur. Ratio est: quia virtus cuiuscunque rei (Prima de cælo) dicitur vltimū de potentia, id est, vltima rei perfectio: & vltima, perfectio, siue virtus

Scoti est.

virtus signi est certitudo eiusdem in significando: hæc autem virtus est supernaturalis: quia verba sacramentalia ex sua natura non habent virtutem efficiendi, aut significandi vt significant.

CONCLUSIO II.

VIRTUS sacramentorum, quatenus sunt gratiæ, & aliorum effectuum causa, præsertim in verbis cõsecrationis, est concursus diuinus, diuinæque institutio, Sacerdotisque intentio. Ratio est: quia virtus efficiens est ratio propter quam agens siue principale, siue instrumentale operatur, vt in igne calor: & hæc verba conuersionem panis, & vini, &c. operantur: quia Deus concurret cum illis ad cõsecrationem: & quia instituit, vt illis veluti instrumentis cõsecrationis Sacerdotes vterentur: & quia Sacerdotes per hæc verba cõsecrare intendunt.

Art. X. An huiusmodi formæ sint locutiones veræ?

PRÆTER Doctores scholasticos, lege Innocent. libr. 4. de mysterio Missæ cap. 17. Thom. Vvalden. in 2. tomo de sac. 49. Gabr. in Cano. lect. 48. Castro verb. Eucharistia. hæresi 4. glossam in Can. timorem de cõsecratione. d. 2. verb. corpus.

Sex sunt opinioniones. Prima Innocentij, scilicet, hæc verba, Hoc est, &c. supponere materialiter, & recitatiuè. hæc sequuntur glossa citata, & Dur. & illam probabilem Scot. adiudicauit.

Secunda asserit verba harum formarum supponere significatiuè, & metaphoricè: ita vt sit impropria suppositio, est q; iuxta hanc opinionem sensus huius formæ: hoc est, &c. id est, hic panis representat corpus meum: quemadmodum Leo, & Agnus metaphoricè Christum representant: qui quidem sensus erroneus est: quia insinuat sub speciebus Christum non realiter, sed metaphoricè, & representatiuè, & secundum figuram contineri: atque hoc dicebant esse demonstrationem quoad intellectum.

Tertia opinio affirmat pronomen, hoc, demonstrare corpus sub ratione corporis Christi, & hoc, demonstratio quo ad sensum vocabitur: ita sit formæ sensus, Hoc est, &c. id est, corpus est corpus meum.

Quarta opinio est D. Bona. qui docet pronomen, hoc, panem conuertendum demonstrare, & copulam, est, verbo (sit) æquiualere: ita vt sit sensus, panis sit corpus meum.

Quinta

Ale. q. 33. m.
3. ar. 2. §. 2. 3.
4. S. Th. q. 78.
art. 5. reliqui
DD. d. 8. D.
Bon. ar. 1. q. 1.
Ric. q. 1. Sco.
q. 2. & Dur.
in ead. quæst.

Quinta opinio est Ochani, quam refert Gabr. vbi supra, afferentis, pronomen, hoc, corpus sub ratione corporis demonstrare, & copulam, est, exponendam esse per futurum erit: ita vt faciat hunc sensum: hoc erit corpus meum: quæ quidem opinio à multis temeraria censetur: quia corpus in fine prolationis non erit, sed est iam sub speciebus panis.

Vltima opinio est S. Tho. Ric. & Sco. qui existimant illud pronomen hoc, non demonstrare panem, nec corpus sub ratione corporis: sed corpus Christi sub ratione entis, vel indiuidui de prædicamento substantiæ, vt sit sensus, hoc ens, vel hæc substantia, quæ continetur sub speciebus panis, est corpus meum.

CONCLUSIO I.

FORMÆ consecrationis panis, & vini, verissimæ sunt: profertur enim in persona Christi, qui est summa veritas, & mentiri non potest: atque ita se habet à parte rei, quemadmodum per illas significatur: nam corpus, & sanguis Christi IES V sub speciebus consecratis continentur.

CONCLUSIO II.

SACERDOS consecrans non profert hæc verba recitatiuè tantum: tunc enim supponerent materialiter tantum quemadmodum si aliquis diceret, Christus dixit. Ego sum via, veritas & vita: est enim suppositio materialis, quando termini pro se ipsis tantum supponunt: formæ autem sacramentorum, cum sint propositiones præctiæ, & efficiant, quod significant, non supponunt materialiter.

CONCLUSIO III.

PRONOMINA istarum formarum, Hoc est, &c. Hic est, &c. non demonstrat panem, aut vinum. Ratio est: quia pronomen, hoc, præsertim in orationibus practicis, quæ significant, & significatū efficiunt, vsque ad vltimum instans prolationis nil demonstrant: & cum in fine istarum orationum, Hoc est, &c. & Hic est, &c. iam non sit ibi panis, & vinum, sed corpus, & sanguis Christi existant, impossibile erit pronomen, hoc, panem demonstrare: quod autem vocalis propositio nil significet, donec eius prolatio finiatur, perspicuum est: nam ex opposito sequeretur eandem propositionem veram esse simul, & falsam: vt hæc, Deus non est iniustus, in vltimo instanti vera, ante prædicari pronuntiationem falsissima:

vt Deus non est. hæc conclusio videtur contra D. Bona. non est tamen: nam est exponenda hæc propositio: Hoc est enim corpus meum, per verbum fit, & est: ita vt sensus, quod sit ex pane, est corpus meum. vide Caiet. qui ita illam exponit.

CONCLUSIO IIII.

P R O N O M E N, hoc corpus Christi, sub ratione corporis, non demonstrat. Ratio est: quia demonstraret, non esset propositio practica: sed speculatiua, vel significatiua tantum: æquipolleret enim in consequendo, & significando huic: corpus meum est corpus meum: quod quidem est contra definitionem sacramenti in principio positam.

CONCLUSIO V.

S U P P O N I T autem pro Christi I E S V corpore, quatenus est ens, vel indiuiduum de prædicamento substantiæ: ita vt sit sensus: Hoc ens, vel hoc indiuiduum factum ex pane, est corpus meum. Ratio est: quia si non supponis pro pane, vt ex tertia conclusione constat, neque pro corpore sub ratione corporis: vt in quarta conclusione probatum est: profectò pro corpore Christi quatenus est ens, vel indiuiduum prædicamenti substantiæ supponet.

Prima diff. an quod demonstratur per illud pronomen, sit aliquod commune, vel singulare?

D V Æ sunt opiniones. Prima est S. Thom. vt docet Magist. Soto in 4. scilicet, pronomen, hoc, non demonstrare singulare aliquod, sed subiectum in communi indifferens ad panem, & Christi I E S V corpus. Eamque defendit Magister Soto. Contra-ria opinio est Sco. & Caiet.

CONCLUSIO.

P R O N O M E N, hoc, corpus sub ratione substantiæ singularis, non autem communis demonstrat. patet hæc ratio: Hoc est enim corpus meum, est singularis propositio, quod Mag. Soto confitetur: quare subiectum erit singulare vagum, scilicet, hoc ens, vel hæc substantia. Deinde omne, quod continetur sub illis speciebus, est singulare, & non commune, & illud est, quod pronomen, hoc, demonstrat: quamobrem non rem aliquam communem, sed singularem demonstrabit.

Obiicit

Obicit doctor ille: propositio hæc, Hoc est enim, &c. non esset tunc practica sed speculatiua: æquiualeat enim huic, corpus meum est corpus meum: cui responderet æquipollere in consequendo: non tamen in consequendo, & significando: non enim termini in vtraque propositione, scilicet: Hoc est enim corpus meum, & corpus meum est corpus meum, sunt Synonimi idem, & eodem modo significantes, quod desiderantur, vt propositiones in consequendo, & significando, æquipolleant.

Alex. 5. citat.
S. Th. art. 5.
D. Bon. ar. 1.
q. 1. Ric. q. 2.
ar. 3. Sco. q. 2.
Dur. q. 2.

Secunda diffi. Illud singulare vagum demonstrat ne corpus sub ratione entis, vel substantiæ?

DVÆ sunt opiniones. Prima est Caiet. quod demonstrat corpus sub ratione substantiæ indiuidua.

Contraria opinio est Sco. vbi supra.

CONCLUSIO.

PRONOMEN, hoc, demonstrat corpus sub ratione entis, hanc primo sic probat Scot. quia illud pronomen, hoc, proponitur in neutro genere, & sine substantiuo, & nomen adiectiuum in neutro genere sumptum, potius ens, quam substantiam demonstrat: vt si dicat. Bonum est legere, id est, bona res, vel bonum ens est legere, atque ita resoluetur per hoc ens, id est, hoc ens est corpus meum. Secundo, quia quando percontamur, quid hoc est intelligimus, quid est hoc ens: & ita à simili, hoc est, id est, hoc ens. &c.

Tertia diffi. An pronomen, quando dicitur, accipite, & comedite, ex hoc omnes, supponat materialiter tantum?

DVÆ sunt opiniones. Prima dicit supponere materialiter tantum. contraria opinio continetur sequenti conclusione:

CONCLUSIO.

ILLO pronomen, hoc, nihil vsque ad finem orationis demonstrat. probatur eodem modo, quo supra explicatum est, pronomen in forma, hoc est, &c. nihil vsque ad vltimum instans prolationis demonstrare.

Quarta

*Quarta diffic. An hac oratio: Hoc est, &c. significet
conuersionem, &c.*

*Alex. ubi supra
Scot. q. ci-
tata Dur. d.
11. q. 1.*

CONCLUSIO.

SIGNIFICAT quidem, & efficit conuersionem panis in
Scopus Christi ex diuina institutione patet: nam est propo-
sitiō practica, quæ efficit quod significat: quemadmodum & for-
ma Baptismi, quæ ex institutione diuina interiorem animæ ablu-
tionem significat, & efficit.

*Quinta diffic. Est ne prius natura conuersionem fieri, quam hac
propositio sit vera, An è conuerso?*

*S. Tho. q. 78.
art. 6. reliquit
d. 8. D. Bona.
q. 1. Scot. q. 2.*

PERINDE est, ac si quæretur, an conuersio sit causa veritatis
orationis, vel orationis veritas sit causa conuersionis panis
in Christi corpus.

Scotus dubitans huic difficultati satisfacit: nam videtur, inquit,
prior conuersio cum ex eo quod res est, vel non est, dicatur oratio
vera, vel falsa, quæ maxima vera est in orationibus speculatiuis,
qualis est hæc, Franciscus est vir dicendi peritus: at verò in propo-
sitionibus practicis veritas illarum est causa existentia rei: ut quia
hæc est vera, ego condono tibi iniuriam, ideo iniuria est con-
donata.

CONCLUSIO.

PRIVS natura est hanc propositionem, Hoc est, &c. esse ve-
ram, quàm quod sit conuersio panis in corpus Christi, id est, ve-
ritas propositionis præsupponitur in genere causæ efficientis; pro-
batur: quia causa prior est effectui, & cum veritas huius propo-
sitionis: Hoc est, &c. sit causa efficiens conuersionis (nam est pro-
positio practica) erit profectò prius natura hanc propositionem
esse veram.

Hinc refutatus est error Erasmi super primam Epistolam ad
Corinth. 2. dicentis, hæc verba. Hoc est, &c. solum significare
præsentiam corporis Christi, & non panis conuersionem. Hacten-
us de prima quæstione.

Error.

Alex. q. 43.
Usque ad 53.
S. Tho. 63. &
Seco. reliqui d.
11. S. Th. q. 73.
art. 3. D. Bon.
q. 1. Dur. q. 2.
d. 9. & q. de
sacram. ge-
nere supra.

QVÆSTIO SECUNDA DE SVSCI-
PIENTIBVS EVCHARISTIAM.

HAC quæstione nona Magist. distinctio fit perspicua.

Art. I. An Eucharistia susceptio quemadmodum & Baptismi,
fit de necessitate salutis?

CONCLUSIO I.

1. Corint. 10.

EFFECTVS Eucharistiæ, scilicet, vt quis membrum Chri-
sti, & Ecclesiæ efficiatur, est de necessitate salutis, patet: quia
esse membrum Ecclesiæ, & Christi est de necessitate salutis: con-
stat in extrauaganti: Vnam sanctam, de maioritate, & obedientia,
& in Can. quoniam vetus 24. q. 1. & gratia qua aliquis Christo, &
Ecclesiæ vnitur expressius per Sacramentum Eucharistiæ signifi-
catur, dicente B. Paul. prima Corinth. 10. Panis benedictionis, & c.
quoniam vnus panis, & vnum corpus, multi sumus omnes, qui de
vno pane, & de vno calice participamus.

CONCLUSIO II.

IS TE effectus Sacramenti Eucharistiæ potest haberi per solum
propositum percipiendi illud: quod quidem habetur, quando Ba-
ptismus absque reali susceptione Eucharistiæ percipitur. Ratio est:
quia volens medium ad aliquem finem, consequenter vult & fi-
nem: nam propter quod vnumquodque tale, & illud magis: & cum
Baptismus sit medium disponens ad Eucharistiam sumendam,
suscipiens Baptismum habet ex consequenti voluntatem inter-
pretatiuam suscipiendi Eucharistiam.

S. Tho. q. 73.
art. 3.

Dubium. Cur paruuli possunt per votum interpretatiuum Eucharistia
effectum suscipere: non autem Baptismi effectum?

RATIO est: quia votum interpretatiuum habetur in susce-
ptione alicuius sacramenti: & cum ante Baptismum nullum
sit sacramentum (quia est omnium sacramentorum ianua) hac de
causa paruuli non poterunt votum interpretatiuum Baptismi,
quemadmodum Eucharistiæ habere.

CONCLUSIO III.

ACTV, siue realiter Eucharistiam sumere non est de necessi-
tate

tate salutis patet ex D. Aug. contra Pelagium lib. 2. cap. 22. ad Bonifacium, ubi ita ait. Neque illud cogitetis, paruulos vitam habere non posse: quia sunt corporis, & sanguinis Christi expertes.

Art. II. Quando Christus fuit hoc sacramento vsus?

CONCLUSIO I.

CHRIſTUS tempore cœnæ sub speciebus panis, & vini cōsecratis, sacramentum sumpsit. patet Matth. 26. & Luc. 22. ubi facta consecratione; legitur dixisse. Amen dico vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec, &c. quare tunc biberat: aliter enim non dixisset, non bibam amodo, id est, amplius, &c. Hinc constat Christum seipsum sacramentaliter manducasse: quia recepit verum sacramentum.

CONCLUSIO II.

CHRIſTUS spiritualiter tunc manducauit seipsum. Ratio est: non quòd augmentum gratiæ suscepit (nam ita erat plenus gratia, vt augmentum suscipere non posset) sed quia nouam quandam spiritualem dulcedinem recepit.

CONCLUSIO III.

ERROREVM non est asserere Iudam nõ fuisse in cœna, quando Christus Eucharistiã instituit. Ratio est: quia B. Hylarius, quem citat B. Tho. defendit, hanc conclusionem, cuius sententia hæcenus ab Ecclesia non fuit condemnata.

CONCLUSIO IIII.

IUDAS Eucharistiæ institutioni affuit, & de manu Saluatoris illam suscepit, & patet. Marc. 14. Vespere autem facto, venit cum duodecim, &c. & biberunt ex eo omnes, quare & Iudas, qui vnus ex duodecim erat.

CONCLUSIO V.

DEDIT autem Apostolis corpus passibile: sub modo tamen impassibili. Ratio est: quia idem erat corpus in sacramento, & extra, & cum ibi non possit tangi, neque pati poterat: quoniam omnis actio agentis naturalis fit per contactum: atque ita sub modo impassibili illud tradidit.

F. t. q. f. 4.

H Difficul.

Ale. q. 44 &
81. & q. 11. m.
4. & S. Tho.
q. 84. art. 8.
ad 4. D. Bon.
q. 4. ar. 1. d. 9.
Ric. d. 1. art.
4. q. Castr.
verb. Eucha.
Har. 11. Mat.
26. Luc. 22.
APPEN.

B. Hylarius.

B. Aug. est &
D. Hieron.
Marc. 14.

D. Tho. q. 81.
art. 4. Sco. d.
12. q. 6.

Difficultas. An si tempore passionis seruata fuisset Eucharistia anima Christi ab eius corpore fuisset separata?

CONCLUSIO I.

OMNIA tormenta, quæ qualitatem quandam absolutam infligebant, utrobique corpori IESU inhaerissent, si tempore passionis sub sacramento extitisset: exempli causa, vulnera, quibus caro diuidebatur, cicatrices, mors, &c. Ratio est: quia ex opposito sequeretur duas contradictorias esse simul veras de eodem: idem enim corpus esset mortuum, & viuum, sanum, & vulneratum, quod est impossibile.

APPEN.
Dist. 11. q. 2.
art. 4.

Hinc sequitur contra Mag. Soto, non posse Deum Opt. Max. etiam medio miraculo, ut ipse ait, efficere, ut extra sacramentum corpus Christi, esset mortuum, & in sacramento viuum. Ratio est: quia cum vita sit forma absoluta, idem corpus viueret, & non viueret, quod manifestam implicat contradictionem.

CONCLUSIO II.

SECVNDVM formas respectiuas non utrobique; corpus Christi passum fuisset: erat enim forma respectiua, propinquitas carnificum, flagellantium, & crucifigentium, Christum, &c. Hæc autem appropinquatio non poterat ei sub Eucharistia conuenire: quia non potuisset ibi tangi, ut supra diximus.

Hæreses.

Hinc confutatur error Lutheri, negantis, Christum suum corpus sumpsisse: vnde falsissimè colligebat, non debere Sacerdotes illam sumere: sed solum consecrare, & populo sub vtraque specie ministrare: cuius erroris secunda pars fuit condemnata ab Ecclesia: ut habetur Can. Relatum, & Can. comperimus. de consec. d. 2. vbi castigandos esse Sacerdotes non recipientes integra sacramenta, id est, corporis, & sanguinis species definitur.

Ale. q. 45. m.
2. S. Tb. q. 80.
ar. 4. D. Bon.
d. 9. q. 1. ar. 2.
Ric. ead. d. ar.
1. q. 3. Dur. q.
4. d. 3. Castr.
V. Euch. hær.
11. q. 12. Sco.
d. 9. q. 1.
Communis
est opinio.

Art. III. An qui existit in mortali, Eucharistiam sumat sacramentaliter?

CONCLUSIO.

EXISTENS in peccato mortali, & huius sacramenti fidem habens, recipit illud sacramentaliter tantum. Patet exemplo Iudæ, qui verè suscepit corpus Domini, quod multis sanctorum authoritatibus pater de Castro. hæresi 11. probat.

Prima

*Prima diffie. Quo tempore post susceptionem desinit esse
Christus sub speciebus consecratis.*

DIUVS Bona. d. 13. q. 2. art. 2. quatuor citat opiniones. Prima Ric. d. 8. ar. 2. est communis, scilicet: manet corpus sub speciebus consecratis, ubi quæ; illæ existant, &c. Secunda tenet manere Corpus Christi sub speciebus, dummodo existat in custodia, aut in hominis stomacho, donec cõsummentur species, & non alibi. Tertia asserit manere quandiu species dentibus teruntur, quousque ad stomachum descendunt. Quarta est glossæ in Can. tribus. de consecr. d. 2. affirmantis, tandiu esse sub speciebus, quandiu dentibus teruntur, & hæc etiam videtur esse Innocentij lib. 4. de mysterio Missæ cap. 15, & Hugo. lib. de sacramentis. p. 8. cap. 13.

CONCLUSIO I.

HÆRETICVM est affirmare Christi corpus non contineri sub speciebus consecratis, nisi quando actu à fidelibus recipiuntur. definita est in multis Concil. in Flor. sub Euge. IIII. & tandem in Trid. Sess. 13. cap. 6. hæc reperies apud Castro. hæresi 12. in quibus Conc. definitum est Eucharistiam esse in custodia seruanda, infirmis deferendam, per plateas in festo corporis Christi maximo cum iubilo circumferendam, Sacerdotemque verum sacramentum conficere, panem virtute verborum consecrationis in corpus Christi conuertendo.

CONCLUSIO II.

SECUNDA, tertia, & quarta opinio sunt falsissima, & redolent hæresim. Ratio est: quia corpus Christi nõ cõtinetur sub illis speciebus ratione loci, sed quia sunt virtute verborum consecratæ; & sunt condénatæ per Greg. II. & habetur in directório Inquisitorum. p. 3. q. 10. delata enim fuit ad illum præsens quæstio, & quæ immediatè sequitur.

*Secunda diffie. An brutum comedens sacramentum deuoret
etiam Christi corpus.*

DVÆ sunt opiniones. Prima negans Magistri, quam sequitur D. Bona. d. 13. q. 1. art. 2. Alex. q. 45. in ar. 1. & 2. S. Tb. ubi sup. ad 3. Ric. d. 9. ar. 1. q. 3. Durã. ead. dist.

Contraria opinio est communis.

CONCLUSIO.

BRVTVM comedens sacramentum, verum Christi corpus deuorat. patet eadem ratione, qua proxima cōclusio. & fuit expressè definita per Greg. 11. proximè citatum.

Hæresi.

In hoc articulo confutantur duo errores. Primus asserentiū existentes in mortali, & ponentes obicem gratiæ, nullo modo sacramentum recipere. vide Magistrum. d. 9.

Alter fuit quorundā Lutheranorum affirmantium Christi corpus non contineri sub speciebus, nisi quando actualiter tantum sacramentum suscipitur.

*Scō. d. 8. q. 3.
In 4. d. 12. q.
2. ar. 1. & ar.
1 & art 3. ad
secundum.*

Hinc etiam patet non rectè reprobatum fuisse Scō. à Mag. Soto, quòd dixerit sacramentum tantum recipi, quando à bruto hostia deuoratur: dicit enim non recipere sacramentū per se brutum in tali euentu: saltem hoc non potest diffiteri hostiam consecratam, quæ à mure recipitur, esse per se, & verè sacramentum: quāobrem concedit sacramentum, & per consequens confiteatur necesse est, aliud esse comedere sacramentum, aliud verò sacramentaliter comedere, scilicet, animo, & intentione illud suscipiendi, quemadmodum Scō. docuit.

*Ale. q. 46. m.
3. 4. & 5. &
S. Th. ar. 5. &
6. vbi supra
D. Bona. d. 9.
ar. 2. q. 3. Ric.
ead. d. ar. 2.
q. 1. Scō. ibid.
q. 1. Dur. q.
4. eiusdem d.
1. Corinth. 11.*

Art. IIII. Peccat ne naturaliter, qui in mortali existens, ad Eucharistiam accedit?

CONCLUSIO I.

RECEPTVRVS Eucharistiā alicuius peccati mortalis cōscius, mortaliter peccabit, si prius non pœniteat. hæc est D. Pauli multis in locis. prima ad Cor. 11. Probet autem seipsum. & c. & ibidem. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi: quæ quidem pœna mortis nulli in sacra scriptura, nisi ob culpam mortalem infligebatur: & ibidem. Quòd si nosmetipfos diiudicemus, & c. lege Can. qui celebrare, & Can. quid est. de consecr. d. 2.

APPEN.

EVCCHARISTIAM suscepturus sua peccata recogitare tenetur. Ratio est: quia cum teneatur illa confiteri, vt modò diximus, tenebitur illa recogitare: cum nemo possit illa rectè confiteri, quin prius in memoriam reuocet.

CON-

CONCLUSIO II.

QVI facta peccatorum recogitatione, nullius peccati cōsciū est, quamuis illud habeat, accedit dignè priuatiuè, id est, nec peccabit Eucharistiam suscipiendo, nec gratiam sacramentalem assequetur. Ratio est: quia qui nullius peccati est cōsciū, non tenetur pœnitere, & ita non pœnitendō non peccabit, nec gratiam accipiet: quia non secundum veritatem se preparauit.

D. Bon. est q.
3. art. 2.

Prima diffie. An qui habet confessoris copiam, ante receptionem Eucharistia, teneatur peccatum, cuius est cōsciū, confiteri?

CONCLUSIO.

QVI alicuius peccati mortalis cōsciū est, & habita confessoris copia, confessionem ante receptionem Eucharistia non pramittit, mortaliter peccat: est enim praeceptum diuinum de confessione ante Eucharistiam pramittenda: & est definita ad verbum Conc. Trid. Sess. 13. cap. 7. & Can. 11.

Hinc colligitur, Caiet. cautissimè esse legendum, qui in summa ver. Communio dixit non esse necessariam confessionem ante Eucharistiam: sed satis esse contritionem habere.

Caiet. causè
legendus.

Secunda diffie. An, deficiente confessore, & nulla urgente necessitate, in mortali existens possit sola deuotione motus, vel celebrare, vel Eucharistiam sumere?

Ale. q. 46. m.
3. art. 1. & 2.
Sco. d. 9. q. 1.

CONCLUSIO.

IN casu posito ad celebrandum absque confessione solus confessoris defectus non sufficit, cum & defectus huiusmodi, atque necessaria, & vrgens celebrandi causa desiderentur. definita est in Conc. Trid. vbi supra cap. 7. cuius verba sunt: Absque pramissa confessione sacramentali, nullus ad Eucharistiam accedere debet: modò non desit illi copia confessoris, quòd si necessitate vrgente, Sacerdos absque confessione celebrauerit, quamprimum confiteatur.

Hinc colligitur: cautè legendos esse Ric. qui dixit non teneri, APPEN. qui celebraturus est ad confessionem statim faciendam, si fortè de propinquo expectat alium, cui deuotius, & securius cōfiteatur.

F. t. q. f. 4.

H 3

Adria

Adrianum, qui q. 3. de confessione. Ricard. citat, & sequitur. Syluest. ver. Eucharistia. 3. §. 14. & Abbatem Panor. in cap. de homine. extra de celebratione Mystrarum, qui docuit non esse necessariam confessionem ad Eucharistia receptionem: sed satis esse contritionem habere.

*Tertia diffic. Quando erit censenda vrgens necessitas, vt absque
prauia confessione, Sacerdos celebrare, vel non
Sacerdos communicare possit?*

*Quatuor
prioras sunt
Sot. d. 12. q. 1.
art. 4.*

RESPONDEO huic difficultati per aliquot propositiones.

PROPOSITIO PRIMA.

QVANDO secularis est in articulo mortis, in quo Eucharistia susceptio est sub praecepto, & non adest Sacerdos, qui possit confessionem audire (nam qui praesto est, omnino est surdus, & mutus) posset tunc talis Sacerdos extrahere Eucharistiam à custodia, & deferre infirmo, qui non praemissa confessione poterit illam recipere. Ratio est, quia habet praeceptum diuinum tunc illam recipiendi, atq; ita, sola contritione prauia, poterit communicare.

PROPOSITIO SECUNDA.

QVANDO ex officio tenetur Sacerdos celebrare, & non habet confessoris copiam: vt Curatus, qui solus in oppido existit, is semel poterit celebrare, dummodo commodè non possit ad vicinum Curatum, ante Missam se conferre: nam si posset, à peccato non excusaretur.

PROPOSITIO TERTIA.

QVANDO in die Paschatis, non habetur confessoris copia: adest tamen qui Eucharistiam ministrat, causa adimplendi praeceptum Ecclesiae de Communionem, poterit tunc Christianus de sententia aliquorum, non prauia confessione, communicare: verum hæc propositio videtur falsa: quia praeceptum de praemittenda confessione ante Eucharistiam est diuinum, praeceptum verò de communionem in die Paschatis est dumtaxat ecclesiasticum. quare primum potius, quàm secundum est obseruandum.

PROPOSITIO QUARTA.

NECCESSITAS audiendi Missam, vel illam celebrandi

vt si Sacerdos iter faciens non celebret, non poterit Missam audire, erit satis: vt, sola contritione præuia, possit celebrare: neque hæc propositio est vera: quia hoc præceptum est ecclesiasticum, & illud de præmittenda confessione diuinum.

PROPOSITIO QVINTA.

POTEST Sacerdos, imò tenetur, sola contritione præuia, ad vitandum scandalum celebrare. Ratio est: quia non tenetur infamare se: vt abstineat à celebratione: at hoc intelligitur, dummodo habeat animum confitendi, quamprimum poterit, & certò noverit scandalum oriturum: non enim potest aliquis pro libito scâdali suspensionem fingere.

PROPOSITIO SEXTA.

QVANDO Sacerdoti in altari esistenti in mentem venit aliquod peccatum, quod nunquam est confessus, tunc sola contritio sufficit: verùm tenebitur iuxta decretum Concil. Trid. cap. 7. vbi supra, absoluto sacrificio, quamprimum poterit, confiteri: quamprimum, id est, antequam die sequenti Eucharistiam recipiat, vel sublata omni causa suspicionis, & infamiae: nam si subito, absoluto Sacrificio, teneretur, infamaret se ipsum: circumstantes enim suspicarentur, vel ante Missam, vel in Missa aliquod mortale comississe: quod neque Ecclesiæ, neque eius sponso Christo Redemptori nostro placuit, qui in cœna Iudam manifestate haud voluit.

Quarta diffi. An laicus iam iam communicaturus, cui occurrit mortale peccatum non confessum, possit absque confessione præuia illius peccati, Eucharistiam recipere?

Alex. vbi supra Ric. d. 9. ar. 3. q. 2. Sco. ea. dist. 9. 1. & Dur. ibid. q. 4.

MAGISTER Soto vbi supra damnat secularium consuetudinem, qui coram plebe publicè ante communionem peccata prætermittuntur. dicit enim, vel differant communionem, si absque nota fieri potest, vel recipiant Eucharistiam animo confitendi illico post receptionem.

CONCLUSIO I.

TENETUR confessionem illius peccati præmittere, patet: Primò quia Concil. Trident. vbi supra dicit necessariò esse præmittendâ confessionem, & non excipit aliquem casum, nisi quando non est copia confessoris, & vrget communicâdi necessitas: hic autè habe

tur confessoris copia. Secundò ex communi vsu Ecclesiæ confirmatur: qui maximam habet auctoritatem, solent enim rectores percontari (*Acuerdaseos algun peccado que en la confesion se os aya olvidado.*)

CONCLUSIO II.

SI Sacerdos, qui ministrat Eucharistiam, non est confessor institutus, habet tunc locum Mag. Soti opinio. Ratio est: quia infamaret seipsum, qui coram aliis, relicta communione, recederet.

CONCLUSIO III.

SI peccatum confitendum lōgam exigat moram, vel alicuius circumstantiæ lōgam explicationem, quam locus ille non patitur, poterit tunc confessionem differre, animo confitēdi statim post communionem. Ratio est: ne seipsum infamet, & inde scandalum oriatur: & intelligitur statim teneri ad cōfessionem eo modo, quo dictum est in sexta propositione difficultatis proximæ.

*Ale. q. 50. m.
6. Sco. ubi su-
pra.
q. 83. artic. 6.
ad 2.*

Quarta diffi. An possit Sacerdos excommunicatus ratione vitandi scandalum, non premissa confessione, celebrare?

MAGISTER Soto ubi supra tenet partem negantem.

CONCLUSIO I.

POTEST quidem. hæc conclusio colligitur ex S. Tho. qui ait: si Sacerdos recordetur in altari se esse excommunicatum, tenetur perficere Missam, quando sine scandalo non potest recedere. hinc ita probò Conc. sic ita: ut sine scādalo Sacerdos non possit abstinere, quin teneatur Missam incipere, ergo tenebitur illā incipere, & absolueret. patet à pari: nam si causa vitandi scādalu tenetur incipere, eadē profus ratione tenebitur illam incipere, & perficere: deinde, quia cōcurrentibus duobus præceptis impossibilibus, potius tenetur homo adimplere Diuinum, quàm Ecclesiasticum: & præceptū de vitando scandalo, & propria infamia est diuinum: præceptum verò de abstinendo à sacramentorum participatione tempore excommunicationis est tantum positium: quare tenebitur primum adimplere: hac tamen lege, & conditione, ut prius conteratur, etsi fieri potest, animo obediendi Ecclesiæ confiteatur.

Quin

*Quinta diffie. An sit grauisimum omnium peccatorum Eucharistiam
in conscientia peccati mortalis recipere?*

*S. Tho. q. 90.
arti. 5. Alex.
in 4. & q.
46. in 5. Ric.
d. 9. art. q. 1.
ar. 2. Sco. &
Dur. ubi su-
pra.*

CONCLUSIO I.

INDIGNE sumere Eucharistiã, ex parte obiecti, non est gra-
uissimum omnium peccatorum. Ratio est: quia eò grauius est
peccatum, quò obiectum, in quod peccatur est excellentius: &
Christi Redemptoris nostri Diuinitas sanctissima, & eius glorio-
sa humanitas excellentiora multò sunt sacramento, cui fit iniuria
in dignè illud sumendo.

Hinc perspicuum fit peccatum infidelitatis, desperationis, & AP PEN.
odij in Deum, quæ sunt immediatè contra Christi diuinitatem, &
contumelias Iudæorum contra eius humanitatem, fuisse grauiora
peccata, quàm sit indignè Eucharistiam sumere, quo iniuria sacra-
mento efficitur.

CONCLUSIO II.

PECCATVM indignè sumentis Eucharistiam grauius est pec-
catis, quæ contra creaturas perpetrantur. Ratio est: quia quantò
persona offensa, siue peccati obiectum est nobilitus: tãtò peccatum
ex ea parte est deterius: & Christi humanitas, quæ etiam ab indi-
gnè sumente Eucharistiam offenditur, est quacunque creatura di-
gnior.

CONCLUSIO III.

MULTA peccata contra puras creaturas commissa, ratione
circumstantiarum, peccato indignè sumendi Eucharistiam grauior-
ra esse iudicantur. Ratio est: quia grauitas peccatorum est quoque
mensuranda penes circumstantias: vt in floribus super secundum
librum sententiarum de grauitate peccatorum patebit: atque ita
homicidium ex parte damni illati personæ interfectæ: quia fuit
vita priuatus, & ex parte damni cõtra filios, si eius labore aleban-
tur, & ratione scádali grauius peccatum est, quàm indignè sumere
Eucharistiam: nam personæ Christi nullum inferretur nocumētum.
Secus autem ratione Irreuerentiæ: nam homicida inhonorat ho-
minem: hic autem Deum: & hac distinctione conciliantur inter se
Dur. & S. Tho. qui contrarij esse videbantur.

H 3 CON

CONCLUSIO IIII.

Ex parte personarum indignè sumentium Eucharistiam, non omnes æqualiter peccant: peccata enim ex infirmitate, & ignorantia, minus graua sunt peccato ex cõtemptu, & malitiã, vt in floribus secundi libri constat: & potest vnus quidem ad Eucharistiam sine confessione accedere ex infirmitate: quia timet, & veretur sua peccata confiteri: aliter verò quia suam conscientiam negligit, & gratiam sacramentalem contemnit.

Hæresis.

Hinc error destruitur Lutheri, qui vt refert Castro, affirmabat nullam esse necessariam conscientie præparationem ad Eucharistiam: sed solam fidem sufficere.

Ale. q. 48. 49

m. 1. S. Th. q.

80 art. 6. D.

Bon. q. vlt.

art. 2. Ric. art.

2. per 3. q.

Art. IIII. An peccatori petenti Eucharistiam possit Sacerdos illam negare?

DE publico peccatore nemo dubitat: de occulto est quæstio, qui aut petit publicè, aut occultè, si publicè communis est opinio Alexan. Bona. Ric. & S. Tho. m. 4. d. 9. ar. 5. q. 1. qua dicitur non esse illi Eucharistiã denegadã. Dur. solus tenet occulto peccatori, petenti à suo Curato extra tempus Paschatis publicè, aut citra mortis articulum, non solum negandam esse, verumetiam ad hoc Curatos teneri: dummodò sine scandalo possit illum expellere: quòd si à non suo Curato petit, debet, inquit, tunc publicè illã negare, dicens, non sum tuus Curatus, & non teneor illam dare.

Peccator publicus quis nã sit, & quis suspectus.

Nota primùm, peccatorem publicum dici, qui dånatus est per sententiam in iudicio latam de usura, symonia, &c. vel qui confessus est in iudicio ante iudicis sententiam latrocinium, vel aliud crimen, vel cuius delictum ita est manifestum, vt nulla tergiversatione calari possit: vt est meretrix in lupanari existens, vel domi concubinam habens. Hoc notabile expressè est definitum in cap. finali extra de cohabitatione Clericorum, & mulierum.

Animaduerte secundò, illum nominari suspectum, qui de aliquo crimine infamatus est: non tamen aliquo trium modorum primi notabilis conuictus: ita colligitur ex capite tua nos. eodem titulo.

CONCLUSIO I.

QUANDO peccator est publicus, quicumque illi Eucharistiam admi.

administrat, mortal. peccat definita est in Can. pro dilectione. de consecr. d. 2. vbi ita legitur, Consolendum existimasti, quid mihi videatur de histrione, & Mago illo, qui apud vos constitutus, adhuc in artis suæ dedecore perseverat, an talibus sacra communio cum cæteris Christianis debeat dari: puto, nec maiestati Divinæ, neque Evangelicæ disciplinæ congruere: ut pudor, & honor Ecclesiæ tam turpi, & infami contagione fœdetur: quod quidem est intelligendum, quando perseverat in crimine: nam si publicè pœniteat, secus faciendum esset.

Hinc si quis domi habeat concubinam, maiori parte, parochianorum hoc cognoscente, erit à cõmunionem expellendus: similiter vsurarius, & symoniacus publicus. atque etiam si post condemnationem, aut confessionem iudicio factam publicam pœnitentiam non egerint: ita sentit Ric. qui subiungit. Nisi articulus pietatis, aut necessitatis, aliquando aliter fieri persuaderet.

CONCLUSIO II.

QUANDO peccator non est publicus: sed infamatus, siue suspectus, si publicè petat, se alijs communicantibus ingerens, non est illi Eucharistia neganda. definita est in capite si Sacerdos. de officio iudicis ordinarij, vbi legitur, nullum esse nominatim arguendum, & incerpandum, neque à cõmunionem remouendum, nisi iudicario ordine possit probari, scilicet, vno ex tribus modis in primo notabili collocatis.

Hinc sequitur: si quis sit in populo infamia concubinarij, siue alterius criminis notatus: non tamen notorius aliquo modo ex illis tribus, & se ingerat alijs communicantibus, non erit à cõmunionem expellendus.

CONCLUSIO III.

QUANDO crimen est occultum (quia non est notorium) si se alijs communicantibus iniecit, non erit publicè, siue à proprio, siue ab alieno Sacerdote repellendus. Ratio est: quia tunc infamaretur à Sacerdote, atque ita Sacerdos mortaliter peccaret: est etiam definita in Cano. Christus. i. q. 1. & in Cano. non prohibeat. contra Dur. de consecr. dist. 2.

CONCLUSIO IIII.

PECCATORI occulto, occultè petenti, est à proprio, siue ab alieno Sacerdote Eucharistia deneganda. Ratio est: quia Sacerdos

APPEND.

q. 2. vbi supr.

Ric. est.

APPEND.

Cõmunis est opinio contra Sot. vbi supr.

dos

dos tunc cooperaretur peccato illius, quod sine scandalo prohibere potest. Dices: ille habet ius petendi, donec condemnatus sit. Respondeo: nequaquam habet, nam vt publicus peccator perdit ius publicè petendi sacramentum: ita peccator occultus, Sacerdori notus, perdit ius priuatim petendi.

CONCLUSIO V.

PARACTA pœnitentia publica peccatori publico est Eucharistia concedenda. definita est in Concil. Carthagin. 4. & refertur Can. penultimo. de consec. d. 2. & cõstat per caput primum, de pœnitentijs, & remissionibus, vbi ita legitur: Manifesta peccata sunt manifesta pœnitentia purganda.

*Ale. vbi sup.
S. Thom. loco
proximè cita-
to, Ric. ibid. q.
1. Dur. vbi
supra.*

*Prima diffie. Peccatori publico, vbi crimen eius ignotum est,
erit ne Eucharistia neganda?*

CONCLUSIO.

NON est publicè à communione, vbi eius crimen occultum est, reiiciendus. Ratio est: quia ibi nulla est causa scandalizandi: imò si publicè exploderetur, esset graue scandalum, & maxima hominis infamia, quod est contra charitatis præceptum: nam etiam in alio loco sit publicus, vbi Eucharistiam publicè petit, est occultus.

*Ale. q. 30. m. 1.
S. Ric. d. 9. ar.
2. q. 3.*

Secunda diffie. Excommunicatus, & denunciatus, cuius tamen excommunicatio est occulta, & soli Sacerdoti nota, potest ne à publica Eucharistia receptione reuocari?

CONCLUSIO.

NEQUAQUAM potest excludi. Definita est per capit. cum non ab homine. extra de sententia excommunicationis. Vbi dicitur: occultè, excommunicatum, occultè, & non publicè esse vitandum, & in extrauaganti, ad euitanda.

*Ale. q. 49. m.
2. S. Th. q. 80.*

Tertia diffie. Licet ne Eucharistiam alicui ministrare, vt eius crimen miraculosè detegatur?

art. 6.

VERBI gratia: si vir vxori suæ de adulterio suspecta Eucharistiam ministrare faciat.

CON

CONCLUSIO.

NULLO modo hoc licet. definita est expressè in Can. consulisti 2. q. 4. & in cap. ex tuarum. extra de purgatione canonica. & in cap. Dilecti. de purgatione vulgari. nam Canō saepe contingit. & Canon si Episcopo 2. q. 4. vbi tale genus purgandi crimen permittitur, abrogati sunt à Stephano Papa in Can. cōsuluiſti. citato.

Quarta diffi. Licet ne occulto peccatori ex eiusdē consensu, vt suo honoris, & fama consulat hostiam non consecratam porrigere?

DUÆ sunt opiniones. Prima negans B. Thomæ vbi supra ad 2. Altera affirmans D. Bon. vbi supra, quem sequitur Adria. quod l. 6.

Alex. vbi supra m. 6. Ric. ar. 3. q. 1. d. 9.

CONCLUSIO.

IN graui euentu, vbi grande occulto peccatori à communione abstinenti periculum immineret, probabilis est opinio D. Bona. si tamen proponatur hostia consecrata adoranda, & à tergo post illam non cōsecrata apponatur: ita vt nec videat, nec adoretur: atque hoc ex consilio, & scientia peccatoris: ne adoret hostiam non consecratam, & vt peccatum & periculum vitet.

Art. V. An corporalis immunditia: vt nocturna pollutio, Eucharistia, receptionem impediatur?

CONCLUSIO I.

QUANDO pollutio nocturna est mortale peccatum, non potest aliquis ante peractam pœnitentiam, sine sacrilegij crimine illam recipere: eadem enim est ratio de hoc peccato, & de aliis: vt ex 4. art. constat. indignè si quidem manducat, seipsum non probans, & corpus Domini non diiudicans.

CONCLUSIO II.

POST peractam pœnitentiã de pollutione nocturna, siue diurna, qui eadem die Eucharistiã sumit, mortale peccatū nō committit: nullum enim pœceptum diuinū, aut Ecclesiasticū est, quo polluti, per acta iam pœnitentia, eadem die Eucharistiam sumere prohibentur: & vbi non est legis, pœuaricatio, non est peccatum.

Alc. q. 47. m. 1. ar. 1. & 2. S. Tho. q. 80. ar. 7. D. Bon. d. 12. art. vlt. q. vlt. Ric. d. 9. q. 3. artic. 2. Adria. q. 4. de Euch. Siluest. V. Euch. 3. §. 12. Gabr. lect. 10. super Can.

1. Corint. II.

Rom. cap. 4.

CON-

CONCLUSIO III.

A C T V S est maximæ reuerentiæ: vt eadem die, qua quis pollutus est, vndeunque fuerit orta pollutio, acta etiam poenitentia ab Eucharistia abstineat: multa sunt loca sacra scripturæ, quibus hæc concl. confirmatur. quæ etiam est definita in Can. omnis homo. de consec. d. 2. vbi Conc. Eliberitanum omnibus coniugatis cõsultat, vt per 4. aut. 6. aut 8. dies ante communionem, ab vxoribus abstineant: quare idem consulendum erit pollutis, ante cõmunionem. quibus D. Tho. consuluit esse abstinendum per spatium 24. horarum.

In 4. dist. 9.

*Ale. ibi. m. 2.
S. Th. loco citato. D. Bon.
vbi sup. Ric.
d. 9. ar. 2. q. 3.
B. Greg.*

Difficultas, Peccat ne mortaliter coniugatus si eadem die, qua debitum soluit, ad Eucharistiam accedat?

CONCLUSIO.

NEQVAQVAM, si causa procreandorum liberorum debitum reddiderit, concl. B. Greg. est, & refertur Can. vjr cum propria vxore. 33. q. 4. vbi non esse ab ingressu Ecclesiæ, neque à communionem repellendos decernit: ibidem enim est iudicium de coniugatis, & pollutis sine propria culpa: quia nunquam est mortale ad Eucharistiam accedere, nisi quando præcessit in cogitatione, verbo, aut opere culpa mortalis, quæ non fuerit prius per poenitentiam deleta: quando autem pollutio mortalis culpa esse dicitur, in floribus 2. lib. sent. explicabitur.

*Ale. q. 52. m.
1. S. Th. vbi supra. art. 8:
Ric. d. 8. q. 1.
3. & 4. art.
2. Sco. eadem d. q. 3. Durã
q. 4. eiusdem d. 7.*

Art. VI. An qui soluto ieiunio Eucharistiam sumit, mortaliter peccet?

CONCLUSIO I.

QVI, soluto naturæ ieiunio, Eucharistiã recipit, mortaliter peccat, definita est in Conc. Constantiensi Sess. 13. vbi reiicitur error contrariorum affirmantium. & in Cõ. Carth. cap. 8. & in Can. sacramenta. de consecr. d. 1. & in cap. ex parte. de celebratione Missarum: & in aliis multis iuris Canonici decretis.

CONCLUSIO II.

LICITVM est soluto naturæ ieiunio, Eucharistiam recipere, quando recepturus in periculo mortis existit. definita est expressè per cap. Presbyter. de consecr. d. vbi infirmos statim communicandos esse præcipitur, ne sine communionem moriantur: & in Conc. Constantiensi proximè citato.

CON.

CONCLUSIO III.

INCERTVM etiam est, soluto naturæ ieiunio, Eucharistiam fumere: quando Sacerdos post consecrationem, vel soluit ieiunium vt si errore seductus solam aquam in calice effundat, quam ante sumptionem non cognouit, vel quâdo recordatur post consecrationem se ante Missam ieiunium soluisse. Probat̃ur à Scoto: *vbi supra* quia concurrentibus duobus præceptis impossibilibus, præceptum superioris est adimplendum, & præceptum de integra receptione Eucharistia est diuinum, & Ecclesiasticum simul: at verò præceptum de communione non facienda, soluto naturæ ieiunio, est tantum Ecclesiasticum: nam olim Ecclesia Corinthiorum Eucharistiam post prandium in die cœnæ Domini sumebat. vt 1. ad Cor. 11. constat & nota Sacerdotem in his euentibus non peccare, soluto naturæ ieiunio, Eucharistiam sumendo, scilicet peccauerit propter culpabilem negligentiam. Animaduertere etiam assumpta aqua loco vini teneri Sacerdotem vinum consecrare aqua apposita, si non superfluit aliqua pars aquæ in calice, incipiendo ab illis verbis, Simili modo, &c. & si seculares scandalizantur, scandalizentur: esset enim scandalum Pharisæorum de his quæ Sacerdos facere tenetur, scandalizarentur: debet autem, quo secretius poterit, hoc efficere.

Prima diffc. An Sacerdos, si ante consecrationem recordetur se non esse ieiunum, teneatur Missam inchoatam non perficere?

Scoti est. Vide Scot. vbi sup. & Naua. in manuali c. 25. nu. 91.

Alex. S. Tho. & Sco. vbi supra.

SYLVEST. verb. Eucharist. 3. §. 6. videtur sentire non esse slicitum illam perficere, cui etiam videtur subscribere Magist. Soto. d. 13. q. 2. art. 6. saluo tamen semper meliori iudicio sit conclusio.

CONCLUSIO.

Si ex recessu ab altari aliquod sequatur scandalum, tenetur illam perficere: sin minus ab altari recedere tenetur. probatur: quia si timetur scandalum, magis ad obseruandum præceptum diuinum de scandalo vitando quàm Eucharisticum præceptum de abstinendo ab Eucharistia soluto naturæ ieiunio, obligatur. colligitur hæc Conc. ex Dur. vbi supra: nam dicit in casu necessitatis licere fumere Eucharistiam post medicinam, vel post quemcunq; cibum:

cibum: ergo ex necessitate vitandi scandalum erit etiam licitum, ut in concl. habetur. Oppositum tenet Syluest. vbi supra, dicens, nunquam licitum esse celebrare, soluto ieiunio, etiam propter vitandum scandalum, & doctissimus Nauarro in Manuali cap. 21. num. 53.

APPEN. Hinc collige posse Sacerdotem non ieiunium Missam incipere, & perficere: quia vitare scandalum est de iure diuino: & confirmo ex his, quæ Syluester, & Nauarro affirmant, scilicet, posse Romanum Pontificem, soluto ieiunio, celebrare, quia legibus Ecclesiasticis est solutus: posse etiam dispensare, ut Sacerdos non ieiunus celebret: vnde manifestum fit, quod si in aliquo oppido esset vnus tantum Sacerdos, qui in die Natalis Domini post mediã noctem naturã ieiunium soluisset, neque reperiri posset Sacerdos, qui Missam celebraret, tenetur profectò ipse rem sacram facere, ne populum scandalizaret, cum ei ex officio celebrare incumbat. A simili possunt alij casus occurrere, in quibus scandalum sequatur, poteritque non ieiunus Missam inchoare, & perficere.

Caiet. in quodam quodlib. Alex. S. Tho. vbi supra.

Secunda diffie. Sumpta a latione, poterit ne Sacerdos reliquias in patena ex communionem secularium remanentes sumere?

CONCLUSIO.

POTERIT quidem. Ratio est: quia hostiæ & reliquiarum, vna, & eadem censetur esse sumptio.

Dubium.

Quid si relicta sit particula alicuius magnitudinis?

CONCLUSIO.

SI non esset custodia, vbi commodè seruari posset; etiam integram hostiam, nedum particulam illam, poterit Sacerdos post lationem sumere: ut si in campo longè ab Ecclesia distante Missa esset celebrata. Et ratio est eadem: quia censetur esse vna perceptio: si verò esset custodia, esset particula seruanda.

Tertia diffie. An in Ecclesia Græca ille dicatur esse ieiunus nature ieiunio, qui post mediam noctem nihil cibi, aut potus, sumpsit, quemadmodum in Ecclesia Romana?

CONCLUSIO.

SI illic dies à primo mane computentur, dicitur ieiunus, qui à primo mane nihil cibi, aut potus sumpsit: quia standum est illius Eccle

Ecclesiæ cōsuetudini, quoad ieiunium: verūm fortassis, illic etiam dicitur ieiunus, qui post mediam noctem, &c. quemadmodum apud nos. nihil enim de hac re certi habetur.

Quarta diffic. An qui deuorauit reliquias cibi inter dentes manentes, vel aquam, abluens os, naturæ ieiunium soluisse dicatur?

Ale. q. 12. m. 1. S. Tho. loco citato, Ric. q. 3. ibid. Dur. d. 8. q. 4. S. Tho. est.

CONCLUSIO I.

RESPECTU reliquiarum non soluit ieiunium, etiam si nutriant. Ratio est: quia non deuorantur per modum cibi, sed per modum saluæ.

Hinc, si sit adeo magna reliquia: vt priusquam deuoretur, dentibus teratur, videtur solui ieiunium, quia tunc per modum cibi deuoratur.

APPEN 1.

CONCLUSIO II.

Si inter saliuam deglutiat gutta aquæ, nō soluitur ieiunium. Ratio est: quia transit per modum saluæ, & contingit aliquando aquam labi vsque ad guttur, & non ad stomachum vsque, & tunc neque soluitur naturæ ieiunium: oportet enim vt quod sumitur ad extra per modum medicinæ, aut cibi, aut potus in stomachum descendat: vt naturæ ieiunium frangatur.

Syluest. vbi supra.

Hinc, ex Syluest. vbi supra, & Nauarro in Manuali cap. 21. numero 13. *El que gusta la olla, vino, o otra cosa semel ante podra comulgar, o dezir Missa si es Sacerdote* dummodo illud, quod gustauit, statim foras projiciat, & in stomachum non descendat.

APPEN 2.

Hinc, sanguis, vel humiditas à capite descendens non frangit naturæ ieiunium, nec impedit communionem, cum ad extra non sumatur.

APPEN 3.

Hinc, qui indigestione laborat post opulentissimam cœnam, & noctem in somnem, ieiunus cœsetur, & celebrare potest. Ratio est: quia non habemus præceptum, vt post digestionem celebremus: sed vt ieiuni ad Eucharistiam accedamus: potest enim aliquis, etiam si per decem horas dormierit, indigestione grauari.

Communis est opinio lege Syluest. vbi supra.

Hinc reprobanda est glossa super cap. ex parte. de celebratione Missarum oppositum affirmans. Tunc enim multi, qui debile habent naturalem calorem, frequentissimèque crudum habent stomachum, nunquam celebrare deberent, quod est falsissimum.

APPEN.

Alex. m. 1. S.
Tho. ubi sup.
Ric. d. 8. ar. 2.
q. 4. Scot. d. 9.
q. 3.

Quarta diffic. Quo tempore licebit post susceptionem
Eucharistia pranderi?

CONCLUSIO.

LICEBIT modò finita Missa pranderi, neque expectanda
erit necessariò specierum cõsecratarum digestio: bene tamen
ex deuotione: nam consuetudo, siue præceptum nihil comedendi
vsque ad meridiem, vt habetur in Cano. Tribus. de consecr. d. 2.
iam per contrariam consuetudinem est abrogatum.

Hæreses.

Prima concl. huius articuli confutatur error Lutheri in libello,
quem edidit de abroganda Missa priuata, vbi docuit consultius
esse post cibum sumptum Eucharistiam recipere. lege Clichtoueu
lib. 2. de officio Missæ contra Lutherum cap. 20. & Valdensem
tomo 2. de sacra. cap. 87.

Ale q. 49. m.
4. S. Th. q. 80.
ar. 9. Ric. d. 9.
art. 2. q. 2.

Art. VII. An sit non videntibus ratione Eucharistia tribuenda?

CONCLUSIO I.

QVANDO aliquis dicitur amens, quia debilem rationis
vsus habet, non est illi Eucharistia neganda. Ratio est: quia
debilis rationis vsus satis est ad diiudicandum corpus Domini
ab alijs cibus, id est, ad cognoscendum, qua deuotione, & animi
præparatione sit ad Eucharistiam accedendum.

APPEN. I.

Hinc, infirmis, quanuis videantur delirare, non est neganda
Eucharistia, dummodo prius interrogentur, an habeant animum
paratum, & velint eam recipere.

CONCLUSIO II.

AMENTIBVS à natiuitate nulla ratione est Eucharistia dâda,
Definita est in Can. omnis vtriusque sexus. vbi præcipitur nulli
esse tribuendâ, quousque ad annos discretionis petuenerit, & cùm
amentes à natiuitate nullum habeant nec habere possint rationis,
& discretionis vsus, nulla ratione erit illis Eucharistia cõferêda.

APPEN. 2.

Glossa Cauê.

Hinc, refutatur opinio glossæ super Can. qui recedunt. 26. q. 6.
asserentis amentibus à natiuitate esse in necessitate Eucharistiam
administrandam.

CONCLUSIO III.

PHRENETICIS, & amentibus, si in sanitate cõstituti Eucha-
ristiam petierint, vt sine pœnitentia præbuerint, erit Eucharistia
tribuenda

tribuenda. definita est expressè in Cōc. Carthag. 4. & ponitur in Cā. is qui. 26. q. 6. Et ratio est: quoniam sicut qui in vigilia petiit Baptismum, si dormiens baptizaretur, gratiam sacramentalem recipit: ita à simili in hoc casu.

Hinc laborantibus phrenesi per multam temporis moram erit etiam Eucharistia singulis annis tribuenda. Ratio est: quia nō datur illi Eucharistia propter multum, aut paruum tempus, quo in phrenesi detinetur, sed propter deuotionem, quam erga sacramentum in sanitate existens verbo, aut signo declarauit.

APPEN. 3.

CONCLUSIO IIII.

PARVULIS ante vsum rationis non est Eucharistia conferenda. definita est in Can. omnis vtriusque sexus. vbi dicitur. cum ad annos discretionis peruenerit, &c. & in Conc. Trident. Sess. 21. c. 4. Can. 4.

Prima diffi. Si aliquis Sacerdos paruulo daret Eucharistiam, reciperet ne sacramentalem gratiam?

CONCLUSIO.

RECIPERET quidem. Ratio est: quia hoc sacramentum operatur non per deuotionem recipientis, sed ex opere operato, virtute meritorum Christi: quemadmodum si paruulo sacros ordines Episcopus conferret, characterem, & gratiam reciperet.

Secunda diffi. Qua aetate paruuli ad Eucharistiam sumendam obligabuntur?

Ale. & S. Th. vbi supra.

CAIETANVS vbi supra S. Tho. tenet aetate 10. annorum esse illis ministrandam.

CONCLUSIO I.

ECCLESIAE consuetudo declarauit, maiorem discretionem ad communionem, quam ad confessionem desiderari. Ratio est: quia pueri obligantur ad confessionem, cum primū nouerint inter honestum, & inhonestum distinguere: quod nunc sapissimè aetate 8. annorum contingit: & tamen, Ecclesiae consuetudine Eucharistia eis non confertur.

I 2 CON.

CONCLUSIO II.

NON est 14. annorum aetas expectanda: sed quando pueri ante illam aetatem deuotionem aliquam, & dilectionem Dei habere videntur, est illis Eucharistia ministranda. Ratio est: quia habentes hanc deuotionem, non solum bonum à malo distinguunt, verum etiam huic tanto sacramento debitam reuerentiam exhibent: huius autem rei examen paruulorum parentibus, & confessoribus incumbit.

Hereses.

Hinc conuincitur error Pelagij, & Nestorij dicentium Eucharistiam paruulis necessario dandam esse. vide Caietan. vbi supra. S. Tho. art. 12.

Ale. g. 51. m. 1

ar 1. S. Th. 9.

80. artic. 10.

DD. d. 12.

Bon. ar. 2. 9.

2. Ric. art. 6.

q. 1. Dur. 7. 5.

Art. VIII. An liceat secularibus singulis diebus Eucharistiam sumere?

CONCLUSIO I.

HÆRETICORVM est asserere singulis diebus præceptum esse Christianis absque vlllo discrimine communicare: neque enim de hac re modò habetur præceptum: vt pestilentissimus Lutherus docuit; neque omnes, cum variis negotiis præpediatur, sunt semper dignè ad Eucharistiam dispositi: Sacerdotibus verò, cum offerant Sacrificium per se, & pro tota Ecclesia, tãquam Ecclesia ministris, licet pro Ecclesia, & animabus purgatorij sacrificium offerre.

CONCLUSIO II.

SECULARIS in diuino amore flagrans, & se per communionem in dies roborati, & charitate proficere experiens, quotidie poterit communicare. patet ex B. August. apud S. Thom. dicentem: Accipe, quod tibi prodest, & sic vive: vt quotidie merearis accipere: cui quidem non in publico, sed priuam erit communicandum.

D. August.

D. Bon.

Caiet. est.

APPEN.

Hinc, qui non experitur diuinum amorem ex frequenti communione in dies in se augeri, ab hoc sacramento abstineat: vt saltem non nisi semel in hebdomada communicet. Ratio est: quia si hoc non experitur, signum est profectò se minus dignè accedere: quotidie enim, inquit D. Aug. celebrare, nec laudo, nec vitupero, & refertur Can. quotidie. de consecr. d. 2.

D. August.

Tertia diffie: Ex duobus eque ad Eucharistiam dispositis, vter erit magis laudandus qui ob reuerentiam tanti sacramenti aliquot diebus abstinet, an qui propter deuotionem frequenter communicat?

CONCLUSIO I.

VTERQUE est laudandus, patet exemplo Zachari, qui gaudens excepit Christum in domum suam, & Centurionis, qui Christum recipere recusauit, dicens: Domine non sum dignus, &c. vterque enim à Christo laudatur.

CONCLUSIO II.

MAGIS tamen ille laudandus esset, qui propter amorem, & deuotionem singulis diebus communicaret. Ratio est: quia charitas, qua ad communicandum excitat, est praestantior virtus, & in se timorem, & reuerentiam includit.

Quarta diffie: Fuit ne in primitiua Ecclesia laicis praecipuum communicandi singulis diebus?

MOS erat tunc Christianis, diebus singulis communicare: in actibus enim Apostolorum dicitur. Erant autem credentes perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione, & fractione panis: vbi per communicationem & fractionem, sancti Sacramenti communionem intelligunt.

CONCLUSIO I.

HIC mos, seu consuetudo fuit illis sub praecipito. Ita enim definitum est à Calixto Papa in Can. peracta. de consecr. d. 2. nam inquit: Peracta consecratione omnes communicent, & qui noluerint, Ecclesiasticis cateant liminibus. sic enim Apostoli statuerunt, & sancta Rom. tener Ecclesia. Excommunicatio autem solum propter fractionem, praecipiti obligantis ac M. imponitur.

CONCLUSIO II.

DEINDE in Ecclesia propter remissam fidelium deuotionem, in diuersis temporibus statutum fuit, vt rarius seculares communicarent. nã Fabianus Papa instituit, vt ter in anno seculares communicarent. Sotherus verò Rom. Pontifex, vt in die cœna Domini. Tandem in Conc. Lateranensi decretum fuit, vt in die Paschatis Eucharistia sumeretur. Ratio autem huius varietatis est: quia

iuxta temporis varietates leges, statutaque humana iure optimo variantur.

Haveſs.

Hinc destruitur error Lutheri afferentis singulis diebus esse communicandum, in libello de Missa priuata reuocanda: vocatūque Missam priuatam, in qua solus Sacerdos communicat.

Alex. q. 51. m. Art. IX. Licet ne alicui Christiano per totam vitam à communione omnino cessare? Sensus est: an sit præceptum diuinum communicandi

vbi supr. Gabr. in Can. lec. 87. Sco. d. 9. in principio questionis, Ric. q. 13. q. 2.

semel in vita, an Ecclesiasticum tantum?

DVÆ sunt opiniones. Prima dicit, esse tantum Ecclesiasticum. Altera opinio opposita est S. Thom. art. 11. citato, & Dur. q. 2. vbi supra, & Palud. d. 9. q. 1.

CONCLUSIO I.

PRÆCEPTUM de Eucharistia sumenda est diuinum. patet Luc. 22. & ad Cor. 11. vbi post Eucharistia institutionem legitur dixisse: Hoc facite in meam commemorationem. quæ verba inducunt præceptum; nam frustra præcepisset Apostolis, quod ipse fecit, faciendum, si Sacerdotes non tenerentur Eucharistiam sumere, & fidelibus ministrare, cum ipse suum corpus sumpserit, & ipsidem Apostoli in cæna tradiderit.

CONCLUSIO II.

Ex præcepto Ecclesiæ tenetur homo singulis annis in die Paschatis communicare: definita est in Concil. Latera. & habetur in Can. omnis vtriusq; sexus: Hinc iure etiã diuino tenetur Christianus eodem die Eucharistiam recipere: quia idem est præceptum indeterminatum diuinum, & ab Ecclesiã determinatum: atque ita quando fit communicatio in Paschate ex præcepto Ecclesiæ, præceptum quoque diuinum de illa sumenda adimpletur.

CONCLUSIO III.

PRÆCEPTUM de Eucharistia in die Paschatis sumenda potest iam à dominica in Ramis, vsque ad dominicam in Albis adimpleri: patet per extrauagantem Eugen. III. quam citat Caieta. in summa verbo communio.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

APPEN.

*Prima diffi. Est ne Eucharistia de necessitate salutis: ut Baptis-
mus, & penitentia?*

Alex. q. 30.
m. i. art. 1. S.
Th. art. 11. D.
Bon. d. 12. ar.
3. q. 1. Dur. d.
d. 9. q. 1.

CONCLUSIO I.

NON est necessaria ad salutem quod ad peccatorum remissionem. Ratio est: quia ex sua institutione presupponit peccatorum remissionem, & peccatoris iustificationem: ut infra. q. 3. patebit: (sola enim Baptismi, & penitentiae sacramenta sunt hoc modo necessaria.

CONCLUSIO II.

Es t tamen necessaria ad salutem quoad perseverantiam in gratia. Ratio est: quia ad perseverandum in gratia est necessaria observatio omnium mandatorum Dei, & Eucharistia perceptio est unum ex praeceptis divinis, atque ita est necessaria ad gratiam, & ex consequenti ad salutem. Hac eadem ratione omnia praecepta divina dicuntur esse ad salutem necessaria. APPEN.

*Secunda diffi. An sit praeceptum divinum sumere Eucharistiam tempore
mortis, quando pro viatico datur?*

Ale. q. 52. m.
4. S. Tho. ubi
supra, Dur.
loco citato.

CONCLUSIO.

EST sub praecepto divino. nam est praeceptum divinum indeterminate, quod voluit Ecclesia in articulo mortis obligare: ut ex consuetudine Ecclesiastica a temporibus Apostolorum ad nostra usque tempora servata, quae vim habet legis, constat.

Tertia diffi. An sit Eucharistia damnatis ad mortem tribuenda?

CONCLUSIO.

DE iure est suspendendis tribuenda. definita est in Conc. Maguntinensi expressè, & refertur 13. q. 1. Can. quaesitum: ubi dicitur: Si de omnibus suis peccatis puram confessionem egerint, communicatio in fine secundum praecepta Canonum danda est, & cadavera sepelienda: quod intellige, si in iudicio crimina confessi fuerint: nam si publice negant, tanquam suspectis de falsitate, non est Eucharistia conferenda.

Art. vlt. An sit sub præcepto Sacerdotibus celebrantibus, & communicantibus & laicis etiam sub vtraque specie communicare?

Ale. q. 33. m.
1. S. Th. art.
12. q. 80. D.
Bon. d. 11. q.
2. Ric. ead. d.
q. 6. ar. 4.

CONCLUSIO I.

NON est contra ius diuinum populum sub vtraque specie communicare. definita est in Conc. Constantiensi Sess. 13. vbi dicitur, in primitiua Ecclesia huiusmodi sacramentum à fidelibus sub vtraque specie receptum fuisse, & Can. in cœna. & Can. cum frangitur, & Can. quid sit. de consecrat. dist. 2.

CONCLUSIO II.

NON est præceptum diuinum, quo populus ad communicandum sub vtraque specie obligaretur. hæc est contra hæreticos: & est definita in Conc. Basiliensi Sess. 30. & in Constantiensi Sess. 15. vbi populo interdicitur communicatio sub vtraque specie, & in Conc. Rhemeni, & refertur Can. prouenit. de consecr. d. 2. & in Carthagin. & in aliis Conciliis, & tandem in Trid. Sess. 21. cap. 1. & 2. & Can. 1. & 2.

CONCLUSIO III.

PRÆCEPTUM Ecclesiasticum, quo sub specie tantum panis communicandum populo præcipitur, est magis rationi consentaneum, quam oppositum: vt multis argumentis à patre de Castro, verb. Eucharistia, hæresi vltima, probatur. est autem definita in quatuor Conciliis generalibus, scilicet, Constantiensi, Basiliensi, APPEN. 1. Flor. & Tri. vbi oppositum asserentes condemnatur. Hinc colligitur magis expedire Ecclesiæ communionem sub vna tantum specie, quam sub vtraque: lege Caiet. vbi supra S. Th. sunt enim multæ APPEN. 2. mulieres, quæ tunc præ stomachi debilitate ad vomitum prouocantur. Hinc etiam patet non expedire S. Rom. Ecclesiæ calicis communionem alicui nationi concedere: nam si petentes sunt catholici, reprobendèdi potius, quam audiendi sunt: satis enim est illis eam communionem recipere quæ B. Franciscus, & alij sanctissimi viri receperunt: si autem hæretici sunt, multo minus sunt audiendi: tunc enim gloriarentur catholicos sua falsa doctrina, victos calicis vsum concessisse: & eadem ratione esset vniuersæ Ecclesiæ concedendus, & ideo Concil. Trid. Sess. 21. Can. vlt. ab huius art. definitione abstinuit.

Difficultas, Datur ne maior gratia suscipienti Eucharistiam sub vtraque specie?

Alex. & S.
Th. ibidem.

CONCLUSIO.

NON datur maior gratia suscipienti sub vtraque specie, quam sub altera tantum. Ratio est: quia cum vnica sit perceptio corporis, & sanguinis Christi, non dabitur vnus gradus gratiæ, per susceptionem corporis, & alius per calicis sumptionem: quæ admodum sacerdoti sumentis decem hostias consecratas, maior gratia, quàm sumentis vnam tantum non datur: quia earum omnium est vnica sumptio, atque ita nullum detrimentum populo irrogatur, quâuis illi sanguis non ministraretur, vt supra S. Tho. ad 3. docet.

Harrefes.

Hinc, confutatur error Bohemorum asserentium esse magnum sacrilegium Eucharistiam sub specie vini populo negare: quem errorem excitauit nefandus Lutherus: quo etiam errore laborant Græci, non quòd sub specie vini populus communicet, quia iam illis ab Ecclesia Rom. concessum est: sed quia nobis vitio dant consuetudinem Rom. Ecclesiæ, negandi populo calicem. Hactenus de 2. quæst.

QVÆSTIO TERTIA DE EFFECTIBVS
E U C H A R I S T I Æ.

Art. I. An virtute huius sacramenti gratia conferatur?

CONCLUSIO.

CONFERTVR quidem dignè suscipientibus Eucharistia virtute sacramenti gratia. conclusio est de fide, & definita expressè in Conc. Flor. & Trid. Sess. 15. & Can. 5.

Alex. q. 51.
m. 3. S. Tho. q.
79. ar. 1. D.
Bonn. d. 12.
ar. 3. q. 2. Ric.
ar. 5. q. 2. eius
dè dist. Dur.
ibi. q. 4. Cast.
V. Euch. ha.
re. 8. & 9.

Prima diffi. An Eucharistia possit primam gratiam, qua homo ex peccatore fit iustus, conferre?

DD. vbi sup.

CONCLUSIO I.

EUCHARISTIA per se non confert primam gratiam: Ebenè tamen per accidens. Ratio est: quia non est institutum hoc sacramentum ad hunc finem à Christo Domino, vt primam gratiam conferret: vt fuerunt instituta Baptismi, & penitentia

tia sacramenta, quæ virtute suæ institutionis dicuntur primam gratiam conferre. Secunda pars etiam patet: quia gratia sacramentalis datur non ponenti obicem, quem quidem non ponit, qui cum ignorantia inuincibili ad Eucharistiam accedit. hæc eadem ratio est de omnibus aliis sacramentis, & est ferè communis conclusio, quam. d. 9. 4. iidem Doctores tractant.

CONCLUSIO II.

CONFERRE primam gratiam conuenit per se Eucharistiæ, quatenus tempore Baptismi in voto recipitur. Ratio est: quia quando causa efficiens operatur propter aliquem finem, tunc etiã dicatur finis ille operari, quatenus mouet efficientem causam producentem effectum: ut pecunia operatur, quatenus mouet artificem, qui propter pecuniam operatur, & Baptismus, atque penitentiã efficiunt primam gratiam in nobis propter hunc finem: ut dignè Eucharistiam recipiamus: atque ita gratia tunc ab Eucharistiã, tanquam à finali causa confertur.

Ale. m. 3. ar. 3. ubi supra. *Secunda diffi. Conferretur Eucharistiã gratiam, quando recipitur, an quando species in stomacho corrumpuntur?*

DVÆ sunt opiniones. Prima Caiet. art. 1. ubi supra S. Thom. Ioan. Maior. d. 9. 4. afferentium non dari primam gratiam in instanti receptionis, sed in aliquo instanti vsque ad receptionem in stomacho. Contraria opinio est Magistri, & ceterorum d. 9. 4.

CONCLUSIO.

GRATIAM confert tempore, quo recipitur: & per receptionem intellige non retentionem eius in ore, sed descensum in stomachum, probatur à simili: nam, ut alia sacramenta præcisè in instanti perceptionis conferunt gratiam: ita & hoc, quia quantum ad gratiæ collationem eadem est omnium sacramentorum ratio.

Tertia diffi. Requiritur ne actualis deuotio tempore, quo Sacerdos Eucharistiam recipit: ut sibi gratia conferatur?

DVÆ sunt opiniones: Prima Caiet. ubi supra S. Tho. ar. 1. qui dicit, ut aliquem fructum ex hoc sacramento Sacerdos, vel secularis recipiat desiderati actualem tempore receptionis deuotionem. Hæc eadem opinio videtur fuisse Alex. ubi supra m. 3. art. 2. & D. Bona. q. 1. ad 1. & Dur. loco citato.

ALTEIRA, & contraria opinio est S. Tho. ubi supra art. vltimo afferentis veniale peccatum gratiae habitualis, & charitatis, quae datur virtute Eucharistiae, augmentum minimè tollere.

CONCLUSIO.

ACTUALIS deuotio tempore receptionis non est necessaria ad gratiam sacramentalem consequendam: impossibile enim esse videtur habere intellectum fixum per aliquod temporis spatium in alicuius rei contemplatione, quin per momenta distrahamur: nam impossibile est, inquit D. August. quin visis tangamur: & si actualem deuotionem tunc habere tenemur, ad impossibile profectò obligaremur.

D. August.

Quarta diffic. An qui timore vomitus Eucharistiam tantummodo adorat, gratiam sacramentalem recipiat?

Alo. ubi sup.

CONCLUSIO.

NVL LVM sacramentum gratiam confert, nisi in se, vel in alio sacramento: vt causa finalis, sed in voto tantum recipiatur. Ratio est: quia gratia sacramentalis, quae datur ex opere operato, id est, virtute passionis Christi, non confertur nisi per sacramenta exteriora, quibus passio Christi nobis applicatur: recipit tamen adorans Eucharistiam gratiam, quae ex opere operantis confertur, de qua loquitur D. Aug. cum ait, Crede, & manducaasti.

D. August.

Quinta diffic. Est ne effectus Eucharistiae gloria consequutio, sicut gratia collatio?

CONCLUSIO.

EST quidem, quia gloria est vita perfecta, & Eucharistia dicitur sacramentum vitae. Ioan. 6. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Hinc etiam viaticum nominatur: qui datur morientibus, vt recto tramite ad gloriam proficiscantur.

Ioan. cap. 6.

Hinc destruuntur duæ hareses. Prima Messalianorum afferentium hunc sanctissimum cibum nec prodesse quicquam, nec ledere: & Armenorum dicentium soli corpori prodesse. Altera haresis fuit Græcorum existimantium maiorem vim habere Eucharistiam in die cœnæ, quàm in alio die cõfectam: quod quidè falsissimum

Hareses.

Cast. V. Euch. haresi 8.

11. 10. 10. 10.

mum

num est: quia sacramentum, vt docet Conc. Flor. non ex tempore, sed ex debita materia, forma, & intentione pendet: & Christum in cœnam tradens potestatem Apostolis consecrandi absolūtè dixit, Hoc facite in meam commemorationem, & nullam temporis legem præscripsit.

Luc. cap. 22.

Alex. Alen.

q. 41. m. 1. ar.

2. S. Th. q. 79.

art. 3. D. D. d.

12. D. Bon. q.

2. Ric. art. 5.

q. 1.

q. 1.

Art. II. Remittit ne Eucharistia peccatum mortale?

TRES sunt opiniones. Prima affirmantium nullum sacramentum conferre primam gratiam, nec remittere peccatum mort. quia præsupponuntur remissa per contritionem præuiam: hæc opinio quantum ad Baptismum, & pœnitentiam est erronea: quia si aliquis ad hæc duo sacramenta attritius accedat, primam gratiam consequetur, & ex consequenti omnium mortalium remissionem. ita definitum est in Conc. Trid. Sess. 14. cap. 4.

Secunda opinio ait, omnia sacramenta conferre primam gratiam, & per consequens peccata remittere, ita vt Baptismus, & pœnitentia per se, reliqua verò per accidens hoc efficiant.

Tertia opinio est media quæ dicit Baptismum, & pœnitentiam conferre primam gratiam per se, reliqua verò neque per se, neque per accidens.

Scot. libera-
tur.

Scoto falsissimè hæc opinio ascribitur. nam. d. 9. q. 1. de Eucharistia verba faciens, ita loquitur: Si qua alia peccata lateant, per istud sacramentum etiam remittuntur: quibus verbis apertissimè docet, & peccatum mortale per Eucharistiam remitti, & primam gratiam conferri: nam de lege non potest Deus culpam remittere, quin gratiam conferat.

C O N C L U S I O I.

QUANDO prima gratia per Baptismum, vel per pœnitentiam confertur, & peccata remittuntur, Eucharistia, quatenus est in votò suscipientis, concurret, quia est causa finalis Baptismi, & pœnitentia, & causa finalis operatur simul cum causa efficiente, quatenus illam ad operandum mouet.

C O N C L U S I O II.

SI accedens ad Eucharistiam sit suæ attritionis conscius, peccatorum remissionem non consequetur: qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, &c.

ad Cor. 11.

C O N

CONCLUSIO III.

AD Eucharistiam cum conscientia peccati mortua. accedens, præter pœnam æternam, ad quam obligatur, plerûque corporalem *1. ad Cor. 11.* contrahit infirmitatem. constat apertissimè. nam de his B. Paul. loquens, ita ait. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. vide gloss. super hunc locum.

CONCLUSIO IIII.

SI quis attritus, se contritum existimans, ad Eucharistiam accedat, primam gratiam, & mortalium peccatorum remissionem consequetur. Hæc conclusio colligitur ex Alex. quem sequutus est B. Tho. vide Castro. hæresi 8. ver. Eucharistia. Et ratio est: quia cum Eucharistia non ponentibus obicem gratiam conferat, & hic nulum ponat obicem (fecit enim totum quod in se erat) profectò primam gratiam & mortalium remissionem consequetur. Est autem limitanda conclusio, nempe, quando non habetur confessoris copia: nam si haberetur, peccaret mortaliter, si priùs non confiteretur.

Prima diffi. An detur accessus medius ad Eucharistiam, ita accedens neque peccet, neque gratiam consequatur?

Alex. Alè. q. 46. in 3. ar. 2. S. Tho. art. 1. D. Bona. eodem art. ubi supra.

DVÆ sunt extremae opiniones. Prima Alex. Alè. quæ sequitur sunt D. Bona. & Caiet. art. 1. ubi supra. B. Tho. & Ioan. Gerson, quem citat, & sequitur Gabriel. d. 9. q. 2. qui partem affirmantem tenet. contraria opinio est Ioan. Maior. d. 9. q. 2.

CONCLUSIO.

MEDIVS datur ad Eucharistiam accessus, ita ut accedens neque peccet, neque consequatur gratiam: potest enim aliquis ignorare inuincibiliter esse necessariû habere dolorem ante Eucharistiæ susceptionem: & is, si cû hac iuris ignorantia, ad Eucharistiã accedat, etiã alicuius delicti conscius, cuius neque cõplacentiã, neque dispendentiam habet, tali ignorantia à peccato excusabitur, & gratiam non consequetur, quia nullus dolor de illo delicto præcessit. nulum enim peccatum per sacramentum deletur, nisi præcedente dolore aliquo. quã obrem debet Sacerdos alicuius peccati ignarus, ut gratiam consequatur, saltem in generali conteri, dicens de confessis, & oblitis me pœnitet, & confiteor me peccasse.

Secunda

Secunda diffi. An venialia peccata per Eucharistiam remittantur?

*Alex. Alē. m.
1. ar. 1. S. Th.
ar. 4. & 5 D.
Bona. q. 3.
Ric. ar. 5. q.
1. ubi supra.*

Opinio Caieta. ubi supra est, scilicet, si tempore receptionis homo est distractus, sicut Eucharistia non dat gratiam: ita neque venialia remittit. opinio contraria est grauiſſimorum doctorum.

CONCLUSIO.

VENIALIA peccata quoad culpam per Eucharistiam remittuntur. Ratio est: nā si mortalia remittuntur per Eucharistiā virtute gratiæ habitualis, quæ tunc cōfertur, vt ex superioribus constat, multò magis venialia, de quibus non habetur complacentia, quauis homo tempore receptionis sit distractus, remittentur.

Tertia diffi. An per Eucharistiam, pœna temporalis luenda in purgatorio remittatur?

¶ DE hac latius in q. de sacrificio Missæ.

CONCLUSIO I.

*Alex. Alen.
q. 41. m. 1. §.
2. ar. 1. S.
Th. ar. 5. ubi
supra.*

REMISSIO pœnæ infligendæ, quæ per Eucharistiam, vt est sacramentum, fit, non ratione sacramenti efficitur. Ratio est: quia Eucharistia fuit instituta non ad remittendam talem pœnam, sed ad animæ gratiam augendam: quemadmodum cibus corporalis ad augendas, & reficiendas corporis vires.

CONCLUSIO II.

*Exod. 12. c.
Alex. & S.
Th. sunt.*

EFFICITUR tamen ratione dispositionis recipientis, & charitatis, quæ tunc infunditur, pœnæ remissio. Constat Exod. 12. nam manducatio agni Paschalis cum lactucis agrestibus innuebat, cum dolore, & amaritudine nostrorum peccatorum, & passionis Sanctissimæ Christi Eucharistiam esse à nobis manducandā: tū etiam ratione charitatis per accidēs fit talis pœnæ remissio: est enim rationi cōsentaneū, vt quoties nouū amicitia augmētum efficitur, pœna aliqua ab amico remittatur, & donum aliquod concedatur.

CONCLUSIO III.

Lucæ 21.

EVCHARISTIA, quatenus est oblatio, & sacrificium, pœnam iuxta mensuram deuotionis offerentium remittit: plus enim Deus affectum offerentis, quàm munus oblatum respicit: nam videntur quæ duo tantum minuta obrulit propter affectum, dicta est plus omnibus obrulisse.

CON-

CONCLUSIO IIII.

Hic sacrificij effectus sine actuali deuotione etiam dormienti applicatur: deuotio enim non est necessariò habenda tempore, quo Missa pro aliquo offertur: sed tempore, quo petijt, vt celebraretur.

Hinc, Eucharistia Sacerdoti bifariam prodest: & vt sacramentum, quatenus sibi illam recipienti gratiam confert, & vt sacrificium, quatenus iuxta mensuram deuotionis pœna sibi remittitur, perinde etiam illis pro quibus offertur, dummodo illam recipiãt: alioqui enim solùm prodest, per modum sacrificij ad impetrandum, & pro peccatis satisfaciendum. De cæteris Eucharistia effectibus copiosissimè DD. præsertim Ale. D. Tho. & D. Bona. vbi supra, disputant.

APPEN.

QVÆSTIO QVARTA DE EXISTENTIA
CORPORIS CHRISTI IN
EUCCHARISTIA.

Art. I. An verè, & realiter sub hoc sacramento corpus & sanguis Christi existant?

CONCLUSIO.

CORPVS Christi IESV verè, & realiter, non metaphoricè sub speciebus panis, & sanguis sub speciebus vini, facta consecratione, continentur. hæc conclusio multis sacrae scripturae, & sanctorum testimonijs probatur: estque definita in multis Conc. & tandem ad verbum in Trid. Sess. 15. cap. 1. & Can. 5.

Hac conclusione, quam copiosissimè pater à Castro. hæc. 4. 11. & 12. verb. Eucharistia, confirmauit, destruuntur multi errores. Primus fuit discipulorù, qui abierunt, dicentè Christo, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. de quo Magist. d. 10. Secundus asserentium ibi esse carnem alicuius hominis, in quam panis substantia conuertitur, prodesseque ad peccati remissionem, siue homo ille iustus esset, siue non. Tertius Nestorij dicentis in Eucharistia contineri carnem non Dei, & hominis, sed puri hominis, fueruntq; damnati 2. & 3. error in prima synodo Ephesina. Quartus Berègarij, scilicet, verba hæc, Hoc est corpus, &c. esse intelligenda

Alex. Alen.
q. 40. m. 3. per
8. ar. & q. 53.
m. 4. per 5. ar.
S. Tho. q. 76.
art. 1. DD. d.
10. D. Bon. q.
2. ar. 3. Ric. q.
1. ar. 1. Sco. q.
Duran. q. 1.
Hereses.

Ioan. cap. 6.

telligenda non in proprio, sed in metaphorico sensu. Constat ex Can. Ego Berengarius. de consecr. d. 2. quem errorem post multos annos excitauerunt Vitclef, & Oecolampadius Lutheri discipulus. Quintus asserentium in mortali existere non recipere corpus Domini, Hostiam consecratam suscipientes: qui etiam consecrationem negant: tandiu enim ibi corpus Christi est, quoadiu species consecratae durant. Vlt. error fuit existimatum corpus Christi in Eucharistia solum, dum sumitur, existere. Verum de his duobus vltimis erroribus supra q. 2. egimus.

APPEN.
Caiet. caute
legendus.

Ex conclusione posita & probationibus, quae à patre à Castro afferuntur, colligitur, caute legendum esse Caiet. vbi supra S. Tho. dicentem, non apparere ex Euangelio aliquod coactiuum, quo possimus conuincere haereticos ad intelligenda verba haec, Hoc est corpus meum, propriè: sed tenendum hoc esse solum ex auctoritate Ecclesiae, quae ita verba consecrationis declarat.

Art. II. An totus Christus sub hoc sacramento contineatur?

CONCLUSIO I.

Alex. Alen.
art. 2. q. 3. S.
Tho. ar. 1. vbi
sup. D. Bona.
ar. 1. q. 1. Ric.
q. 2. artic. 1.
Dur. q. 1. in
ead. d. 10.

TOTVS Christus sub speciebus panis, & vini continetur. Ratio est: quia vt fides Catholica docet, idem Christus, qui in caelo ad dexteram patris sedet, est in altari.

CONCLUSIO II.

VIRTUTE verborum consecrationis corporis non est totus Christus in hoc sacramento. Ratio est: quia haec verba, hoc est corpus meum, virtute propria solum efficiunt, quod significant: & cum non significet totam Christi personam: sed corpus dumtaxat, virtute verborum solum corpus ibi continebitur.

CONCLUSIO III.

HUMANITAS, & Diuinitas Christi IESVS sunt in Eucharistia per solam cõcomitantiam ad corpus: nam cum in ea sit totus Christus: vt ex prima conclusione constat, & non virtute verborum consecrationis: vt in 2. conclusione demonstratum est, erunt profecto per concomitantiam.

CONCLUSIO IIII.

QUANTITAS, & accidentia corporis Christi solum sunt in Eucharistia per vnionem, & cõcomitantiam ad corpus: non enim per

per verba consecrationis significantur, scilicet, Hoc est, &c. nam corpus ibi non supponit pro trina dimensione, sed pro altera parte compositi naturalis. Hinc, solum Christi corpus est sub speciebus panis, & sanguinis sub speciebus vini virtute verborum consecrationis. definita est expressè in Conc. Trident. Sess. 13. cap. 3. Hinc sub speciebus panis sanguinem per cōcomitantiam ad corpus, & sub vini speciebus corpus. per naturalem concomitantiam ad sanguinem esse colligitur.

Hinc colligitur, quòd, si Hostia consecrata à Christo in cœna fuisset reseruata in illo triduo, corpus absque sanguine extitisset: tunc enim sanguis non erat corpori naturaliter vnitus, cum ita esset à corpore effusus, vt ex latere sanguis, & aqua simul emanauerint.

Difficultas. An virtute consecrationis corporis ibi, & anima, tanquam terminus formalis conuersionis panis, vel per solam concomitantiam, contineatur?

Alex. Alen.
ubi supra.

DVÆ sunt opiniones. Prima B. Tho. q. 75. artic. 6. ad 2. asserentis animam esse terminum formalem, quatenus dat corpori esse corporeum organicum, Altera, & contraria opinio est Scot. d. 10. q. 4. art. 2.

CONCLUSIO.

FORMALIS terminus conuersionis panis est Christi IESV corpus, quatenus ex materia prima, & forma corporeitatis componitur, & non vt ex anima dante esse corpoream. constat: quia forma, dans corpori esse corporeum, non est anima rationalis, sed forma corporeitatis: alioqui enim sequeretur, quòd cadaver non esset eiusdem hominis viuētis corpus, quod est erroneum in Philosophia, & in fide: quia tunc corpora sanctorum non essent veneranda, neque corpus Christi in sepulchro fuisset idem, quod in cœna, quod est contra fidem, & multorum sanctorum auctoritates, quas apud Scot. vbi supra reperies: ratio manifestissimè hoc concludit: nam si forma est, quæ dat esse rei, & post mortem corpus non habet eandem formam substantialem, vt aduersarij fatentur, non erit perfectò idem corpus.

F. t. q. l. 4.

K

Artic.

Art. III. An totus Christus sub vtraque specie contineatur?

CONCLUSIO.

Alex. Alen.
q. 40. art. 2.
& S. Th. q.
76. ar. 2. ad 3.
D. Bon. d. 10.
q. 5. & Ric. q.
1. & 2. Dur.
q. 2. Gab. se-
per Can. lect.
80.

CONTINETUR quidem totus sub vtraque specie. De-
finita est in Conc. Flo. & Trid. Sess. 13. cap. 3. & Can. 3. & Sess.
21. cap. 3. & Can. 3. est autem intelligenda conclusio. vt art. 2. dixi-
mus: ita vt corpus Christi sit sub speciebus panis virtute verbo-
rum, reliqua per concomitantiam, & sub speciebus vini virtute
verborum sanguis, reliqua verò per concomitantiam contineantur.

*Difficultas. An sub qualibet particula vtriusque speciei totus
etiam Christus contineatur?*

DVÆ sunt opiniones, quas citant Alex. & S. Tho. vbi supra.
Prima assertentium ante fractionem non esse totum Christum
in qualibet parte Hostiæ: sed totum in tota, & partem in parte, ita
vt Christus ad extensionem Hostiæ extendatur: post fractionem
verò Hostiæ esse totum in qualibet particula. Ex hac opinione
multa sequuntur absurda. Secunda opinio est communis dicens
esse totum in qualibet particula, &c.

CONCLUSIO I.

POST fractionem Hostiæ totus Christus sub qualibet parti-
cula continetur. definita est expressè in Conc. Flor. & Trid. Sess.
13. cap. 3. & Can. 3.

CONCLUSIO II.

ANTE fractionem Hostiæ, & ante diuisionem specierum vini
totus Christus sub qualibet Hostiæ particula, & vini guttula con-
tinetur. definita est in Can. vbi pars. de consec. d. 2. dicitur enim,
Vbi pars est, etiam & totum. hæc est contra primam opinionem.

Alex. Alen.
ar. 7. vbi sup.
D. Bona. loco
citato ad 2.
Sco. d. 10. q. 4.

Art. IIII. An eadem proprietates, qua corpori Christi IESV
sub modo naturali existenti insunt, necessario eidem
sub modo sacramentali insint?

DVÆ sunt opiniones. Prima est Magist. Soto. d. 10. q. 1. art. 2. 4.
dicentis, posse Deum sua omnipotentia efficere, vt corpus
Christi

Christi sit habens quantitatem in calo: non tamen in sacramento: atque etiam, vt in sepulchro fuisset absq; anima, & sanguine, & in sacramento cum anima, & sanguine, & hanc dicit fuisse Scoti opinionem: cum tamen contrarium ad verbum vbi supra Scot. teneat: dicit enim impossibile esse Christi corpus sub modo naturali habere aliquos proprietates absolutas, quibus sub modo sacramentali careat. Scot. liberatur.

CONCLUSIO.

CORPVS Christi necessario easdem proprietates absolutas in sacramento, quas extra sacramentum, habet. patet: nam, dato opposito, darentur duæ contradictoriæ simul veræ, scilicet, hoc corpus est viuens, & non viuens, habens sanguinem, & non habens sanguinem, &c. quamobrem impossibile est corpus Christi extra sacramentum esse mortuum: vt erat in sepulchro, & in sacramento viuum, &c. vt asserit prima opinio. quid: quod absoluta nõ variantur ad variationem relationum: sunt enim priora respectibus, & ab illis minimè pendent. Scot. e. ff.

Art. V. An existentia corporis Christi in sacramento necessario eiusdem existentiam extra sacramentum, & sub modo naturali supponat.

DVÆ sunt opiniones. Prima Caiet. q. 76. art. 2. B. Tho. qui opinatur partem affirmantem esse impossibile. Altera est Sco. d. 10. q. 4. & illam Caiet. impossibile iudicat. Primum animaduerte existentiam naturalem corporis esse occupare locum, & ad extensionem loci extendi: existentiam verò sacramentalem esse contineri sub aliquo signo, & non occupare locum neque ad extensionem loci extendi.

CONCLUSIO I.

NEVTER horum modorum existendi ab alio dependet. probatur: quia neque dependet vnus modus ab alio essentialiter, siue intrinsecè: neuter enim in definitione alterius includitur: neque vt à causâ extrinseca efficiente, & conseruante, neque modus sacramentaliter existendi à modo naturali dependet, cum sit creatura, sed à solo Deo efficitur. Tandè, neque pender vnus ab alio, tanquã à suo correlatiuo: tunc enim nõ posset esse vnus modus sine altero, quod

quod est erroneum: quia ante institutionem Eucharistiæ Christus erat sub modo naturali, erit que post diem vniuersalis iudicij, quando nullum sacramentum existeret.

CONCLUSIO I I.

POSSIBILE fuit ante incarnationem Christi corpus sub modo sacramentali duntaxat esse, probatur: & primum, perpende corpus Christi posse desinere esse, vel simpliciter, vel secundum quid: simpliciter quidem, si eius humanitas corrumpere: secundum quid verò, quantum ad modum existendi tantum. Exempli causa, desinere esse sacramentaliter, nil aliud est, quam non contineri sub speciebus panis, habere que modum quantitatiuum, & extensum, atque hoc est corpus Christi, desinere esse secundum quid sacramentaliter: perinde desinere esse solum quantum ad modum naturalem existendi, est non habere modum quantitatum, id est, extensionem ad loci mensuram: à simili etiam corpus incipere esse secundum quid, est incipere habere modum naturalem, vel sacramentalem existendi: unde corpus Christi incipere esse secundum quid, est, quando fit consecratio: incipere esse simpliciter, est totius suppositi inceptio, ita ut sit verum dicere, hoc suppositum nunc est, & immediate ante hoc non fuit. Deinde nota corpus Christi realiter distingui ab utroque modo existendi: nam potest existere, & existit absque altero istorum modorum: nam modo est in celo, & non sacramentaliter, & in Hostia, & non est ibi naturaliter. his positis, probatur conclusio: corpus Christi realiter distinguitur ab utroque modo existendi, & neuter illorum modorum pendet ab alio, ut ex prima conclusionem constat: ergo sub altero modo poterit esse simpliciter: ut sub modo sacramentali: quamobrem possibile fuit ante incarnationem, &c. consequentiam ita probat Scot. nam quando res differenter se habet ex se ad duos existendi modos, sub quolibet potest incipere esse simpliciter: potest enim homo incipere esse sedendo, vel stando: quia indifferenter ad vtrumque modum existendi se habet.

CONCLUSIO I I I.

POSSIBILE est per potentiam diuinam: ut corpus Christi desinat esse quoad modum existendi naturalem, & non quoad modum existendi sacramentalem. Ratio est: quia desinere esse quoad modum naturalem non esset corruptio, sed solum non occupare

occupare locum, & ad extensionem loci, quo continetur, non extendi: quemadmodum quando continetur sub speciebus, ubi est inextensè. Obijcies, sequeretur tunc formam sacramenti, hoc est corpus meum, esse falsam, si tantum esset sub modo sacramentali: nam facit huc sensum, hoc corpus sub his speciebus contentum est idem corpus, quod sub modo naturali præexistit. R. nunc facit hunc sensum: at verò si non esset sub modo naturali, esset nihilominus vera oratio: nam significaret corpus sub speciebus contentum: atque ita virtute horum verborum, siue aliorum posset Deus facere, vt Christi corpus simpliciter sub sacramento esse inciperet.

Insurges iterum: ante incarnationem illud corpus non fuisset formatum ex sanguinibus, vt postea: quare non præcessisset sub sacramento idem corpus numero, sed aliud. R. si humanitas Christi in sacramento incarnationem præcessisset, eadem differentiam indiuidualem habuisset: atque ita esset eadem humanitas numero, quæ fuit post incarnationem: etiam si demus materiam esse formale principium indiuiduationis: quia materia est in generabilis, & incorruptibilis, atque ita eadem numero humanitas ante, & post incarnationem fuisset.

Iterum disputabis: si potuisset ante incarnationem in Eucharistia præexistere, tempore, quo fuit corpus ex Virgine genitum, essent simul duæ contradicentes propositiones veræ, scilicet, hoc corpus incipit esse simpliciter, quia modò generatur: hoc corpus non incipit esse simpliciter propterea quòd iam præexistebat. Sequeretur etiã, idem bis produci, quod est intellectum difficillimū. R. Immo facillimum est intellectu: nam si sacramentaliter præexistisset, per incarnationem quoad naturam humanam simpliciter esse non incepisset, sed secundum quid, scilicet, quantum ad modum naturalem existendi: nec tunc per incarnationem generatum fuisset, sed transubstantiatum, atque ita non esset bis genitum: nam vt fit modò corpus ex pane per transubstantiationem, & non per generationem: ita tunc temporis ex sanguinibus sanctissimæ Virginis corpus Christi fuisset secundum quid, quoad modum naturalem existendi virtute illorum verborum. Ecce ancilla Domini, &c. Tandem rogabis, quòd non est in seipso, non potest esse in alio, sed sub modo naturali non præexistisset, non esset in alio, id est, sub modo sacramentali. R. imò esset in seipso:

-nam esse in seipso est habere esse reale, quale habuisset sub modo sacramentali: atque ita sub tali modo potuisset existere, quanuis sub modo naturali non præextitisset.

Art. VI. An corpus Christi sub speciebus panis, & vini habeat dimensiones quantitatis, longitudinem, &c?

Dist. 10. q. 2.

TR E S sunt opiniones. Prima Durand. qui probabile esse arbitrat, corpus Christi absque vlla quantitate in Eucharistia existere. Secunda opinio est Ocham: vt refert Gabr. Lect. 4. super Can. & tenet, nullo modo habere quantitatem: quia quantitas (vt ille docet) non distinguitur à substantia, siue à re quantæ sed est tantum modus existendi rei in loco, scilicet, extensio substantiæ ad mensuram loci. Tertia opinio est communis Alex. & cæterorum,

Alex. Alen.

q. 40. m. 3. ar.

4. S. Th. ar. 3.

Ric. d. 10. q. 2.

art. 1. Scot. d.

10. art. 1.

CONCLUSIO I.

CH R I S T V S in altari quantitatem habet: corpus enim I E S V est animatum anima rationis compote, quæ non potest informare nisi corpus organicum: quia anima actus corporis physici, organici, &c. est, & non informat corpus, nisi sub certa, & determinata quantitate: quid? quod, si substantia corporis Christi non haberet quantitatem, esset incorporea, & forma consecrationis, Hoc est corpus meum, esset falsa, quod est per absurdum.

Arist. 2. de anima.

CONCLUSIO II.

CH R I S T V S in altari modum quantitatum non habet, patet: quia magis proprium est, & peculiare substantiæ existere per se, quam sit quantitati habere modum quantitatum, & humanitas Christi à verbo diuino assumpta non est per se: quare poterit Deus efficere, vt quantitas sine suo modo quantitatum existat.

APPEN.

Hinc colligitur Christum in Eucharistia non replere locum: nam si repleret, Hostiæ quantitatem excederet, quod est contra fidem.

CONCLUSIO III.

Communis est opinio.

QU A N T I T A S non virtute verborum, sed per concomitantiam est in Eucharistia: nam ybi est corpus, est etiam, quicquid illi naturaliter vniatur.

Possent tamen defendi, esse ibi virtute verborum: quia quantitas

ma

3 X

4. p. 1.

de

consideratione corporis organici est, cum impossibile sit corpus sine
quantitate habere organa.

Art. VII. An corpus Christi sub quantitate panis, ut in loco?

CONCLUSIO I.

CHRISTVS IESVS in Hostia circumscriptiue non conti-
netur: nam cum non habeat ibi modum quantitatum, ne-
que occupat locum, neque loco circumscribitur, ita ut in alio non
existat, quod est circumscriptiue esse in loco: dicitur tamen esse cir-
cumscriptiue in loco specierum per accidens, ut qui est in naui, di-
citur in mari esse.

CONCLVSIO II. NEQVE est in hoc sacramento definitiue: illud enim est defi-
nitiue in loco, quod ita ibi est, ut nullo modo alibi existat. Corpus
verò Christi IESVS sub pluribus speciebus consecratis, & in celo
existit.

CONCLVSIO III. EST autem sub speciebus tanquam in loco presentia-
liter: nam substantia panis erat sub speciebus, intinè præfens, & corpus Red-
emptoris nostri loco substantiæ panis, dempta tamen inharètia,
succedit & per intimam præsentiam, siue præsentia-
liter intelligitur nullum esse inter extrema spatium.

CONCLVSIO IIII. EST quoque ibidem modo supernaturali, id est, sacramentali:
qui sub speciebus consecratis continetur, & ab illis, quantum ad
esse secundum, quid conseruatur: tandiu enim ibi existit corpus
Christi sacramentaliter, quandiu species durant.

Art. VIII. An per diuinam potentiam posset idem corpus in diuersis
locis existere?

DE sunt opiniones. Prima negans S. Tho. Dur. & aliorum,
quos numerat Soto. Secunda est Ale. Alé. Ric. Oghami, Sco.
& aliorum nominaliū, quibus multi Thomistarum, subscripserūt.

CONCLUSIO I.

IDEM corpus per Dei omnipotèntiam potest simul in pluribus

K 4 locis

Alex. Alé. q.
40. ar. 6. Co
7 m. 3. S. Th.
q. 76. ar. 6. D.
Bo. d. 10. q. 3.
Co. 4. Ric. d.
10. q. 1. art. 2.
Scot. ead. q. 1.
Dur. ibid. q.
2. Co. d. 11. q. 1.

Contra Gab.
est ubi sup.

Alex. Alen.
q. 40. m. 3. ar.
6. §. 3. S. Tho.
d. 75. ar. 1. Re
lig. d. 10. D.
Bon. q. 2. art.
ult. Ric. q. 2.
ar. 2. Sco. q. 1.
Co. Dur. q. 1.

Scoti est.

locis circumscripitiuè existere. ratio prima Scoti est: quia cum duo corpora per Dei omnipotentiâ possint simul in eodem loco existere, quorum alterum non occupat locum: vt constat de corpore Christi in hora sui sanctissimi ortus, poterit profectò idem corpus per eandem potentiam simul in duobus locis esse. Illationem confirmo. Primum quia magis proprium est quantitati replere locum, quàm esse in loco, & potest esse, quin repleat locum vt ex proximè dictis constat: ergo, &c. Secundò, quia prius est habere quantitatem, quàm loco contineri: quamobrem, corpore non multiplicato locus multiplicari poterit, & ex consequenti in pluribus locis collocari. Posterius enim multiplicari potest, priori, præsertim si sit absolutum, non multiplicato. Deinde confirmatur cõclusio: idem corpus potest esse in pluribus locis sacramentaliter, quod maius est: ergo per Dei omnipotentiam poterit circumscripitiuè in pluribus locis existere: nam existentia sacramentalis tria exigat miracula: primum, esse in pluribus locis: secundum, sine loci occupatione existere: & tertium, absque modo quantitatio. At verò circumscripitiua existentia eiusdem corporis in pluribus locis primum tantum miraculum præsupponit. Tum etiam corpus Christi est in pluribus locis, & non per motum localem, sed solum per cõuersionem substantiæ panis in ipsum, possetque Deus efficere, vt panis substantia in corpus Christi sub modo naturali conuerteretur: quia pauciora essent miracula. Quamobrem per panis substantiæ conuersionem posset tunc efficere, vt in pluribus locis circumscripitiuè existeret. Ad hæc idem Angelus per Dei potentiam potest in pluribus locis definitiuè esse: quate & corpus circumscripitiuè, par enim est vtriusque ratio: præter hæc, cum non implicet contradictionem, quòd idem corpus habeat plures relationes ad plura loca, quemadmodum eadem albedo plures habet relationes, ad plura alba, quid prohibet fieri non posse, &c. tandem, idem corpus numero potest habere plures præsentialitates, & habet ad plures Hostias, quando est sacramentaliter sub illis: poterit igitur habere plures præsentialitates, ad plura loca circumscripitiuè cõrrentia: propterea quòd esse in loco, præter loci relationem, nihil aliud est, quàm præsentialitas locati ad locum.

CON

CONCIVSIO I
 IDEM CORPUS PER DEI OMNIPOTENTIAM POTEST SIMUL IN PLURIBUS
 LOCIS

CONCLUSIO II.

Si idem corpus in pluribus locis circūscriptivè existeret, eodem modo à pluribus agentibus, ac si in vno esset loco, pateretur. v. g. si in vno loco ignis, & in alio aqua admoveretur, vel à fortiori, vel ab utroque simul, si essent æqualia, pateretur. Ratio est: quia virtus activa agentis, & passiva patientis sunt formæ absolute, quæ ad multiplicationem loci nec variantur, nec multiplicantur.

Hinc, agens naturale non habet maiorem actionem in pluribus locis simul quàm in vno tantum: quia virtus activa est forma absoluta, & multiplicato loco, non multiplicatur. APPEN.

CONCLUSIO III.

Si idem corpus in pluribus locis existeret, posset habere respectus, siue relationes contrarias: idè namque esset sursum, & deorsum, &c. Ratio est: propterea quòd, istæ relationes præsupponunt locum, & ab illo dependent; atque ita, multiplicato loco, multiplicantur.

Iam satisfaciendum est argumentis oppositæ opinionis. Primò enim sic obijciunt: si idè corpus posset esse in pluribus locis, posset esse ubique, quòd est solum Dei proprium. Resp. Scor. Deus per suam omnipotentiam posset corpus Christi ubique constituere, convertendo omnem substantiam orbis in illud, ut modò convertit Hostiam: & tunc esset ubique, non ut Deus, qui virtute propria, & sua omnipotentia ubique est, sed accidentaliter, idèst, per aliud, scilicet, per virtutem diuinam. Secundo colligunt, ergo idem corpus esset sanum in vno loco propter æris temperiem, & in alio ægrum, quòd est impossibile: nam si duo contraria de eodem verificarentur, & duo contradicentia similiter: ut Arist. author est: negatur consequentia: quia prædicata absoluta sunt priora, & præsupponuntur ad locum, nec ab illo dependent: atque ita, multiplicato loco, non multiplicantur: vnde si in vno loco esset corpus calidum, vel frigidum, sanum, aut ægrum, &c. in omnibus similiter. Tertio colligunt, sequeretur idem esse vnum, & plura, quòd fieri non potest, nam corpus est vnum, quia commensuratur vno loco, quare si pluribus locis idem corpus commensuraretur, essent plura: non rectè colligunt, quia cum esse vnum, sit ens absolutum, ad multiplicationem loci non multiplicatur. Quarto inferunt, eadem

materiã duplici forma specifica informati, & habere duplex esse: exempli causa, si de sententia Scori idem cibus in duobus stoma-
chis pòneretur: hæc illatio nullam habet vim, vt ex secunda con-
clusionione constat. Quintò disputant, colligitur eundem ignem in
pluribus locis positum maximam sylum comburere posse: atque
ita vltra suam naturam agere, quod impossibile censetur: cum
actio non fiat à proportione minoris æqualitatis. Huic, satisfactum
est per appendicem 2. conclusionis.

Sextò tunc vnus homo, si in vno loco comederet, & in alio nõ,
simul quidem esuriret, & non esuriret. Verùm hoc nequaquã se-
quitur: quia conuertendo in vno loco substantiam alimenti in suã
naturam, alterius loci famem extingueret.

Vltimò, tunc priuatiuè opposita, vt potè, motus, & quies, de eo-
dem verificarentur. Respondeo falsum hoc esse: nam quies non
est tantum priuatio motus, quia vtrumque est positium, & dicit
relationem ad locum. Dices, saltem sunt incòpossibiles termini mo-
tus, & quies est terminus ad quem, qui motu acquiritur. Respon-
deo, quando motus localis est deperdititiuus, & acquisitiuus si-
mul, termini sunt incòpossibiles, non autem quando est acquisi-
tiuus tantum: tunc enim potest vnus absque perditione alterius
acquiri. vndè posset tunc idem corpus Valentie quiescere, & motu
locali Romæ locum acquirere.

Alex. Alen.
vbi supra. S.
Th. q. 76. ar.
6. reliqui d.
10. Ric. q. 1.
ar. 4. Sco. q.
6. Dur. q. 3.

Art. IX. An corpus Christi sacramentaliter existens possit ab aliqua
creatura motu locali moueri?

DVÆ sunt opinioniones. Prima Alex. B. Tho. & Ric. Secundæ
Sco. & Dur. hi omnes confitentur ad motum hostiæ localiter
moueri: differunt verò, quia prima opinio affirmat moueri per ac-
cidens à Sacerdote mouente Hostiam, secunda verò dicit non à
Sacerdote, sed à solo Deo moueri.

C O N C L U S I O.

PER accidens corpus Christi localiter à Sacerdote mouente
species consecratas mouetur. Ratio est: quia omne contectum mo-
uetur per accidens ad motum continentis, & ab eo, qui mouet cõ-
tinens, & Christi Ies v corpus verè, & realiter sub speciebus con-
secratis, seclusa in hærentia, sicut substantia panis, continetur: nam
vt sub

vt substantia panis quantum ad esse, & consecuari dependet ab accidentibus (destructis siquidē accidentibus panis, & eius substantia destruitur, vt destructa frigidityte, & humiditate aqua per ignē aqua substantia corrumpitur) ita etiam Christus ex lege diuina dependet quoad esse sacramentaliter ab accidentibus panis, & vinitandiu enim ibi est, quandiu species illa durat.

Prima diffc. An possit motu alterationis moueri?

ANIMADVERTE dupliciter aliquid posse Christo conuenire, vel ratione specierum, sub quibus sacramentaliter continetur, vel ratione eiusdem corporis, quatenus sub modo naturali existit.

C O N C L U S I O.

CH R I S T I I E S V, corpus, neque per se, neque per accidens, alteratione facta circa species consecratas, alterari potest. Ratio est: quia omnis actio materialis fit per contactū, vt Arist. docet, & corpus Christi I E S V, vt est sub sacramento, non potest tangi per se, neque etiam per accidens: nam quod ita patitur, debet inhaerere illi, quod patitur per se, & extendi ad illius extensionem: & Christus non extenditur ad extensionē specierum, neque illis inhaeret.

Arist. 7. Phy.

Secunda diffc. An habeat Christus in Eucharistia easdem actiones

immanentes, quas sub modo naturali habet, ut verbi

gratia visionem, auditionem, &c?

C O N C L U S I O I.

OMNIS operatio sensitiva immanēs, quae inest Christo sub modo naturali, inest eidem sub modo sacramentali concomitanter: nam omnes, inquit Sco. operationes potentiarum sensitivarum sunt formae absolutae, & ubiq; vniiformiter eidē corpori insunt. Ex opposito enim implicatio contradictionis sequeretur. Caterū Soto se hoc non intelligere posse cōfiteretur: quia si loqueretur, inquit, & ambularet in caelo, quatenus in sacramento est, neque loqui, neque ambulare posset. Scot. verò de actionibus transcendentibus, vt est locutio, quae sonum in aëre efficit, non loquitur neque de motu locali, qui locum circumscriptiuum praesupponit, sed de actionibus immanentibus quinq; sensuum: quia nihil extra efficiunt

Sco. q. 5. ubi supra.

Dist. 10. q. 1. art. 6.

*Arist. 2. de
anima.*

efficiunt: neque enim actiones, sed passionem quædam sunt: nam sentire, pati quoddam est. vt Arist. 2. de anima, demonstrat: est autem actio immanens non receptio specierum, sed est potentiam suum obiectum per illas species cognoscere. Dices, istæ sensationes sunt quantæ, & extensæ, quomodo igitur possunt Christo in sacramento sine extensione conuenire? Respondeo: sunt inextensæ, vt est corpus in ordine ad Hostiam: quoniam ibi modum quantitatum non habent, quanuis in se sint quantæ: quemadmodum corpus Christi est in se quantum.

CONCLUSIO II.

CORPVS Christi, quatenus est in Eucharistia, nõ potest sensationem aliquam, vt visionem, auditionem, &c. recipere. Ratio est: quia omnis sensatio fit per receptionem specierum in organo quanto: cum species sint materiales, & quantæ, organa corporis Christi sub Eucharistia sub modo quantitatio non sunt vt ex superioribus constat.

APPEN. 1.

Hinc, non potest recipere sensationes ab obiecto, quanuis, possit illas habere: quia obiectum materiale non potest imprimere species nisi per appropinquationem, & contactum ad passum: & corpus Christi, vt est in Eucharistia, non potest tangi cum sub modo quantitatio ibi non existat: potest nihilominus ibi habere extra Hostiam impressas & receptas.

APPEN. 2.

Hinc, non posse habere actionem transeuntem in Eucharistia, constat: quia omnis actio transiens corporalis fit per contactum, & cum corpus Christi in Eucharistia non sit quantitatiuè, neque tangi, neque agere, neque pati ibidem poterit.

CONCLUSIO III.

CHRISTVS, quatenus est in Eucharistia abstractiue intelligere, & velle potest: istæ enim actiones non modum quantitatum, sed solum animæ potentias præsupponunt.

Tertia diffi. Possit ne Deus per suam omnipotentiam corpus Christi, quatenus est in Eucharistia, calefacere?

CONCLUSIO.

POSSET quidem: nam Deus non operatur per contactum, quemadmodum naturale agens, sed per solam omnipotentiam: verum enim uero, calor ille modum quantitatum haud haberet.

Quarta

Quarta diffie. An Christus, quando desinit esse in sacramento, corruptis speciebus, mutari dicatur?

CONCLUSIO.

NEQVAQVAM mutari dicitur: quemadmodum enim Deus, qui est in creatura, quando creatura desinit esse, ibi etiam esse desinit, non per mutationem sui, sed creaturæ: similiter, corruptis speciebus, desinit esse ibi Christus, non per mutationem localem propriam, sed per specierum mutationem.

S. Th. est ubi supra.

Art. X. An corpus Christi, ut est in Eucharistia, virtutem transmutandi substantialiter, & localiter aliud corpus à seipso habeat?

DVÆ sunt opiniones, quas citat Gab. prima Ochami dicentis posse habere easdem operationes, quas sub modo naturali habet. Contraria opinio est communis, quam elegantius tradit Sco.

Gabriel. Lect. 45. super Can. Sco. d. 10. q. 7.

CONCLUSIO I.

CHRIſTUS, ut est in Eucharistia, non potest aliquã operationem potentie meræ naturalis, ut est nutriendi potentia, vel mixtæ, ut est sentiendi potentia, habere. Ratio est: quia omne agens Physicum agit per contactum, & repatitur in agendo: & Christus, cum in Eucharistia non habeat modum quantitativum, neque tangere passum, neque repati poterit.

CONCLUSIO II.

CHRIſTUS IESVS: prout est sub speciebus consecratis, potest actiones merè spirituales habere: ut velle, & intelligere ali-quod obiectum. Ratio est: quia anima non operatur per cõtactum: sed per species intelligibiles, quas, ut est in Eucharistia, habere potest.

Alex. Alen. q. 40. m. 3. ar. 4. S. Tho. q. 6. ar. 7. reliqui. dist. 10. D. Bon. art. ult. q. 1. Ric. ar. 5. q. 1. Sco. q. 9. Dur. q. 4. Gabr. lect. 45. super Can.

Art. XI. An aliquis intellectus creatus possit corpus Christi: ut est in Eucharistia, videre naturaliter?

DVÆ sunt opiniones, vna Scot. altera S. Tho. Prima est affirmans. Secunda negans, quæ est etiam Alexandri.

CONCLUSIO I.

INTELLECTVS viatoris non potest habere notitiam intuitivam

Arist.

uam Christi, in Eucharistia existentis: quia cum Christus in Eucharistia non sit sub modo quantitatiuo, non potest pro isto statu de illo habere notitiam sensitiuam, & ex consequenti neque intellectiuam: nihil enim est in intellectu intuitiue, quin prius fuerit in sensu.

CONCLUSIO II.

*Seco. est, &
Durand.*

INTELLECTVS separatus beati naturaliter potest corpus Christi in Eucharistia videre. primò probatur à Scot. hac ratione: intellectus separatus potest naturaliter notitiam intuitiuam substantiæ panis, & non tantum accidentium habere: poterit igitur & notitiam intuitiuam corporis Christi sub illis accidentibus existentis habere; vis huius illationis ita demonstratur, corpus enim Christi sub accidentibus est obiectum intellectui nostro proportionatum, quemadmodum panis substantia, cum sit finitum: antecedens verò sic confirmatur: ratio, ob quam intellectus noster conunctus non potest intuitiue formas substantiales videre, est, propterea quòd notitiam alicuius obiecti, nisi medio sensu habere non potest, & quæ sensibus percipiuntur, sunt accidentia sola: unde fit, vt pro hoc statu visio intuitiua non de substantia, sed solum de accidenti habeatur. Verumenimvero, cum intellectus separatus in cognoscendo à sensibus non dependeat, poterit intuitiue formas substantiales, panisque substantiam cognoscere. Deinde, intellectus separatus essentiam panis potest naturaliter cognoscere: quia cognoscens habitum, & priuationem cognoscit: quare poterit naturaliter Christi præsentiam cognoscere: ita enim est intellectui separato obiectum proportionatum Christi in sua præsentia, sicut panis absentia: nam vtrumque est obiectum finitum: tum intellectus separatus eo ordine cognoscit entia, quo ipsa sunt: nam sicut res se habet ad esse, ita ad cognitionem, & substantia sub accidentibus contenta prior est accidente: quamobrem prius natura intellectus separatus corpus Christi sub accidentibus contentum, quam accidentia cognoscet. Præterea, supernaturalis modus existendi, quem ibi habet, non obstat quominus naturaliter ab intellectu separato possit cognosci: quia naturale, & supernaturale non mutat rei essentiam, cum eiusdem rationis sit homo genitus, & creatus: quapropter neque variabitur ratio cognoscendi ipsum, perinde ac si sub modo natu

do naturali, & accidentibus esset: adhuc, neque obstat, ut possit ita cognosci, quod omne supernaturale sit quocumque naturali perfectius: quia substantia naturalis est perfectior accidenti supernaturali. Ad extremum: intellectus separatus naturaliter spirituales substantias, quavis sint inextensa cognoscit, & corpus Christi in Eucharistia inextensum non videbit, & plane videbit.

CONCLUSIO III.

NON est de essentia beatitudinis Christum in Eucharistia, vel in proprio genere videre: quia de essentia beatitudinis solum est videre obiectum beatificum, Deum scilicet, Opt. & Max. qui solus beatificat, quod intelligentum est de beatitudine essentiali: nam beatitudinis accidentalis est Christus obiectum, & etiam obiectum, creatum. Et nota cum Scot. in patria succedere fidei claram visionem articulorum ad diuinitatem spectantium: quia sola diuinitas est obiectum beatificum: non autem creatura, quæ per alios articulos, ut verbum esse incarnatum, &c. significatur.

Restat: ut rationes oppositas dissoluamus. Primò enim ita obijcitur, ens supernaturale: ut est existentia corporis Christi in Eucharistia, non potest naturaliter cognosci: nam ut ens factibile supernaturaliter, naturaliter effici non potest, ut potè miraculum: ita neque supernaturale ens poterit naturaliter cognosci. R. Scot. omne ens supernaturale iam inesse positum naturaliter ab intellectu separato potest cognosci: quia est ens finitum, & creatum, & tale ens est obiectum intellectui proportionatum: neque enim sequitur, non potest naturaliter fieri, ergo neque cognosci: cæcò enim non potest naturaliter visus restitui, & tamen naturaliter potest cognosci: tum etiam, gratia non est naturaliter factibilis: & tamen ab Angelo naturaliter cognoscitur.

Secundò disputat aduersarij: fidei mysteria, inter quæ recensentur existentia corporis Christi in Eucharistia, naturaliter cognosci non possunt: alioqui enim non fidem de illis, sed opinionem, vel scientiam haberemus. R. à viatoribus non possunt naturaliter cognosci: benè tamen ab intellectu separato: ut ex 2. concl. constat.

Tertio insurgunt hoc modo: sequeretur hinc, demones etiam hoc mysterium agnoscere, quorù naturalia post lapsum miferunt integra: quod quidè est falsum: quia inimici gratiæ, gratiæ sacramentum

tum non agnoscunt. R. Sco. cum Magistro, Angelos, etiam bonos multa mysteria naturaliter cognoscere posse, quae sibi à Deo occultantur: ut incarnationis mysterium, quod multi Angelorum per Apostolorum praedicationem didicerunt. ut DD. sancti super locum B. Paul. Ut innorescat principibus, & potestatibus, &c. declarant. Vlt. argumentatur Caiet. nullus intellectus separatus intelligit per species sumptas ab obiectis, sed à Deo impressas: Deus autem intellectibus separatis non imprimit species supernaturalium obiectorum, id est, mysteriorum fidei, sed naturalium tantum, R.

Ad Ephes. 3.

*Quaest. ult. d.
3. 2. sent.*

cum Scot. añs esse falsum: quia intellectus separatus, quemadmodum, & coniunctus per species ab obiectis desumptas cognoscit: atque ita naturaliter potest cuiusvis entis finiti cognitionem acquirere: alioqui enim deterioris conditionis esset intellectus separatus coniuncto. Verum de his latius in floribus 2. lib. sent.

*Alex. Alen.
vbi supra, &
S. Tho. loco citato.
Reliqui d. 10. D. Bon. q. 2. art. ult. Ric. ar. 5. q. 2. Scot. & Dur. vbi supra.*

Art. XII. An, per Dei omnipotentiam, corporalis oculus possit existentiam corporis Christi in Eucharistia videre?

DVÆ sunt opiniones. Prima Alex. S. Tho. D. Bona. Ricard. Dur. scilicet, neque per miraculum posse aliquo modo corpus Christi videri in Eucharistia ab oculo corporali. Secunda Sco. quæ solo nomine à prima differt.

CONCLUSIO I.

Secuti est.

SI corpus Christi non esset sub modo naturali, sed sub modo sacramentali tantum, posset Deus pro sua omnipotentia in oculo viatoris, aut beati efficere notitiam, Christum representantem; quia cum hæc notitia esset forma absoluta, sine vlla contradictione posset à Deo effici, etiam si obiectum esset absens.

CONCLUSIO II.

PER hanc visionem non posset Christus aliquo modo, quatenus est in Eucharistia videri. Ratio est: quia nulla potentia visiva potest cernere nisi obiectum circumscriptivè, & indebita distantia cõtentum, & extensum, & per species quantas, & extensas vsq; ad oculum, & corpus Christi in Eucharistia respectu potentiae videndi non ita se habet: ut ex superioribus constet. Vnde illa visio tunc aut nihil actualiter, aut Christum sub modo naturali representasset, sed esset tantum qualitas absoluta.

Difficul

Difficultas. Oculus Christi videt ne suum corpus in Eucharistia:

CONCLUSIO I.

OCULVS Christi non videt suum corpus, quatenus est in Eucharistia, propter quòd est inextensum.

CONCLUSIO II.

OCULVS Christi non videt ibidem seipsum, probatur primò: quia si extra sacramentū oculus non videt se, cum non habeat sui speciem, multò minus in sacramento: secundò, inter potentiam videndi, & obiectum est futurum medium, & oculus à seipso nò distat: & tertio quia cum in Eucharistia oculus sit inextensus, impossibile est quòd à seipso videatur. S. Th. oppositū huius còcl. tenet.

Art. vlt. An, quando in sacramento caro, vel sanguis, vel alia visio apparet, sit Christus ibi sacramentaliter?

*Alex. Alen.
q. 53. m. 4. per
3. art. S. Tho.
q. 76. art. vlt.
ubi sup. Dur.
q. citata.*

TRES sunt opiniones. Prima S. Tho. scilicet, quando mutatio est in speciebus circa colorem tantum, & non circa quantitatem, & alia panis accidentia, Christus ibi sacramentaliter continetur. Secunda tenet non esse Christum sacramentaliter, sed sub modo naturali, quòd fit apparitio per mutationem circa species, vt si puer appareret, ille esset Christus: hæc videtur esse Alex. Tertia opinio præcedentibus contraria defendit, neque sub modo naturali, neque sacramentaliter existere in Eucharistia Christum, quando fit apparitio per mutationem circa species.

CONCLUSIO I.

QUANDO miraculosa apparitio fit tantum, per mutationem in sensibus facta, Christus in sacramento non desinit esse: quia per talem mutationem accidentia panis non corrumpuntur, & tandiu sub illis Christus manet, quandiu conseruantur.

CONCLUSIO II.

QUANDO mutatio est in speciebus circa colorem tantum, & non circa quantitatem, & alia panis accidentia, Christus sub illis sacramentaliter continetur. Ratio est: quia remanerent tunc accidentia, quæ satis essent ad conseruandam panis substantiam, si adesset, & quæ ad illam conseruandam esset satis, ad continendum & corpus Christi sufficerent. v. g. si rubedo in Hostia appa-

F. t. q. f. 4.

L. reret,

retet, per quam sapor, odor, virtus nutriendi, & quantitas panis, non corrumpentur.

APPEN.

Caiet. ubi supra S. Tho.

Hinc, si apparerent dimensiones maiores quantitate Hostiæ, & vini consecrati: ita sub illis non posset substantia panis, & vini, conseruari, non maneret ibi Christus propter eandem rationem: parua enim substantia non potest magna quantitate informari.

Alex. Alen. & S. Th. ubi supra & reliqui loco citato.

Difficultas. Si Hostia sanguinea appareat, vel puer, quid erit Sacerdoti faciendum?

SANCT. Thom. d. 10. art. 4. q. 3. m. 4. duas citat opiniones, vna negantem, quæ dicit sufficere tunc spiritualement sumptionem, alteram affirmantem, quæ est securior, quæ hac conuisione continetur.

CONCLUSIO.

TENEBITUR Sacerdos tunc aliam Hostiam consecrare, & sumere. Ratio est: quia per hanc apparitionem sacerdos ab obligatione recipiendi Eucharistiam sub vtraque specie non liberatur, quæ in Can. relatum. de consecr. dist. 2. præcipitur. Hæc de 4. q.

QVÆSTIO QVINTA DE CONVERSIONE, &c.

HAC quæst. explicatur dist. 11. Mag. ad cuius pleniorẽ intelligentiam lege DD. hæc eadem distinct.

Art. 1. An panis in corpus Christi conuertatur?

Dist. 11. q. 1. & 3.

QUATVOR sunt opiniones. Prima est Dur. qui omnino negat transubstantiationem; affirmat enim panem conuerti in corpus Christi; vt in nutritione cibus conuertitur in substantiam, alij & vt in nutritione materia cibi forma alij informatur, ita hæc materia panis anima rationali Christi informatur, & hoc modo docuit panem in corpus Christi conuerti, hæc opinio est eironica: quia est contra Conc. Lateran. quod refertur cap. firmiter de summa Trinitate, & fide Catholica, & contra Conc. Trid. Sess. 13. cap. 4. & Can. 2. transubstantiationem negat.

Duran. caute legendus.

Secunda

Secunda opinio est Capre. ar. 3. & 4. S. Th. q. 77. ar. 4. ubi supra. & eadē fuit opinio Henrici in quem Scot. q. 4. citata inuehitur: Caiet. affirmat panem transubstantiari in corpus Christi: concedit nihilominus rem, quae erat panis, manere, & esse corpus Christi: haec est omnino fugienda: ut prima: ex ea enim sequitur, conuersionem istā in corpus Christi nō esse transubstantiationem: nam dicit aliquid panis manere contra Concil. Lateran. & Triden. modō citatum. Soto multis argumentis in Caiet. & Duran. inuehitur. Tertia opinio dicit panem annihilari, contra quam arti. sequenti disputabitur.

Quarta est communis ceterorum, asserentium panem in corpus Christi, & vinum in eius sanguinem transubstantiari: & quantum Scot. distinguit transubstantiationem in productiuam, & adductiuam: nihilominus q. 3. concedit panem in corpus Christi transubstantiari: ita ut terminus ad quem transubstantiationis non sit tantum praesentia corporis Christi, sed & ipsum corpus, ut infra patebit.

CONCLUSIO I.

CORPUS Christi praecise incipit esse in altari ratione conuersionis panis in ipsum. Nam aut incipit esse in altari per mutationem localem acquisitiuam, ut per panis conuersionem, non per mutationem localem praecise: quia si Christus alibi non praesentisset, non moueretur, & nihilominus virtute huius conuersionis in altari esse inciperet: ut ex superioribus constat. Quare praecisa ratio erit panis conuersio, quantum accidat motus localis acquisitiuus, quia corpus Christi praesentat.

CONCLUSIO II.

CONVERSIO ista naturalibus mutationibus non est similis. Haec est definita in Can. reuera, & in aliis text. de consec. dist. 2. in omni enim mutatione naturali terminus à quo sub termino ad quem permanet, in hac autem minime: Dubium, quid igitur sit de pane?

CONCLUSIO III.

PANIS in corpus Christi transubstantiatur. Definita est in Concil. Lateran. & Trid. in principio contra Durand. citato.

Prima diffi. An facta conuersione simul cum corpore, & sanguine, panis vel vini substantia maneat?

CONCLUSIO.

*Ale. Ale. m.
1. & 2. S. Th.
ar. 2. & 5.
ubi supra: reli-
quid. d. 11. D.
Bon. q. 2. ar.
1. Ric. eod. ar.
& q. Sco. q.
4. Dur. qua-
stio. 1.*

HÆRETICVM est affirmare in Eucharistia, facta conuersione, sub accidentibus: panis, vel vini substantiam manere. definita est in cap. ad Abolendam. de hæreticis, & expressè in Cō. Trid. Sess. 13. cap. 4. & Can. 2.

Secunda diffi. An conuersio in instanti, vel successiue fiat?

CONCLUSIO.

*Ale. Ale. m.
7. S. Th. ar. 7.
ubi sup. reli-
qui dist. 12.
D. Bona. q. 5.
ar. 1. Ric. ar. 1.
q. 4. 5. & 6.
Sco. quaest. 1.
Alex. Ale. q.
39. m. 3. S.
Th. ar. 7. cita
to reliqui d.
11. D. Bo. ar.
1. q. 6. Scot.
q. 5.*

CONVERSIO hæc in instanti fit. Ratio est: quia corpus Christi, in quod fit conuersio, non recipit magis, & minus, & nullum præsupponitur subiectum: nihil enim panis remanet, & quoniam causa principalis huius cōuersionis, scilicet, Deus, est infinita virtutis.

Tertia diffi. Quibus verbis hæc conuersio explicari debet?

CONCLUSIO I.

PANIS fuit, aut est corpus Christi, est falsa: quia Copula, est, significat extremorum vnionem, & tamen extrema hæc nūquam sunt vnum.

CONCLUSIO II.

PANIS fit corpus Christi: est etiam falsa. pater: quoniam, fieri, quod est tertium adiacens, significat subiectum formam prædicati in se recipere, vt Petrus fit albus. Panis autem non recipit corpus Christi formam.

CONCLUSIO III.

PANIS potest esse corpus Christi, est quoque falsa: quia sua de inesse, panis fit corpus Christi, est impossibilis.

CONCLUSIO IIII.

PANIS mutatur in corpus Christi, est perinde falsa. Ratio est: quia in hac conuersione nullum manet subiectum, atque ita nulla interuenit mutatio.

CON-

*Soto d. 9. q. 2.
ar. 8.*

C O N C L U S I O **II**.
Ex pane fit corpus Christi, est vera. Ratio est: quia præpositio-
 nes istæ, de, & ex, terminum à quo conuersionis significant, qualis
 est panis in hac conuersione, & ita declaranda est propositio illa
 Ecclesia, Fitq; sanguis Christi merum, & aliæ id genus, quæ apud
 DD. sanctos reperiuntur.

C O N C L U S I O **V**

PANIS transit, aut cõuertitur in corpus Christi, est magis pro-
 pria: propterea quòd significat conuersionem, qualis dicitur fieri
 in hac, Panis in corpus Christi transubstantiatur, vt ex superiori-
 bus constat.

*Quarta diffie. An quodlibet in quolibet possit transubstantiari: verbi
 gratia, lapis in Deum aut in Angelum?*

*Alex. Alen.
 ubi sup. Scot.
 q. 2. dist. 11.
 Dur. ead. d.
 q. 2.*

DUÆ sunt opiniones contrariæ: vna Sco. affirmans, altera
 Durandi negans.

C O N C L U S I O **I**.

NVLLA creatura potest in Deum conuerti, vel transubstan-
 tiari, ita vt hæc sit vera, ex lapide fit Deus. Ratio est: quia terminus
 à quo, & ad quem conuersionis debent subijci motui, & potestati
 cõuertentis: Deitas autem, cum sit ens necessarium, nulli potestati
 quoad esse, aut non esse subijcitur.

C O N C L U S I O **II**.

QVÆLIBET creatura in quamlibet transubstantiari potest,
 vt lapis in Angelum: nam quælibet creatura est ens possibile, &
 potestati diuinæ quoad esse, & non esse subiecta.

Obijcies, Deus potest esse terminus incarnationis, ergo & tran-
 substantiationis: nulla est illatio: quia de ratione trãsubstantiatio-
 nis est, vt terminus ad quem possit incipere esse simpliciter, quod
 Deitati repugnat atque hoc non est de ratione incarnationis.

Deinde ages cum Durando: Angelus est immaterialis, ergo la-
 pis non potest in illum transubstantiari: neque hæc illatio valet.
 quia transubstantiatio est totalis desitio vnius substantiæ, & alte-
 rius successio, atque ita nihil obstat, quominus vna substantia quoad
 materiam, & formam desinat esse, cui ex diuina institutione alia
 specialis substantia succedat.

Ultimò disputabis: Angelus non potest incipere esse, cum sit immaterialis, nisi per creationem: transubstantiatio autem non est creatio, quare, &c. imò secundum Dei omnipotentiam poterit per transubstantiationem incipere esse.

Hæreses.

Hoc articulo confutantur tres errores. Primus cuiusdam Valeriani, cui successit Vitclef, asserentis cum corpore Christi panis substantiam manere.

Secundus Ioannis Parisiensis affirmantis, ibi panis substantiam corpori Christi vniri hypostaticè, vt humanitas verbo vnitur. Tertius Lutheri qui à primò errore hóc differt, quòd Valerianus nullo modo concedebat istam: panis est corpus Christi, quia nullam ponebat inter extrema vnionem, vt Ioannes Vitclef: Lutherus verò concedit istam: panis est corpus Christi figuratiuè, & metaphoricè, quantum existentiam corporis Christi sub speciebus confiteatur.

Duran. caute legendus d. 10. q. 1.

Caieta. caute legendus.

Matth. 29. 1. Cor. 11.

Scotus liberatur.

Matth. 26. Luc. 22.

Cautè legendus est Duran. qui substantiam panis destrui concedit, eius tamen materiam simul cum Christi corpore manere affirmat. Caieta. est quoque cauendus, qui præterquam quòd asseruit, non apparere Euangelio coactiuum aliquod ad intelligendum propriè hæc verba, Hoc est enim corpus meum, vt supra diximus, subdit non intelligi veritatem corporis Christi in Eucharistia ex illis verbis, quæ sequuntur, scilicet, Quod pro vobis tradetur, quibus Catholici hæreticos conuincere solent. visus tamen est ar. 3. & 4. vbi supra S. Th. hanc sententiam retractare. ex superioribus facile liberatur Scotus à calumnia, quam illi Magi. Scotus imponit vbi supra. vbi non satis quid sibi velit, declarat. Si enim vult Scotus imponere, contineri corpus Christi in altari propter Ecclesiæ autoritatem, & non propter scripturæ autoritatem falsissimè hac nota ipsum inurit: nam, quid Scotus dicat, audiamus: ait namque, d. 10. q. 1. art. 1. corpus Christi esse in sacramento verè, & realiter, est simpliciter de substantia fidei: fundamentum est Matthæi 26. & Lucae 22. vbi in cœna ait Christus, Hoc est, &c. Deinde respondet hæreticis declarantibus hunc locum figuratiuè, & non propriè, vt ex toto eius articulo patet: quare non probat Sco. veritatem Eucharistiæ, solùm propter Ecclesiæ autoritatem, verum etiam propter autoritatē scripturæ. Præterea si vult Scoto ascribere, dixisse panis conuersionem in corpus Christi non consta-

re authoritate scripture, sed Ecclesie tantum, est plusquam falsum: nam, d. 11. q. 3. nota, quod incipit, ad argumenta pro prima, & secunda opinione, dicit, quod eo spiritu sacra scriptura sunt scripta, quo sunt condita, & quod Ecclesia Spiritu Sancto directa intellexit hæc verba: Hoc est, &c. esse intelligenda de presentia reali corporis Christi, & ubi hæc scribit verba, probat corpus Christi esse in altari per conuersionem panis in ipsum corpus: quamobrem apertissimè patet Scoti sententiam fuisse ex his verbis, Hoc est &c. colligi non tantum realem presentiam corporis Christi in altari, verumetiam conuersionem panis in ipsum: & ad maiorem huius rei explicationem & confirmationem, si placet, eundem Scot. dist. 8. legito.

Art. II. An panis desitio sit annihilatio, vel corruptio, vel transubstantiatio?

QVATOR sunt opiniones. Prima est Henrici dicentis panem non annihilari, & esse aliquid corporis Christi post conuersionem. Secunda opinio apud Sco. affirmat panem non annihilari, quauis desinat esse eius materia, & forma: cuius opinionis fundamentum est falsum, dicit ob hoc solum, non annihilari, quia in corpore Christi manet materia eiusdem rationis cum materia, panis, in qua panis corruptus possit reproduci. has duas opiniones multis argumentis Scot. confutat.

Tertia opinio est S. Tho. asserentis panem non annihilari. Quarta est Sco. qui videtur anceps, pronior tamen est in partem negantem: nam in fine q. soluit argumenta quæ panis annihilationem probant.

CONCLUSIO.

PANIS, ex quo Eucharistia conficitur, non annihilatur. definita est in Conc. Trid. Sess. 13. Can. 4. nam annihilatio est desitio aliquid substantiæ, siue entis: ita ut nihil illi succedat, tanquam terminus ad quem, per se illius actionis. Deus autem destruit panem ad hunc finem, ut ibi corpus Christi succedat.

L 4 QVÆS.

*Alex. Alen.
m. 1. S. Th. ar.
3. q. 75. reli-
qui. d. 11. D.
Bo. 3. q. 3. ar. 1
Ric. ead. q. 3.
ar. Sco. q. 4.
Dnr. q. 3.*

QVÆSTIO SEXTA DE EFFECTIBVS

IN EYCHARISTIA PER

MANENTIBVS.

Alex. Ale. q.
40. & 42. te-
net partem
affirmantem
S. Tho. q. 77.
ar. 1. reliqui.
dist. 11. D.
Bon. art. 1. q.
2. Ric. ar. 1.
Sco. q. 1. & 2.

HAC q. dist. 12. Magistri. quantum ad accidentia separata ex-
planatum: nam reliqua sequētibVS quæstionibus exponētur.

Art. I. Sint ne accidentia in hoc sacramento sine subiecto?

TRES sunt opiniones. Prima Alex. & Sco. esse dicitur, scilicet
accidens, quando est in subiecto, non habere aliud esse à sub-
iecto: præstare tamen Deum accidenti nouum esse, quando à subie-
cto separatur. Secunda opinio est Henrici dicentis, Deum acciden-
ti separato præstare quandam supernaturalem virtutem, qua pos-
sit per se existere in vtrâque opinionem Sco. inuehitur. Tertia opi-
nio est communis, quam Sco. sequitur.

CONCLUSIO I.

SI accidens pro inhærentia actuali vel aptitudinali sumatur,
impossibile absque subiecto sibi proportionato esse: nota prius
inhærentiam aptitudinalem vt in accidente separato, habere sub-
iectum sibi proportionatum in aptitudine: actuale verò, vt in ac-
cidente coniuncto, actuale subiectum sibi proportionatum habe-
re. Ratio verò communis est: quia talis inhærentia, siue actualis, siue
aptitudinalis est relatio & nulla relatio potest esse sine suo termi-
no, quale est subiectum respectu inhærentia.

APPEN.

Hinc patet, nullum accidens respectuum posse esse sine subie-
cto: quia est relatio, & talis relatio non potest esse sine suo termi-
no, quod est subiectum.

CONCLUSIO II.

OMNE accidens absolutum, potest per Dei potentiam absque
subiecto actuali, non autem sine aptitudinali existere. Ratio prima
partis conclusionis est: quia tale accidens non dependet à subie-
cto, nisi tanquam à causa extrinseca conseruante, & Deus causæ
efficientis vicem supplere potest. Secunda pars patet: quia cum ac-
cidens separatam accidentis naturam retineat, aptitudinem ad
inhærendum semper habet, atque ita sine subiecto aptitudinali esse
non potest.

CON

CONCLUSIO III.

ACCIDENTIA in Eucharistia sine subiecto mediato, quod est substantia, existunt, definita est in Conc. Flor. & Constan. Sess. 5. & Trid. Sess. 13. Can. 2.

Difficultas. An sit eadem notitia sensibilis, quae de accidentibus ante, & post consecrationem habetur?

CONCLUSIO I.

NOTITIA sensitiva accidentium eadem numero ante, & post consecrationem manet: quia utrobique eadem accidentia numero permanent, quae sunt potentiae sensitivae obiectum.

CONCLUSIO II.

NO T I T I A iudicativa intellectus hominis fidelis eadem ante, & post consecrationem non manet: quia, ut perspicuum est, contrarie iudicat: at verò intellectus infidelis, cum videat semper eadem accidentia, decipitur, & semper panis substantiam sub illis latere iudicat.

Erravit Vitclef, & cum eo Oecolampadius dicens, Deum non posse accidens sine subiecto efficere, aut conservare.

Heresis.

Art. VII. An reliqua accidentia sint in quantitate, tanquam in subiecto, in Eucharistia?

Alex. ibidem

S. Tho. art. 2.

D. Bona. q. 1.

ar. 1. Sco. q. 2.

DVÆ sunt opiniones. Prima asserit, nullum accidens ibi esse in quantitate, ut in subiecto: hanc confutat Sco. Secunda est communis Scot. S. Tho. & aliorum.

CONCLUSIO I.

OMNIA accidentia relata, quae in accidentibus absolutis substantiae panis fundantur, ut similitudo, aequalitas in eisdem subiectis ante & post consecrationem permanent. Ratio est: quia relatio essentialiter dependet ab extremis, & eadem extrema, scilicet, accidentia absoluta ante, & post consecrationem manent.

CONCLUSIO II.

OMNIA accidentia absoluta de predicamento qualitatis, quae facta consecratione in quantitate remanent, in illa subiiciuntur, patet: quia omnia illa accidentia ad extensionem quantitatis extē-

duntur, à qua realiter distinguuntur, præstantque illi accidentale esse, quòd est esse in subiecto: albedo enim quantitatem Hostiæ albam facit.

APPEN. 1. Ex hoc, & 1. ar. colligitur accidentia absoluta in Eucharistia sine subiecto mediato: non tamen sine immediato, scilicet, quantitatem manere.

APPEN. 2. Hinc etiam patet solam quantitatem in Eucharistia, facta consecratione, sine subiecto existere.

Alex. Alen. Art. III. *Poterunt ne species consecrata corpus aliquod extrinsecum per alterationem naturaliter mutare?*

40. ar. 1. & 3.
S. Th. ar. 3. q.
77. D. Bona.
ar. 2. q. 1. &
3. Ric. ar. 3. q.
2. Dur. q. 7.

DVÆ sunt opiniones. vna. S. Th. affirmantis accidēs separatū posse generare substantiam per virtutē, quā retinet substantiæ separate, cuius post separationē est etiā instrumētū. altera est Sco.

CONCLUSIO I.

ACCIDENS separatū, vel coniunctum non potest esse instrumentalis causa generandi substantiam: de separato quidem patet, quia instrumentum non operatur, nisi concurrente causa principali, scilicet, substantia, quæ iam non est, vt patet in Eucharistia: quare accidens separatum respectu generationis substantiæ non erit instrumentum. De coniuncto constat, quia tale accidens solūm disponit passum, vt forma substantialis operetur: calor enim ignis disponit lignum exiccando, vt substantia ignis formam introducat: causa autem disponens improprie dicitur instrumētum: quoniam agit virtute propria non principalis causæ, quia est contra instrumenti naturam.

APPEN. 1. Hinc, Scor. colligit, substantiam ab accidente dispositiue tantum generari & non tanquam à causa principali: quia si esset causa vniuoca esset accidens æquè perfectū, atq; substantia producta, quod est falsum: si æquiuoca, & totalis, esset perfectior substantia producta: qua causa totalis æquiuoca suo effectu perfectior iudicatur.

CONCLUSIO II.

ACCIDENS separatum actione reali, siue intentionali, siue notionali potest in obiectum, quemadmodum accidēs cōiunctū, agere: eiusdem enim rationis est cum accidente coniuncto: nam per separationem non naturam amittit, sed modum per se existēdi tantum

tantum acquirere: tum etiam speciem sui in alterius potentia efficit, quod quidem est actione intentionali agere.

Hinc colligitur, calorem vini separatim perinde naturaliter calefacere, atque coniunctum, & alias etiam qualitates secundas separatas eodem modo actione intentionali, atque coniunctas agere.

Art. III. An qualitates Eucharistia ab agente naturali naturaliter possint corrumpi?

DVÆ sunt opiniones. Prima negans nominalium, quam sequitur Gabr. hac d. 12. q. 1. Secunda affirmans, & communis S. Tho. Scot. & reliquorum.

CONCLUSIO I.

ACCIDENTIA panis, & vini separata naturaliter à substantia corrumpi possunt. Ratio est: quia corruptio naturalis, & per se est mutatio subiecti ex vno contrario in aliud: & quantitas Hostia consecrata, quæ est ibi subiectum qualitatis, potest ex albedine in nigredinem mutari.

CONCLUSIO II.

ACCIDENTIA Eucharistia per alterationem subiecti, aut augmentationem, seu diminutionem, corrumpi haud possunt. v.g. si Hostia conteratur vsque ad pulveres, aut si iuxta probabiliorem opinionem q. 1. positam, speciebus vini consecrati maxima vini non consecrati pars misceretur. Ratio est: quia panis substantia, eius quantitate in pulverem redacta, non conseruaretur, quoniam esset tunc farina, neque parua substantia vini consecrati sub magna vini non consecrati quantitate conseruaretur: quæ quidem accidentia non conseruantur, nisi sub illa quantitate, sub qua panis substantia conseruaretur habent namque res ortui, & interitui subiectæ determinatam quantitatem: citra & ultra quam substantia consistere non potest.

CONCLUSIO III.

ACCIDENTIA separata, per accidens, corrupta quantitate, corrumpuntur: vt si Hostia in ignem proijciatur vel putrescat. Ratio est: quia subiectum accidentium Hostia consecrata est quantitas, & subiecto corrupto, accidentia illi inhærentia corrumpuntur: propterea quòd accidentis esse est inesse.

Hinc

APPEN.

APPEN. 1.

Alex. Alex.

q. 4. m. 2. art.

4. 8. Tho. art.

4. q. 77. Sco. q.

5. Dur. q. 3.

APPEN. Hinc quanuis corpus Christi in Eucharistia supernaturaliter esse incipiat: tamen per actionem agentis naturalis naturaliter accidentia corruptentis, ibi naturaliter esse desinit.

Prima diffic. An quantitas Hostia consecrata naturaliter possit corrumpi?

DVÆ sunt opiniones. Prima affirmans, quæ ab Scot. d. 12. q. 4. citatur, quam sequitur Caiet. vbi supra, S. Tho. ar. 5. & eadem D. Tho. esse censetur. altera negans est Scot.

CONCLUSIO I.

AGENS naturaliter quantitatem Eucharistiæ non potest rarefacere. Ratio est: quia agens naturale non potest efficere formam nisi in subiecto: alioqui enim posset creare: quia posset producere formam, & non in subiecto, atque ex consequenti ex nihilo, quod est creare: & cum quæritas Eucharistiæ per se existat sine subiecto, quæ de nouo quæritas per rarefactionem in Eucharistia generaretur, in subiecto non reciperetur, atque ita à naturali agente crearetur.

APPEN. Hinc sequitur, partes quantitatis, quæ ibi generarentur, à solo Deo supernaturaliter, & non miraculosè effici: quia secundum legem, & non præter legem fierent.

CONCLUSIO II.

AGENS naturale potest totam Hostiæ quantitatem per diuisionem partium corrumpere: quia potest totam Hostiam vsque ad pulueres contere.

CONCLUSIO III.

QUANTITATIS corruptio per condensationem, vbi pars quantitatis præexistentis deperditur, aut per transmutationem in aliam formam, vt si Hostia in ignem proijciatur, à solo Deo efficitur. Ratio est: quia agens naturale nihil potest corrumpere, nisi supposito subiecto: alio enim posset annihilare, & quantitas Eucharistiæ in subiecto non est.

*Alex. Alen.
q. 42. art. 4.
§. 1. S. Tho. ar.
7. quæst. 77.
D. Bona. toto
ar. 3. Ric. q. 1.
§. 2. artic. 2.
Sco. q. 4.*

Difficultas. An sacramentales species principaliter frangantur?

CONCLUSIO I.

SPECIES sacramentales propriè franguntur: sunt enim quæta quantitate continua, & fractio est eiusdem quantitatis pãlsio.

CON

CONCLUSIO II.

SPECIERVM fractio mortem Christi **IESV**, in qua anima fuit à corpore separata, repræsentat: nam vt species sunt signum corporis Christi: ita illarum fractio est signum eiusdem mortem repræsentans.

CONCLUSIO III.

CORPVs Christi non est per se frágibile. patet: quia cùm non possit tangi propterea quòd non habet modum quantitatum, neque frangi.

CONCLUSIO IIII.

NQVE per accidens ad fractionem specierum frangitur. ex **D. Bona.** colligitur, qui ait: nos non debere vti forma loquendi **Be rengarij.** Ratio est: quia passio, quæ repugnat alicui creaturæ per se, eidem quoque per accidens repugnat: vt diuisibilitas per se repugnat animæ rationali, & per accidens. non enim potest ad diuisionem corporis diuidi, & pati: quod nulla ratione diuinitati per se conuenit, neque per accidens, quãuis per communicationem idiotum, & ratione humanitatis assumptæ pati dicatur. Còtrarium tenet **Soto d. 10. q. 2. art. 7.** fractis enim speciebus totus Christus sub qualibet particula manet.

Duos errores refutat **S. Th.** vbi supra, primus est affirmantium *Hæc ses.* ibi non esse veram specierum fractionem, sed apparentem: ita vt sensus decipiantur: secundus asserentium veram quidem esse fractionem, non tamen esse aliquod fractionis subiectum.

Art. vlt. An ex accidentibus, tanquam ex materia naturaliter substantia possit generari:

Alex. Ale. q. 40. in 2. & 4. S. Tho. q. 77. ar. 5. & 6. D. Bona. d. 12. q. 1. ar. 2. Scot. q. 6.

SEPTEM sunt opiniones, quarum quinque ab **Scoto** afferuntur.

Prima est **Innocentij** de officio Missæ. cap. de fractione qui docet: quando ex accidentibus generatur substantia, tunc in ultimo instanti desitionis accidentium redire substantiam panis, quæ fuerat corrupta, & conuersa in corpus Christi, & ex illa tanquam ex termino à quo virtute agentis naturalis nouam substantiam generari eius materia prima, vt in aliis transmutationibus permanente. Secunda est **B. Thom.** in 4. d. 12. articu. 2. q. 1. dicentis: creari tunc à Deo

à Deo nouam materiam primam, quæ accidentibus corrupendis subiicitur, & inquam agēs naturale formam introducit. Tertia est eiusdem q. 77. ar. 5. vbi ait, quantitatem Eucharistiæ hic vicem materiam supplere: ita vt agens naturale in illam introducat substantialem formam, quam, si materia adesset, introduceret: atque hoc non nouo miraculo, sed virtute prioris miraculi, scilicet, conuersionis panis in corpus Christi fieri: ex qua quidem quantitate & forma substantiali ab agente naturali introducta, nouus ignis, vel vermis generabitur. hanc multis argumentis Scot. confutat.

Quarta est Ric. & tribuit illam B. Tho. qui existimat agens naturale posse transformare Hostiam non solum in substantiam, verum etiam in materiam, & ita ex solis accidentibus totum compositum generari. hanc videtur subscribere Soto d. 10. q. 2. articu. 5. Quinta est Caiet. dicentis quantitatem illam fieri materiam, & aliud illis manere.

Sexta, quam S. Tho. citat, tenet, si Hostia igni applicetur, ignem generari, non ex speciebus consecratis, sed ex aere circumstante. Ultima est Scoti. docentis de facto introduci in quantitatem Eucharistiæ qualitatem substantiæ, vt calorem in summo, tuncque corrumpti quantitatem, & Eucharistiæ desinere esse, redireque de facto illam substantiam, cui talia accidentia genita conueniuntur, quam quidem substantiam, quoad materiam, & formam immediate à solo Deo, & non ab agente naturali produci affirmat.

C O N C L V S I O I.

I N naturali composito, quod est accidentibus Eucharistiæ generatur, materia, & forma, vt in alio quouis composito physico reperiuntur: alioqui enim compositum esset ens per accidens: quia ex quantitate, & forma substantiali ignis, siue vermis fieret: quid? quod forma substantialis solum ad materiam primam, non autem ad quantitatem informandam est terminata.

C O N C L V S I O II.

T A L I S compositi materia à solo Deo producitur. Ratio est: quia omne agēs naturale præsupponit materiam, siue subiectum, in quod agit: alioqui enim posset creare: & cum materia prima non sit in subiecto (nam est vnicuique primū subiectum) non ab agente naturali, sed à solo Deo producitur: non enim ab agente naturali: vt rectè Arist. docuit, est generabilis, aut corruptibilis.

CONCLUSIO III.

MATERIA compositi, quae ex Hostia combusta generatur, à Deo minimè creatur, sed per conversionem quantitatis Hostiae in materiam producitur. pater: nam creatio est ex nihilo, & materia huius compositi producitur à Deo, praesupposita quantitatis corruptione: quamobrem non creatur, sed per corruptionem quantitatis in ipsam materiam producitur: quemadmodum panis substantia in corpus Christi convertitur. hoc modo intelligenda est communis opinio, quae fuit secunda ordine, scilicet, Deum producere materiam primam, non per creationem, ut docebat secunda opinio, sed per conversionem quantitatis in materiam, in quam quidem agens naturale suam introducit formam.

Hinc colligitur, quantitatem Hostiae ab agente naturali non corrumpi, sed quamprimum Hostia igni applicatur, Deum convertente quantitatem Hostiae in materiam primam, quantitatem, scilicet, corrumpendo, & illius loco primam materiam producendo.

CONCLUSIO IIII.

IN eodem instanti, in quo Deus materiam per conversionem quantitatis in ipsam efficit, agens naturale suam formam naturaliter in materiam nudam introducit. Ratio est: quia agens naturale, cum potius intendat novae formae productionem, quam praesistentis corruptionem, si materiam omni forma denudatam inveniatur, multò facilius, & melius suam formam introducet, cum nulla ibi repugnantia ex parte formae praesistentis inveniatur: haec autem formae introductio dicitur naturalis, cum ab agente naturali, efficiatur: naturalis siquidem generatio non dicitur ratione formae expulsa, sed ratione formae ab agente naturali introducta.

Hinc, quando vermis ex Hostia in custodia clausa generatur, formae substantialis introductio naturalis est, materiae verò productio supernaturalis.

Hinc colligitur, oculum non falli, quando ignis ex Hostia ab alio igne, ut Sco. affirmabat, generatur.

Difficultas. An possit homo speciebus consecratis nutrir?

DVÆ sunt opiniones. Prima asserit corpus non nutrir, sed sensus duntaxat panis odore refici.

Secunda

APPEN. 1

APPEN. 2

APPEN. 3

Alex. Alen.

ibi S. Tho. ar.

6. citato D

Bon ubi sup.

Ric. q. 2. ar. 4.

Scot. q. 6.

Secunda affirmat, ibi manere panis substantiam, atque ita nutrir: quæ quidem erronea est, vt supra diximus.

CONCLUSIO I.

QUI solis accidentibus cōsecratis reficeretur, verè nutrireretur: hoc enim fit ad meritum fidei: nam, concesso opposito, profectò haberemus euentiã conuersionis panis in Christi I E S V corpus.

CONCLUSIO II.

TALIS nutritio fit per conuersionem, quantitatis in materiã primam à solo Deo effectam, in quam substantialis forma hominis, forma carnis, &c. introducitur, quæ quidem nutritio naturalis quantum ad introductionem formæ in materiam, & supernaturalis, quantum ad conuersionem quantitatis materiam primam nominatur. hæc conclusio ex proxima difficultate constat.

QUESTIO SEPTIMA DE MINISTRO

E V C H A R I S T I Æ.

DISTINCTIO 13. Magistri. hac q. enodatur. ad cuius plenam intelligentiam lege quæstionem de ministro. de sacramentis in genere, supra.

Art. I. An solus Sacerdos ritè per Episcopum consecratus possit esse Eucharistia Minister?

CONCLUSIO I.

HÆRETICVM est affirmare omnes Christianos Sacerdotes esse. Definita est in multis Concilijs, Carthaginensi, Lateranensi, Rhemenfi, & tandem in Tridentino sub Paul. III. Can. 10. Sess. 7. vbi habetur. Si quis dixerit Christianos omnes in verbo, & omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.

CONCLUSIO II.

SOLI Sacerdotes per Episcopum ritè consecrati Eucharistia Sacramentum possunt conficere. Definita est vbi 1. conclusio, solis enim Sacerdotibus in receptione ordinis sacramentalis consecrandi potestas attribuitur.

Errauit Lutherus dicens: omnes Christianos, cuiuscunque sexus,

Alex. Alen.
9. 35. m. 4. S.
Th. q. 82. art.
1. reliqui d.
13. D. Bona.
art. 1. q. 1. Ric.
artic. 1. & 2.
Seco. q. 2. Dur.
q. 1.

Hæresis.

xus sint, Sacerdotes esse, non tamen omnes, nisi qui sunt in republica constituti, ministrare posse: quod est plusquam hæreticum. Nam conficiendi potestas, cum sit supernaturalis, quomodo à lippis, & tonsoribus dari potest. Confutatur hic error conclusionibus positis, quas sapientissimè pater à Castro verbo Sacerdotium, hæresi prima confirmat.

Prima diffi. Sacerdos fidelis in mortali peccato existens, amittit ne consecrandi potestatem?

Alex. Alen. w. 4. S. Tho. ar. 6. ubi sup. D. Bon. art. 1. q. 1. Ric. eod. ar. & q. Scot. q. 2. & d. 9. q. 1.

CONCLUSIO.

SACERDOS in mortali peccato existens, si quæ sunt de necessitate sacramenti servat, verè consecrat. Definita est expressè in Conc. Trid. Sess. 10. Can. 12. & Sess. 14. Can. 4. alioqui enim nunquam possemus Sacerdotes certi esse consecraremus, nec ne: quia de nostra iustitia certitudinem habere non possumus.

Hinc confutatur error Vvaldensium, quos sequuti sunt Vvitcluf, & Ioannes Hus, qui dixerunt per mortale omnem potestatem amitti, in quos doctissimè pater à Castro verbo potestas, & verbo, Sacerdotium. hæresi 7. invehitur.

Hæresis.

Secunda diffi. Heretici, schismatici, & excommunicati possunt ne Eucharistiam consecrare?

Alex. Alen. m. 5. S. Tho. ar. 7. D. Bon. & Ric. ibid. Dur. q. 1.

CONCLUSIO.

ISTI, si intentionem faciendi, quod Ecclesiæ caput, Christus scilicet, faciendum instituit, habeant, verè consecrant: characterem enim indelebilem habent. Sed de hac lege art. 4. q. de Ministro. de sacramentis in genere supra.

Tertia diffi. An Missa hereticorum, & excommunicatorum illis, pro quibus offertur, ad impetrandum, & pro peccato satisfaciendum, proficit?

Alex. Alen. ubi supra D. Bona. & Ric. loco citato.

SANCT. Tho. art. 7. & ad ultimum, ut eius litera sonat: aliquo modo prodesse negat.

F. r. q. f. 4.

M CON

CONCLUSIO

HÆRETICI intendentes sacrificare, & efficere, quod Ecclesia intendit, verum offerunt sacrificium, quod non sibi, sed alijs prodest. Quia fructus sacrificij ortum habet ex merito Ecclesiæ in cuius nomine offertur.

CONCLUSIO II

QUANDO hæreticus non intendit offerre sacrificium quia illud negat, vt Lutherani, tunc Missæ sacrificium sibi iudicium, & alijs nullius vtilitatis est: propterea quod non intēdit facere, quod Ecclesia facit.

Alex. Alen.
m. 6. S. Tho.
artic. 8. q. 81.
Ric. quæst. 1.
art. 1. &c.

Quarta diffc. Sacerdos degradatus potest ne conficere Eucharistiam?

CONCLUSIO

SI intēdat facere, quod Christus, & Ecclesia intēdit, verē conficiet. habet enim potestatem, id est, characterem indelebilem.

APPEN. 1.

Idem iudicium est de apostata, qui fidem inter Saracenos negavit, etiam si in infidelitate perseveret.

APPEN. 2.

Istorum orationes, quatenus nomine Ecclesiæ offeruntur vtilēs erunt non sibi, sed alijs, pro quibus offeruntur. Habent enim efficaciam ab illo, cuius personam gerunt.

Quinta diffc. An peccet, qui Missam peccatoris, vel hæretici, schismatici, excommunicati audit.

CONCLUSIO

NOMINATIM excommunicatus, vel manifestus percussor clerici est vitandus, præsertim in diuinis, ita vt audiens eius Missam mortaliter peccet. Hæc colligitur ex cap. Sacris. de his, quæ vi, metus ve causa fiunt. Et est definita per extrauagantem ad euitanda.

APPEN. 1.

Si minister non sit nominatim excommunicatus, vel manifestus percussor clerici, non erit mortale illius Missam audire. patet per eandem Extrauagantem.

APPEN. 2.

Perinde est quanuis sit generaliter excommunicatus, vel hæreticus, vel incendiarius, &c. dummodo non sit nominatim per iudicis sententiam excommunicatus.

Eadem

Eadem quoque ratione, non erit mortale publici peccatoris Sa- APPEN. 3.
cerdotis Missam audire. Solum enim cum huiusmodi hominibus
communicare prohibetur iudicio Ecclesie, quando sunt Ecclesia
rebelles, vt sunt tantum nominatim excommunicati, &c.

Hinc colligitur Can. antiquos. qui 24. q. 1. citantur, & Can. nul- APPEN. 4.
lus, & Can. prætor. 32. d. quibus prohibebatur audire Missam pu-
blici concubinarij, esse iam abrogatos per extrauagantem, ad eui-
tanda, & per contrariam Ecclesie consuetudinem.

*Sexta diffi. An præter Sacerdotem possit Diaconus Eucha-
ristiam populo ministrare?*

Alex. Alen.
q 50. m. 3. S.
Tho. ar. 3. Ri.
ar. 1. q. 3.

CONCLUSIO I.

SOLVS Sacerdos iure diuino est ordinarius Minister dispen- 1. Corinth. 4.
sandi populo Eucharistiam. Patet 1. ad Cor. 4. Sic nos existimet
homo, vt Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, id
est, sacramentorum: vbi de se, & de alijs Sacerdotibus, loquebatur.
Et Dominus IESVS Luca 22. solis Sacerdotibus dixit: Hoc facite
in meam commemorationem, id est, consecrate corpus meum, &
alijs tribuite, quod ego modo feci. Et confirmatur ex Can. perue-
nit. de consecr. d. 2. vbi acerbè reprehenduntur Sacerdotes, qui lai-
cis corpus Domini dabant, vt illi ad infirmos deferrent.

Luca 22.

CONCLUSIO II.

SANGVINEM Christi IESVS ministrare Sacerdoti celebra-
ti, vel communicantibus competit diacono. Patet exemplo B. Lau-
rentij, diaconi B. Sixto, experire vtrum idoneum Ministrum ele-
geris, cui comisit Dominici sanguinis dispensationem. Et Durã
docet, Papa communicante Cardinalibus Eucharistiam, Diaconũ
Cardinalem tunc sanguinem ministrare.

CONCLUSIO III.

Ex dispensatione Episcopi, vel curati potest Diaconus, vrgen-
te necessitate, Eucharistiam infirmis deferre. Ratio est: quia cum
possit Sacerdoti celebranti, vel communicantibus sanguinem
Christi ministrare, poterit, & corpus. Non enim ministrare Eucha-
ristiam est illam consecrare, quemadmodum administrare Bap-
tismum est illum efficere.

*Septima diffc. Possunt ne omnes Sacerdotes iure posiuo
Eucharistiam populo ministrare?*

CONCLUSIO I.

SI fuerit religiosus sine facultate proprij Curati non potest sub
pœna excommunicationis latæ sententiæ illam alicui seculari
ministrare. Definita est in Clement. t. de priuilegijs.

APPEN.

Idem definitur ibidem de sacramento matrimonij, & extremæ
Vnctiois.

CONCLUSIO II.

POSSUNT tamen religiosi per totum annum, qui nostris pri-
uilegijs gaudent, præterquam in die resurrectionis ministrare sin-
gulis Christianis Eucharistiam. Constat ex priuilegijs à Nicolao
V. & à Iulio II. concessis, vt in compendio priuilegiorum verbo,
communicare, habetur.

CONCLUSIO III.

SA CERDOS non religiosus non potest, nisi subditis Euchi-
stiam ministrare, vel alienis, prius tamen à proprio Sacerdote peti-
ta, & obtenta facultate. Definita est in cap. omnis vtriusque sexus.

CONCLUSIO IIII.

IN nullo euentu licebit laico committere, vt populo Euchi-
stiam ministret. Non enim est tantæ necessitatis, sicut Baptismus,
vt à laico ministrari possit. D. Thom. est, & Siluestri, qui conce-
dunt posse laicum Hostiam de terra eleuare, quando deficit Sa-
cerdos.

*In 4. d. 13. q.
1. ar. 3. V. Eu-
charist. 3. q. 4.*

*Ale. Alen. q.
52. in 4. 26. S.
Th. q. 82. art.
2. Ric. q. 1. ar.
2. d. 13. Dur.
q. 3.*

*Octaua diffi. Poterunt ne plures Sacerdotes simul eandem Ho-
stiam consecrare, vt possunt plures eundem
Baptizare?*

LE G E N D A est difficultas supraposita, an possint plures eū-
dem baptizare. Et est intelligenda difficultas, ita vt omnes Sa-
cerdotes intendant absolute, vt per formam significatur, eandem
Hostiam consecrare. Et q. Durandi est, an si vnus prius quam alter
verba finiat, consecret posterior.

Tres sunt opiniones. Prima B. Thom. qui tenet cum Innocen-
tio III. omnes consecrare. Secunda & contraria est Duran, asse-
rentis,

rentis, illum Sacerdotem duntaxat consecrare, qui prius finit verba. Tertia est Caieta, vbi supra S. Thom. qui tria dixit: primum est, quâdo plures proferunt simul verba cum intentione, omnes consecrant: secundum est, noui Sacerdotes simul cum Episcopo verba consecrationis proferentes non consecrant, sed solus Episcopus: tertium: hoc non obstante, quando nouus Sacerdos cum Episcopo profert verba, nec habet intentionem consecrandi, vel non consecrandi, sed solùm proponit habere intentionem, quam tunc habere tenetur, satis est. Et hæc (inquit) est via tutissima.

CONCLUSIO I.

Q V A N D O simul plures Sacerdotes consecrationis proferunt verba, omnes consecrant. Constat exemplo consecrationis Episcopalis in qua iuxta Pontificale Romanum Episcopus cōsecrans, & consecratus simul eandem Hostiam cōsecrare debent. In cuius consecratione mutuò se expectant.

CONCLUSIO II.

Q V A N D O plures consecrant, & non mutuò se expectant, ille solus, qui prius finit verba, consecrat. à simili patet de Baptismo, vbi quando plures eundem baptizant qui prius formam, & ablu-tionem finit, tantùm baptizat. Concurrunt enim omnia in casu conclusionis ad consecrationem necessaria.

Nona diffie. Tenebitur ne Sacerdos consecrans Eucharistiam recipere?

*Alex. Alen.
vbi supr. m. s.
S. Tho. art. 4.
Seco. d. 9. q. 1.*

CONCLUSIO.

G R A V E sacrilegium talis Sacerdos committeret, si Eucharistiam non sumeret. Definita est expressè in Can. relatum, & in Can. comperimus, de consecr. d. 2.

Hinc refutatur error Lutheri dicentis, Sacerdotem debere consecrare, non autem Eucharistiam sumere, sed de his q. 2. huius sacramenti supra.

Hereses.

Decima diffie. Poterit ne Sacerdos non Curatus per totam vitam sine peccato à celebratione Missæ abstinere?

*Alex. Alen.
m. 2. S. Tho. q.
82. ar. 10. Ric.
dist. 13. q. 1.
art. 2.*

T R E S sunt opiniones. Prima Alex. qui tenet nullum esse peccatum. Secunda S. Thom. dicentis, saltem esse peccatum

F. r. q. f. 4.

M 3

in illis

in illis diebus, quibus populus communicare consuevit, vt in die Natalis Domini, in Paschate & Pentecostes. Tertia est media Caieta. vbi supra S. Thom. qui asserit non esse peccatum ex genere, dummodo ex eo scandalum non oriatur.

CONCLUSIO I.

RATIONE scandali, & officij, & præcepti audiendi Missam, quando alius Sacerdos celebraturus nõ adesset, simplex Sacerdos sub pœna peccati mortalis rem sacram facere tenetur. Ratio est: quia in his tribus casibus celebrandi præceptum habet.

CONCLUSIO II.

NON est mortale, præter hos tres casus, ob maximam Eucharistiæ reuerentiã à celebratione Missæ per totam vitam abstinere. Si enim integrum fuit sanctis præ maxima Eucharistiæ reuerentiã à receptione Sacerdotij abstinere: vt exemplo B. Marci Evangelistæ, qui sibi pollicem amputasse dicitur, vt indignus Sacerdotio haberetur, & Seraphici patris nostri Francisci, constat: cur non poterunt iam ordinati ab executione ordinis sine peccato, imo cum magno merito abstinere?

CONCLUSIO III.

QUANDO per totam vitam propter torporem, & negligentiam, abstinere, venialiter peccat. Donum enim characteris propter exercitationem datur. Et tunc in vanum recepisse Dei gratiam videtur. contra consilium B. Paul. dicentis: Exhortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

2. Cor. 6.

Alex. Alen.
vbi sup. q. 9.
36. & 37. S.
Tho. q. 81. ar.
6. D. Bon. q.
4. art. 1. d. 13.
Seco. q. 2.

Vndecima diffic. Est ne tanti valoris mali Sacerdotis
atque boni Missa?

CONCLUSIO I.

ECCLESIAE sacramentum eandem efficaciam habet siue à bono, siue à malo Ministro cõficiatur: ibi enim nihil operatur virtus Ministri, sed merita Christi IESU, quorum virtute gratia ex opere operato datur.

CONCLUSIO II.

ORATIONES, quæ nomine Sacerdotis mali offeruntur, nec sibi, nec alijs ad vitam æternam profunt. Est enim extra charitatem. Si linguis, inquit B. Paul. hominũ, & Angelorum loquar, &c. nihil mihi prodest.

1. Corint. 13.

Hinc

Hinc quantum ad huiusmodi orationes Missæ boni Sacerdotis est fructuosior.

APPEN.

CONCLUSIO III.

ORATIONES, quæ in Missa secundum ordinarium offeruntur, atque Missa nomine iustorum, siue Ecclesiæ oblata, etiã si Sacerdos celebrans sit hæreticus, erunt illis, pro quibus offeruntur utiles & fructuosæ. Tanti namque valoris est oblatio, quanta est illius, cuius nomine offertur, deuotio: vt si quis vir sanctus per malum ministrum eleemosynam offerat.

CONCLUSIO IIII.

FRVCTVS tamen respondens deuotioni Ecclesiæ vberior est, si Missa per bonum Ministrum offeratur, Ratio Sco. est. Nam quanto essent plures iusti in Ecclesia, tanto Missa, quæ eorum nomine offertur, esset fructuosior, & plures quidem essent iusti: si Sacerdos celebrans esset bonus: Intelligenda est ratio, dummodo cætera sint paria: nam in primitiua Ecclesia erant pauciores iusti, & nihilominus eorum sacrificia erant fructuosiora: erant enim tunc multo iustiores, Caie. vbi supra S. Th. tenet vtriusq; Missam æqualis esse valoris, & fructus quoad satisfactionem, & impetrationem. Rationem tamen Scoti non soluit.

QVÆSTIO DE VALORE MISSÆ.

Art. I. An Missa sit sacrificium?

CONCLUSIO I.

MISSA, quatenus in ea passio Christi IESV repræsentatur, est sacrificium memoriale, in eaque Christus memorialiter immolari dicitur. patet: Quotiescunque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, &c. non dixit, Christum occidetis, sed mortem Domini annuntiabitis, id est, repræsentabitis eius passionem. Hoc hæretici non diffidentur.

CONCLUSIO II.

MISSA, quantum ad oblationem Christi, quam Sacerdos in altari facit, & eius consecrationem, & sumptionem est verum, & propriū sacrificiū. verèq; & propriè ibi Christus immolatur, Sacri-

M 4 ficiū

Ale. Alē. 37.

D. Bon. q. 4.

ar. 1. S. Th. q.

83. Caiet. 3.

tomo. opuscu-

lorū tract. 3.

de sacrificio

Missæ.

1. Corint. 11.

Castro Verbo

Missæ. So. l. q.

de insti. Co-

iure. q. 1. Co-

2. Co in 4.

d. 13. q. 2.

Can. de locis

theologi. lib.

12. c. 13.

Sacrificium

quid sit.

Luca 22.
1. Corint. 11.

Hæreses.

ficium enim est propriè oblatio soli Deo facta, circa quam Sacerdos aliquam sanctam cæremoniam ex institutione diuinâ positam exercet, & Missa talis est quantum ad oblationem, cõsecrationem, & corporis Christi, atque sanguinis sumptionem. Legitur enim Luca 22. Accepit I E S U S panem &c. Hoc facite in meam commemorationem. & 1. ad Cor. 11. quibus verbis Christus Redemptor noster præcepit Apostolis, & eorû successoribus, vt in sui memoriam, & honorem, quod ipse coram eis fecit, efficeret. Vbi non solum panem, & vinum consecrauit, sacramentumque instituit verumetiam seipsum sacrificium incruentum in remissionem omnium peccatorum Patri obtulit. Ideoque apud D. Lucam dicitur: Quod pro vobis datur. Pater à Castro, & Magister Cano vbi supra multis authoritatibus sacre scripturæ, Conciliorum hanc conclusionem confirmant. Hinc, confutata manet pestilentissima hæresis, quæ Missam sacrificium esse negat, & nullius esse veritatis affirmat, cuius author fuit Lutherus, quam sequutus est Calvinus, & alij: in quos doctissimè & sapientissimè pater à Castro verbo, Missa, hæresi 2. disputat. Vbi etiam Erasmus in annotationibus super caput 13. Actuum Apostolorum, lapsum fuisse docet.

Prima diffi. Est ne de ratione sacrificij Missa
Hostia siue victima occisio?

Alex. Alen.
vbi supra.

CONCLUSIO I.

QVANDO Hostia offerenda est mactabilis, de ratione sacrificij est eius occisio. Constat ex omnibus sacrificiis legis naturæ, & veteris, in quibus quæ sacrificabatur animalia, occidebatur. Hoc enim differt oblatio à sacrificio, quòd de ratione oblationis non est Hostiæ consumptio, sed quòd Deo tantummodo offeratur: quemadmodum de ratione sacrificij est Hostiæ consumptio.

CONCLUSIO II.

QVANDO Hostia non est mactabilis, de ratione sacrificij est Hostiæ consumptio, nempe, vt simpliciter, vel secundum quid desinat esse: quod quidem sacrificium incruentum, hoc est, sine effusione cruoris, siue sanguinis nominatur, ad differentiam cruëti, vbi Hostia mactabatur. Constat exemplo sacrificij Melchisedech, qui si

qui si panem, & vinum oblatum non consumpsisset, eius percelebre sacrificium, non sacrificium, sed oblatio tantum nominanda fuisset.

CONCLUSIO III.

QUANTVS Christus in altari à Sacerdote non occidatur (iam enim non moritur, &c.) immolatur tamen: quia incruentè cõsumitur. Ratio est: quia Christus IESVS Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, nominatur: propterea quòd eius sacrificium incruenta consumptio sub speciebus panis, & vini est: vt in sacrificio Melchisedech, fuit præfiguratum. Vnde Concil. Toletanum, & habetur Can. relatum, de consecr. d. 2. increpans Sacerdotes Hostiam non APPEN. consumentes, ait: quale sacrificium erit cuius particeps non est sacrificans: quasi dicat, planè nullum.

Hinc, si Sacerdos post consecrationem, & oblationem Hostiæ, illam propter aliquod impedimentum non cõsumeret, nec ab alio Sacerdote Missam perficiente consumeretur, talis Missa non esset sacrificium, sed oblatio duntaxat: aliquem tamen fructum ex opere operantis haberet.

Secunda diffi. Quenam sunt de huius tanti sacrificij rationes?

CONCLUSIO I.

NEQVE Hostiæ Consecratio est de ratione illius, neque sanguinis sumptio. Feria namque sexta maioris hebdomadæ verum sacrificium peragitur: & tamen Sacerdos tunc, neque sumit sanguinem sub specie potus, neque consecrat, sed tantum sumit Hostiam pridie consecratam.

CONCLUSIO II.

DE ratione huius sacrificij sunt Hostia, Hostiæque oblatio, & sumptio, Hostia Christus est: oblatio fit, quando iam calice deposito, dicimus: Vnde, & memores Domine, &c. vsque ad Quodquod, &c. quæ sunt maxima cum reuerentia, & deuotione dicenda. Quoniam ibi verum incipit sacrificium, quod Hostiæ sumptione perficitur.

Hinc acerrimè arguendi sunt Sacerdotes, qui consuetudine potius orandi, quàm animi deuotione, dum calicem eleuant, illa sanctissima verba proferunt. APPEN.

CONCLUSIO III.

SUNT tandem de ratione illius duo Ministri, Vnus principalis, Christus scilicet, qui est simul Sacerdos, & Hostia: alter ministerialis, qui in persona Christi consecrat. Non enim dicit, Hoc est corpus Christi, sed meum: offertque sacrificium in nomine propriae personae, & Christi, atque totius Ecclesiae. Hac enim de causa dicit: Offerimus tibi, &c. id est, tota Ecclesia tibi offert. Quare si corpus, & caput etiam, qui est Christus, offeret. Et confirmatur ex cap. firmiter. de summa Trinitate & fide Catholica.

Tertia diffi. Est ne modo aliquod caeremoniale sacrificium, prater Missae sacrificium?

CONCLUSIO.

IN nulla orbis parte, vbi praedicatum est Euangelium, viget modo, praeter sacrificium Missae, aliquod verum, vel falsum sacrificium: dixit enim Christus. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, quod quidem intelligitur, vbi iam est Euangelium praedicatum. Africa enim, diabolo semel per Euangelium reiecto, nunquam a Saracenis fuit oblatum sacrificium, nec a Iudaeis alicubi offertur. Quia templum destructum est, in quo tantum sacrificandi praecipuum habebatur.

*Ioan. c. 12.
D. Vincentij
Ferrerij est in
quodam serm.
de cena Domini.*

Quarta diffi. Sunt ne multi huius sacrificij fructus?

CONCLUSIO I.

MISSAE sacrificium valet offerentibus, & pro quibus offertur, ad impetrandum, satisfaciendum, & merendum. Definita est in Con. Triden. Sess. 22. cap. 10. vbi dicitur: Docet sancta Synodus, sacrificium hoc verè propitiatorium esse, &c. vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Quibus verbis impetratorium esse demonstratur. Deinde cum subditur, non solum pro viuorum fidelium peccatis, poenis, &c. sed etiam pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis, &c. satisfactorium esse docetur: & tandem, cum sit opus bonum, in Deum relatum, si offeres, vel pro quo offertur, in gratia existat erit, baud dubie meritorium.

CON-

CONCLUSIO II.

EST etiam huius sacrificij fructus vera peccatorum quoad culpam remissio. Definita est in eodem Concilio, & in eodem loco: ubi habetur: Huius Hostia placatione placatus Deus, gratiam, & donum pœnitentiæ cœcedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit. Est autem hoc intelligendum mediatè, scilicet quia impetrat nobis donum pœnitentiæ, id est, speciale auxilium ad pœnitendum in remissionem peccatorum.

Hinc confutatur hæresis Lutheri dicentis Missam non posse offerri pro peccatis, nec posse prodesse uiuis, aut defunctis, sed soli Sacerdoti. Vide patrem à Castro verbo Missa. hæresi 3.

Hæresis.

Art. II. An Missa oblata pro multis, tantum singulis, ac si pro vno duntaxat offerretur, prodesse possit.

TRES sunt opiniones. Prima Scoti, tenentis partem negantem, quæ magis secuta, & celebris est, quam amplexi sunt multi iurisperiti, quos Syluester, & Soto citant.

Secunda opinio, & contraria est Caiet. cui adhæsit Cano, quæ opinio non minimum inter populares scandalum excitauit.

Tertia opinio est Syluestri loco citato, dicentis, si Missa pro multis offeratur, quia simul omnes illam petierunt, non potest tunc æqualiter omnibus prodesse, ac si pro vno tantum esset oblata, si verò singulariter multi illam petierunt, vt si vnus petat Missam pro anima patris, alius pro anima matris, &c. bene, inquit, potest, &c.

Sco. quodlib.

20. q. 20.

Verbo Missa

7. 8. 9. Soto.

ubi sup. ar. 2.

22. q. 79. art.

5 & quodlib.

de celebra-

tione Missa

quæst. 2.

CONCLUSIO I.

SI valor Missæ ex opere operantis cōsideretur, vna Missa pro pluribus oblata, perinde prodest quoad satisfactionem singulis, ac si pro vno tantum offerretur: quia valor hic singulis iuxta mensuram deuotionis prodest, & cum deuotio vnus non sit impedimento alterius deuotioni, quo minus æqualem vel fortè maiorem effectum consequatur: profectò proderit singulis, vt dictum est, ac si pro vno duntaxat esset oblata.

CONCLUSIO II.

VALOR Missæ ex opere operato non prodest singulis, pro quibus specialissimè offertur, ac si pro vno duntaxat oblata esset.

Ratio

Ratio est: quia cum valor ille sit finitus, si inter plures diuidatur, minus quilibet eorum, quam si inter pauciores diuideretur, accipiet.

APPEN. 1. Hinc, Sacerdos vnā Missam pro duobus offerens, quorum quilibet sufficiens stipendium contulit, non satisfacit.

APPEN. 2. Hinc, licebit accipere stipendium ab Ecclesia signatum, scilicet, argentum, & vna Missa pro duobus satisfacere, si vterque dimidium tantum obtulit.

APPEN. 3. Hinc, illi, qui Sacerdotali stipendio alii non potest, non licebit plus accipere. Nam illi pro quibus offertur Missa, solum tenentur stipendium ab Ecclesia taxatum tribuere.

Diffic. Accipitur ne licite stipendium pro labore inter celebrandum?

Vbi sup. in solut. ad 10 lect. 28. super Canonem. quest. 6. ar. 1. vbi supra.

DVÆ sunt opiniones. Cano recipi licite posse insinuare videtur, Gabriel verò, & Soto oppositum tenent.

CONCLUSIO I.

SYMONIA est dare, vel accipere stipendium pro fructu spirituali Missæ, vel pro labore tali fructui spirituali annexo. Est enim Symonia emptio, seu venditio spiritualium, vel eorum, quæ annexa sunt, &c. de quibus Matth. 10. posita est lex à Christo **I**ESV. Quod gratis accepistis, gratis date. Sunt autem spiritualibus annexa, sine quibus ministrari nequeunt, qualis est totius Missæ occupatio.

Matth. c. 10.

APPEN. Hinc, integrum erit Sacerdoti pro labore, qui non sit spirituali ministerio annexus, stipendium recipere, vt si conducatur ad celebrandum certa hora, primo, scilicet, mane, vel meridie. Hæc enim obligatio non erat spirituali ministerio annexa; quoniam sine illa sacrificium confici potest.

CONCLUSIO II.

SA CERDOS propter aliquam causam finalem stipendium recipere, sibi que propter eadem causam dari potest. Tunc enim spirituale, vel aliquid annexum non venditur, sed datur, recipiturque stipendium, vt Sacerdos alatur. Dignus namque est operarius mercede sua. Et confirmatur exemplo: Dominus enim seruum suum sustentat, & alit ad hunc finem, vt laboret, non autem pro labore: quia seruus domino suo laborem non vendit, cum seruus eiusque actiones domini esse dicantur.

Luce. 10. cap.

CON

CONCLUSIO III.

ILLI, pro quo Sacerdos specialicissimè sacrificium offert, de iustitia Sacerdotem alere tenetur. D. Paul. est. Probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem: placuit enim eis, & debitores sunt: nam si participes facti sunt eorum spiritualium gentes, debet & in carnalibus illis ministrare. Animaduerre dictionem debitores. Quia dignus operarius mercede sua.

¶ *Vltimus articulus de ritu Missæ.*

ABSOLVETVR Art. aliquod difficultatibus positus.

Prima diffi. Qui Ministri ministrare prohibentur?

Alc. Alc. ubi supra S. Th. q. 83. Scot. q. 2. d. 13.

CONCLUSIO I.

IRREGVLARIS, degradatus, excommunicatus maiori aut minori excommunicatione, & suspensus, ministrando, mortaliter peccant, quoniam à iure prohibentur.

Alc. Alen. S. Th. & Scot. ubi supra.

CONCLUSIO II.

QVI caret pollice, vel qui illo vti non potest ad diuidendâ Hostiâ, cum alio quocunque digito eiusdem manus ministrare prohibetur. Definita est expressè capite vltimo de corpore vitiatis.

CONCLUSIO III.

QVI sua sponte sibi virilia amputauit, & non alia de causa, ministrare non potest. Definita est in cap. significauit. Eodem titulo.

CONCLUSIO IIII.

QVI natus est Eunuchus, vel cui iusta de causa sine culpa sua ad vitandam infirmitatem sunt virilia abscissa, ministrare potest. Definita est in cap. ex parte. ibidem.

CONCLUSIO V.

QVI deformitatem magnam in facie habet, non potest sine dispensatione ministrare, vt qui habet nasum, siue aures abscissas, aut maculam in oculo. definita est cap. 2. eodem titulo. Vide ibidem glossam in cap. finali.

Secunda

Secunda diffi. Quibus in locis celebrare licet?

CONCLUSIO I.

DE iure communi non licet, nisi in locis ab Episcopis consecratis, vel in loco nõ consecrato de licentia solius Episcopi. Definita est expressè in Can. Missarum solennia. de consecr. d. i. intelligitur ita, vt non sit Ecclesia interdicta, aut violata; quannis sit consecrata.

CONCLUSIO II.

EXTRA Ecclesiam non consecratam, vel in campo in graui necessitate, vel de licentia Episcopi licebit celebrare, dummodo super aram lapideam consecratam offeratur. Definita est expressè in Can. concedimus. de con. eadem distinct.

CONCLUSIO III.

IN domo particulari, vel de licentia solius Episcopi, sine bulla, Missa celebrari poterit. Definita est in Can. Missarum solennia citato: seruanda tamen sunt, quæ in Conc. Trid. Sess. 22. in decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ præcipiuntur: nempe, vt sint in domo oratoria ad hoc designata.

APPEN.

Hinc, nulla urgente necessitate, de licentia Episcopi poterit Missa celebrari: quia Conc. Trid. nullam ponit necessitatem, sed tantum ne sine licentia Episcopi fiat, præcipit.

CONCLUSIO.

IN mari, vel flumine Missa celebrari nõ potest: posset enim sanguinis effusio contingere, cum nauis continuò moueatur.

Tertia diffi. Quibus diebus integrum erit Missam celebrare?

CONCLUSIO I.

LICITVM erit singulis diebus Missam vnã celebrare, præterquam feria sexta, & sabbato maioris hebdomadæ. Definita est in Can. sufficit. de consecr. d. i. præterquam in die Natalis Domini: vt in Can. nocte sancta. eadem distinctione habetur.

CONCLUSIO II.

VRGENTE necessitate, licitum erit eadem die duas celebrare Missas. Definita est in Can. sufficit citato, dummodo ieiunium naturæ non soluarur.

Quarta

Quarta diffic. Qua hora poterit Sacerdos rem sacram facere?

CONCLUSIO I.

CVMPRIMVM albescere incipit, vsque ad meridiem integrum est celebrare: etsi ante meridiem fuerit incepta Missa, perficienda est.

CONCLUSIO II.

POSSVNT fratres Minores ex privilegio vna hora ante lucem, & alia post meridiem celebrare. Patet in compendio privilegiorum verbo Missa 2. §. 1. & 2.

CONCLUSIO III.

FERIA quinta maioris hebdomada publicè, vel secretè Sacerdos celebrare potest: nullus enim est textus istud prohibens: imo permittitur in Can. sabbatho. de consecr. d. 3.

Quinta diffic. Quibus vestibus, & vasis Missa celebranda est?

CONCLUSIO I.

OMNES vestes debent esse benedictæ prater Cingulum quod potest non benedici.

CONCLUSIO II.

QVI vestibus nõ bñdictis celebraret irregularitatẽ nõ incurreret. Quia nulla pœna canonica incurritur, nisi à iudice imponatur.

CONCLUSIO III.

ARA, quæ altare nominatur, lapidea esse debet. Definita est in Can. altaria el primero. de consecr. dist. 1.

CONCLUSIO IIII.

CALICES consecrati, ex auro, vel argento, vel stanno consecrati esse debent. Definita est in Can. Calix. eadem dist.

CONCLUSIO V.

SI quis quantumvis occultè in calice vitreo, aut ligneo consecraret, peccaret gravissimè: quia in vitro est effusionis periculum, & in ligno sanguis imbibitur potest.

CONCLUSIO VI.

CALIX fractus reunitus est benedicendus, & consecrandus: quia iam formam calicis amisit. Et idem de vestibus est iudicandum, quod non est intelligendum de calice tornatili, cuius pes est à calice diuisus.

CON

CONCLUSIO VII.

CONSECRATIO vasorum, & eorum, quæ in sacrificio Missæ cõcurrunt, est applicatio tantùm, scilicet, vt sint instrumenta, quibus hoc sacrificium peragatur.

CONCLUSIO VIII.

GRAVISSIMUM peccatum est calice consecrato bibere, aut illo fracto, vas aliquod ad humanos vsus formare: & idem est iudicium de cæteris ornamentis. Quia quæ semel Deo dicata sunt, ad humanos vsus transferri non possunt, quod satis exemplo Regis Balthazaris in veteri testamento confirmatur. Sacerdos, qui non ex malitia, sed ex negligentia quacunque sine ara celebrat, vel sine manipulo, aut stola, mortaliter peccare non videtur.

Daniel. c. 5.

1. PROPO.

2. PROPO.

Dubium.

Præter corporalia debent esse duo panni linei in memoriam sanctissimæ Trinitatis.

Defectus in Missæ cõtinentes quomodo supplendi sint, S. Th. 7. defectus numerat. Ex quibus aliqui sunt à nobis in superioribus expositi, quos etiam omnes in Missali sanctiss. Papæ Pij V. expositis reperies. Hactenus de sanctissimo Eucharistiæ sacramento: cuius, faxit Deus Optimus Maximus, quæ sua est infinita misericordia, vt verè participes esse possimus, Amen.

FLORES SACRAMENTI

Pœnitentiæ.

DE hoc sacramento differit Mag. sent. à d. 14. vsque ad 22. & ibi DD.

Alex. Alen. q. 61. & 69. **Q**UESTIO PRIMA, DE HIS QUÆ AD ESSENTIAM POENITENTIÆ PERTINENT.

Art. I. An pœnitentia sit sacramentum nouæ legis?

CONCLUSIO.

D. Tho. q. 84.

art. 1. reliqui

d. 14. Ric. d.

21. art. 2. q. 3.

Dur. q. 3. Sco.

q. 4. d. 14.

PŒNITENTIA vnum est ex Ecclesiæ sacramentis, Definita est expressè in Conc. Trident. Sess. 4. Can. 1. lege supra de sacramentis in genere.

Prima

Prima diffie. An pœnitentiæ supponit pro absolutione à Sacerdote facta, an pro actibus pœnitentiæ contritione, confessione, & satisfactione? Alex. Alen. q. 60. m. 2. Ric. d. 6. art. quæst. 2.

TRES sunt opiniones de hac re. Prima tribuitur S. Thom. vbi supra, qua dicitur pœnitentiæ sacramentum non supponere pro absolutione, sed pro actibus pœnitentiis, scilicet cōtritione, & cōnotando Sacerdotis absolutionem.

Secunda opinio est Sco. dist. 14. art. 3. q. 4. & d. 16. q. 1. vbi dicit supponere non pro actibus pœnitentiis, sed pro absolutione Sacerdotis, cōnotando actus pœnitentiis.

Tertia opinio est Dur. d. 14. q. 3. hic tenet, neque supponere pro absolutione Sacerdotis, nec pro solis actibus pœnitentiis, sed pro vtroque: quæ opinio videtur esse B. Tho. loco citato.

CONCLUSIO.

PŒNITENTIÆ sacramentum, quemadmodum cætera sacramenta constat materia, siue quasi materia, & forma. Expressè definita est in Conc. Flor. & Trid. Sess. 14. cap. 3. & Cano. 4. vbi ita legitur: Quasi materia huius sacramenti sunt actus pœnitentiis: forma autem est absolutio Sacerdotis. Vocat autem Concilium actus pœnitentiis non materiam absolutè, sed quasi materiam, quia illi actus non manent, quando est sacramentum, scilicet, absolutio Sacerdotis: in alijs sacramentis, quæ habet esse in fieri, in quibus materia cum sacramento manet, absolutè materiam appellauit: nam absolutè & propriè materia est, quæ manet cum re cuius est materia. Vnde quædo Sco. vbi supra dicit, tria illa nullo modo esse partes pœnitentiæ, intelligit propriè, vt loquitur Concilium: quia non manet cum sacramento, quod est absolutio. Nihilominus tamen dicit requiri, & præsupponi ad pœnitentiæ sacramentum.

Secunda diffie. An sit sacramentum pœnitentiæ materia sola, an forma sola, an vtrumque simul? Alex. & Ric. & Sco. vbi supra.

CONCLUSIO I.

NON supponit pro vtroque simul. probatur: quia pœnitentiæ sacramentum est nomen cōnotatiuum, quod non supponit pro vtroque simul, sed pro altero tantum. In hac enim, alium

currit, non supponit album pro homine & albedine: quia non resoluitur in hanc, subiectum, & albedo currunt, sed in hanc, subiectum habens albedinem currit.

CONCLUSIO II.

SACRAMENTUM pœnitentiæ supponit pro absolutione Sacerdotis, & nullo modo pro actibus pœnitentis, licet illos cõsignificet. Ante probationem primum nota, sacramentum nouæ legis esse signum gratiæ non prognosticum, id est, gratiæ futuræ, neque rememoratium gratiæ, scilicet, præterita, sed demonstratiuum gratiæ, quæ tunc temporis datur: quâdo tale signum, & sacramentum ponitur. hoc omnes DD. ad vnum fatentur. Iam primum probatur conclusio à definitione sacramenti. Quia sacramentum est signum demonstratiuum gratiæ, & tale signum non est, confessio, sed absolutio. Non enim datur gratia tempore confessionis, sed absolutionis. Secundo, quia sacramentum pœnitentiæ efficit, quod significat, vt cætera sacramenta: & remissionem peccatorum, quæ est pœnitentiæ effectus, non significat cõfessio, sed absolutio: nam confessio potius accusacionem significat. Tertio cõfirmatur: quia hoc sacramentum, remittit pœnam virtute clauium, quæ sunt nota in pœnitente, sed in Sacerdote, quare sola absolutio, quæ est actio Sacerdotis, & non confessio, quæ est pœnitentis operatio, erit sacramentum. Quarto, quia pœnitentiæ sacramentum est causa instrumentalis gratiæ, & talis est sola absolutio, quæ est simul cum gratia sacramentali, & non confessio, quæ præcedit tempore gratiam. Quinto, quia hoc sacramentum non conficitur per actionem recipientis, sed Ministri, vt constat ex Conc. Florentino, & ita non confessio, quæ est actio pœnitentiæ, sed absolutio erit sacramentum. Vltimo, ratione de prompta ex Con. Trid. Sess. 14. c. 3. vbi habetur: Docet præterea sacra Synodus sacramenti pœnitentiæ formam, in qua vis præcipuè ipsius sita est, in illis Ministri verbis positam esse, scilicet, ego te absoluo: tunc ita argumentor, vis sacramenti pœnitentiæ potius est in absolutione, quàm in actibus pœnitentis posita, ergo præcipuè absolutio saltè erit magis sacramentum, quàm actus pœnitentis. Alex. opinio q. 60. m. 2. & Ric. d. 16. q. 2. art. 1. & Bon. d. 22. in 2. parte d. q. 2. si diligenter eorum verba perpendantur, eadem est cum opinione Scoti: dicunt enim formaliter, & sub ratione sacramenti consideratam pœnitentiam supponere

nere pro absolutione. Quòd si obijcias, sacramentum constat ex materia, & forma, ergo vtrumque simul est sacramentum. Respondeo: quanvis ex vtroque conficiatur, supponit tatum pro altero, vt ex secunda conclusione constat: quia est terminus connotatiuus, qui non supponit pro vtroque, neq; est vtrumq;: album enim coponitur ex subiecto, & albedine, non tamen est subiectum, & albedo copulatiuè: quia non resoluitur per verbum substantiuum, sed adiectiuum, scilicet, est subiectum habens albedinem: ita pœnitentiæ sacramentum est forma cadens super confessionem pœnitentis. Contra argumentaberis: Omne connotatiuum supponit pro formali, & non pro materiali. Resp. verum est de terminis connotatiuis naturalibus, vt album, artificialibus, vt statua, non autem de terminis significantibus res supernaturales. Nam isti supponunt pro signo gratiæ, vnde Baptismus supponit pro ablutione facta sub certa verborum forma, quæ est signum gratiæ. Similiter pœnitentiæ pro absolutione, quæ est signum gratiæ, & non pro actibus pœnitentis: Vltimò disputabis. Actus pœnitentis, sunt causa gratiæ, ergo sunt sacramenta. Respondeo: sunt quidem causa dispositiua, non autem instrumentalis. Eo ita non sunt sacramentum, sicut est absolutio.

Tertia diffio. An peccata commissa sint huius sacramenti materia?

CONCLUSIO I.

PECCATA commissa, non sunt materia proxima huius sacramenti, sed actus pœnitentis, scilicet, peccatorum detestatio, qua fit per contritionem, & confessionem. Definita est in Conc. Florent. vbi dicitur 4. sacramentum est pœnitentiæ, cuius, quasi materia sunt actus pœnitentis, scilicet, contritio, &c. idem definitur in Conc. Trident. proxime citato.

CONCLUSIO II.

PECCATA sunt materia remota pœnitentiæ. Nam remota materia est, ex qua proxima fit, at detestatio peccatorum, ex præcedentibus peccatis ortum habet. Sunt autem materia proxima, non facienda, sed destruenda, quemadmodum morbus materia medicine esse dicitur.

S. Tho. arti. 3.
Durand. d.
12. q. 1.

Quarta diffi. An forma sufficiens sit, Ego te absoluo?

TRES sunt circa hanc difficultatem opiniones. Prima Abulensis in 1. p. defensorij cap. 6. asserentis, debere esse hanc formam, scilicet ego remitto tibi peccata.

Secunda opinio est dicentium, formam debere esse deprecativam, ut absoluat re Deum.

Magist. Ca-
non.

Tertia opinio est Magistri, & quorundam aliorum affirmantiu licere uti hac forma, Ego te absoluo: nihilominus tamen Sacerdotem non absolueret, sed tantum ostendere penitentem absolutum. Hæc est cõdenata in Conc. Trid. Sess. 14. lege infra de potestate clauium.

CONCLUSIO I.

SUFFICIENS forma est, Ego te absoluo: nam ita expressè definitur in Conc. Flor. & Trid. vbi supra cap. 3.

CONCLUSIO II.

NON est aliqua forma præcisa huius sacramenti. Forma enim præcisa est illa, quam Christus præscripsit, ut est forma Baptismi, & Eucharistia: Christus autem Iesus nullam huius sacramenti formam præscripsit. Nam Matthæi 26. & 28. & Ioan. 20. solum legitur: Quorum remiseritis, vel solueritis, &c. conclusio est Scoti, unde immeritò Sco. à Soto reprehenditur.

Ioan. 20.

Liberatur
Sco. d. 14. q. 1.
ar. 3.

CONCLUSIO III.

QUÆCUNQUE forma, vbi authoritatiuè remissio peccatorum explicatur, erit sufficiens huius sacramenti forma: quia Minister huius sacramenti est iudex, & iudicis est authoritatiuè iudicium proferre.

Vide Caiet.
vbi sũ. S. Th.
& in summa
verbo Absolu-
tio.

Vnde collige, quod si quis hac forma vteretur, Ego remitto tibi peccata, verè absolueret. dicitur enim Ioan. 20. Quorum remiseritis, &c. vel etiam si dicat, impendo tibi beneficium absolutionis quia authoritatiuè absoluit, peccaret tamen.

Quinta diffi. An impositio manuum Sacerdotis ad hoc sacramentum requiratur?

VIDES. Th. ar. 4. vbi supra & Soto d. 14. q. 1. ar. 4.

CONCLUSIO.

NEQVAQVAM talis impositio requiritur. Paret Matth. 18. & Ioan. 20. vbi nulla fit huius impositionis mentio.

Sexta

Sexta diffi. An hoc sacramentum sit de necessitate salutis?

CONCLUSIO I.

HOC sacramentum non est simpliciter ad salutem necessarium. Quia necessariū simpliciter est omnibus necessarium: pœnitentia verò paruulis, & iustis, qui nunquam peccauerunt, non est ad salutem necessaria, dicente scriptura: Et tu Deus iustorum non posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, Isaac, & Iacob, qui non peccauerunt.

*Alex. Alen
q. 39. S. Tho.
ar. 5. D. Bon.
art. 1. & 2.
Ric. d. 16. art.
4. Sco. d. 16.
Dur. dist. 16.
& 17.
2. Par. c. vlt.*

CONCLUSIO II.

HOMO post peccatum mortale commissum sine sacramento pœnitentiæ saluari non potest. Ratio est: quia de lege non remittitur peccatum nisi per pœnitentiam: vt patet Ioan. 20. Quorum remisistis peccata, &c.

CONCLUSIO III.

DEFICIENTE copia Confessoris, in articulo mortis sufficit pœnitentia in voto. & ratio est: quia quando actus exterior est necessarius ad salutem, satis est habere illum actum in re, aut in voto.

Ioan. 20.

VNDE sufficit ad iustificationem, vt tempore contritionis habeatur votum explicitum, id est, actuale, siue formale propositum confitendi: vel implicitum, vt si habeat aliquem dolorem de peccatis propter Deum offensum cum proposito cauendi omnia peccata, & seruandi omnia præcepta diuina: in illo enim generali proposito implicatur particulare confitendi propositum.

APPEN.

*Est Alex. &
Ric. d. 17. ar.
2. q. 1. ubi su-
pra.*

Dubium. Quid si præ nimio dolore pœnitens non recordetur proponere obseruantiam mandatorum Dei in posterum?

CONCLUSIO.

NIHILO MINUS iustificabitur. Dicitur enim Ezechi. 33. Impietas impij nõ nocebit ei: in quacunque enim hora conuersus fuerit, &c. Nam in illo vehementi dolore confessions, votum includitur: quia si talis voti tunc recordaretur, haud dubiè proponeret.

*Alex. & Ric.
est.*

Alex. Alen.
q. 93. m. 3. B.
Tho. ar. 6. q. 8.
D. Bon. d. 8.
22. q. vlt. Ric.
dist. 14. super
literam.

Septima diffie. An pœnitentia sit secunda tabula post naufragium?

CONCLUSIO I.

EST quidem secunda tabula. Ita enim habetur, Can. Secunda tabula. d. 1. & in Conc. Trid. Sess. 6. cap. 14. & Sess. 7. Can. 2.

Octaua diffie. Quando fuit hoc sacramentum institutum?

AL E X. q. 59. D. Tho. art. 7. vbi supra, & D. Bon. art. 1. q. 3. d. 17. Ric. d. 22. art. 2. q. 4.

CONCLUSIO.

Ioan. 20.

Hoc sacramentum fuit à Christo institutum quando Ioan. 20. dixit Apostolis, Quorum remiseritis peccata, &c. Definita est in Conc. Trid. vbi supra, & Can. 3. vbi ita legitur. Si quis dixerit verba illa Domini Saluatoris: Accipite Spiritum sanctum, &c. non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in sacramento pœnitentia, sicut Catholica Ecclesia ab initio semper intellexit: detorsit autem contra institutionem huius sacramenti ad autoritatem prædicandi Euāgelium, anathema sit. vnde Conc. & cap. 5. ibidem.

Alex. Alen.
q. 65. m. 2. ar.
2. q. 3. B. Th.
ar. 48. q. 49.
D. Bon. d. 16.
ar. 3. q. 2. Ric.
d. 14. art. 9.
q. 9.

Nona diffie. An post peccatum commissum, & peractam de illo pœnitentiam, teneatur omnis homo vsque ad finem vite dolorem habere?

CONCLUSIO I.

VSQVE ad finem vitæ, etiam peracta pœnitentia, tenetur homo peccatorum dolorem habere, id est, displicentiam negatiuam, scilicet, quod nunquam illi peccata commissa placeant. Ratio est: quia si aliquando placerent, nouum peccatum mortale committeretur: gloriarentur enim tunc cum malefacerent, & exultarent in rebus pessimis.

Prouerb. c. 2.

CONCLUSIO II.

POENITENTIA exterior post semel peractam pœnitentiam non esse necessaria. Nam ad confitendum, & satisfaciendum non obligatur per totam vitam, sed tempore ab Ecclesia determinato. Non enim vindicat Deus bis id ipsum, nec confurget duplex tribulatio.

Hinc

Hinc non tenebitur aliquis elicere istum actum: non placet mihi peccatum, peccato iam virtute pœnitentiæ purgato: sed tenebitur semper habere, vel propositum, scilicet. nunquam peccandi & seruandi in omnibus diuina præcepta. Patet Ecclesiastici 5. De propitiato peccato noli esse sine metu.

B.Th. est artic. 9.
Eccles. 5.

CONCLUSIO III.

TALE propositum non est semper in actu futurum. Ratio est: quia obligaretur homo ad impossibile. Satis enim est, quâdo peccata memoriæ occurrunt, vel aliqua tentatione homo concutitur, tale propositum elicere.

CONCLUSIO IIII.

TENETUR tamen post peractam pœnitentiâ sub reatu mortalis peccati occasiones vitare: patet, quoniam qui amat periculum, peribit in illo.

Decima diffi. An Sacramentum pœnitentiæ sit iterabile?

CONCLUSIO.

POTERIT homo post peractam pœnitentiâ. Virtute huius sacramenti, quoties peccauerit, peccatorum veniam consequi. Dixit enim Dominus Petro querenti, an septies remitteret fratri peccatum: non dico tibi septies, sed septuagesies septies. Vbi auctor D. Aug. numerus finitus pro numero infinito collocatur.

Contra hanc veritatem fuerunt duæ hæreses, contra quas lege D. Th. & patrem à Castro vbi supra. Prima fuit Nouati, dicentis post Baptismum nemini relinqui pœnitentiæ locum. Secunda asserentium, post Baptismum semel benè posse à peccato resurgere aliquem per pœnitentiâ, non tamen amplius.

Alex. Alen.
q. 63. D. Tho.
Ric. vbi supr.
q. 2. Durã q.
14. D. Bon. d.
14. ar. 3. q. 2.
Cast. verb.
pœnitentiæ
har. 3.
Matth. c. 18.

Hæreses.

Art. II. An pœnitentiâ sit virtus, vel virtutis actus?

IN re omnes conueniunt asserentes pœnitentiâ esse virtutem. In modo tamen dicendi dissentiunt: lege illos.

CONCLUSIO I.

Pœnitentiâ actualis, quatenus est nolitio, siue detestatio peccatorum, est actus virtutis, id est, vel generans virtutem, vel à virtute genitus. Patet à definitione actus virtutis, qui est elicitus

Alex. Alẽ. q.
54. & 75. Bo.
Tho. & reli.
qui d. 14. D.
Bon. art. 1. q.
1. Ric. ar. 1. q.
1. Sor. q. 2.

Prouerb. 2.

secundum rectam rationem in mediocritate consistens. Recta autem ratio dicitur, ut de peccatis non gaudeamus, iuxta illud, Latentur, cum malè fecerint, &c. neque quòd de illis vsque ad desperationem, sicut Cain, & Iudas, doleamus, sed in mediocritate, id est, cum spe veniæ à Deo obtinendæ. Quare talis detestatio erit virtutis actus.

CONCLUSIO II.

S. Th. Ric. & Sco. est.

POENITENTIA pro tristitia, quæ ex nolitione peccati nascitur, sumpta, non est virtus. Nam virtus est, vel actus, vel habitus: tristitia verò, cum sit tantum passio, nihil horum est.

CONCLUSIO III.

SI pœnitentia pro fructibus ex Pœnitentia genitis, siue pro satisfactione, ut pro ieiunio, oratione, eleemolyna accipiatur, est virtutis actus. Patet: quoniam isti actus dicuntur, & eliciuntur secundum rectam rationem, & pro illis premium dabitur, quod non redditur, nisi pro actibus virtutis.

CONCLUSIO IIII.

POENITENTIA sumpta pro habitu vel infuso, vel acquisito inclinante ad pœnitendum, est propriissimè virtus. Nam virtus est habitus electius, vel inclinans ad eliciendum actum, quem recta ratio dicitur, & pœnitendi habitus inclinatur quidem ad dolendum de peccatis cum spe veniæ obtinendæ, quod maximè recta ratio dicitur.

Prima diffi. An sit virtus generalis, vel specialis?

Vide DD. vbi supra.

TRES sunt opiniones. Prima Sco. q. 2. dicentis, pœnitentiam sumptam pro nolitione puniendi peccatum, esse actum iustitiæ punitivæ, quæ est specialis virtus: sumptam verò pro nolitione peccatorum, esse generalem virtutem: quo autem modo sit intelligenda hæc opinio, conclusione prima patebit.

Alex. q. 54. m. 1. ar. 1. Ric. q. 3. D. Bona. vbi supra.

Secunda opinio est cõmunis Alex. D. Bon. Ric. & aliorum affirmantium esse virtutem specialem.

Tertia opinio est Caiet. asserentis, pœnitentiam non esse virtutem generalem, vel specialem, sed pertinere ad religionem.

CONCLUSIO I.

POENITENTIA, quatenus est actus naturalis, generalis virtus est,

tus est: Ratio est: quia, vt talis est, solùm detestatur peccatum propter amorem virtutum, quibus peccata opponuntur: & quia sunt contra rectâ rationem: tum etiâ quia quacûque virtus inclinât ad cõplacendû de actibus continentia, inclinât etiâ ad displicendû de actibus incõtinetiæ: & hinc dicitur generalis, quia inclinât ad actus multarû virtutum. Et in hoc sensu est Scotus intelligendus.

CONCLUSIO II.

POENITENTIA, vt est actus supernaturalis, non est generalis virtus, sed specialis ab aliis virtutibus moralibus, & Theologicis distincta. Ratio est: quia nulla virtus, præter pœnitentiã, inclinât ad hunc actum, scilicet, pœnitet me peccasse propter Deum offensum: vt illum mihi reconcilië, & vitam æternam possideam.

Secunda diffi. An pœnitentiã sit virtus infusa, vel acquisita?

DVÆ sunt opiniones. Vna negans Scot. & Durã. vbi supra, altera Caiet. art. 5. q. 85. S. Th. affirmans.

Alex. Ale. q. 54. m. 2. ar. 2. §. 4. & q. 75. m. 1. reliq. d. 14. D. Bona. ar. Dur. q. 11. & 12. Scot. q. 3. vbi sup.

CONCLUSIO.

HABITVS est ex pluribus actibus acquisitus, potestque manere informis in peccatore, sicut aliæ virtutes absque charitate, in eodem existere possunt. Ratio est: quia prius natura habet dolorẽ homo de peccatis, quàm Deus iustificet illum: vt infra hac eadem quæstione patebit: quamobrem talis dolor non erit à pœnitentiã infusa elicitus. Patet consequentiã: quia pœnitentiã, vel de sententiã Caiet, non infunditur, nisi in iustificatione, vnde si pœnitentiæ actus præcedit ordine naturæ iustificationem, præcedet quoque pœnitentiã infusam. Et nota virtutes acquisitas, mediante speciali auxilio, disponere quoque ad præmium supernaturale, & ita nõ sequitur cum Pelagio, nos viribus naturæ iustificari.

Vide DD. vbi supra.

Tertia diffi. An sit pœnitentiã moralis, vel Theologica virtus?

DVÆ sunt opiniones. Prima Scot. tenentis esse moralem: altera Thomistarum.

Alex. Ale. q. 54. m. 1. ar. 2. §. 3. & q. 75. in 4. D. Ben.

CONCLUSIO.

NON est virtus Theologica, sed moralis. patet: primò quia virtus Theologica non est acquisita, sed infusa: pœnitentiã verò, vt

N 5 patet

patet ex proxima difficultate, est virtus acquisita, & non infusa. Secundo, quia gratia non destruit naturam, imo perficit: & omnis actus, si multiplicetur, naturaliter generat habitum, cum sit agens naturale. Quia quantumcūque sit actus meritorius, & disponat ad gratiam, generabit habitum. Et confirmatur: nam si ex multis ieiuniis meritoriis, non generaretur temperantiæ habitus, sequeretur deterioris conditionis esse ieiunantes in statu gratiæ, quam in statu peccati, cum de sententia aduersariorum isti per suos actus habitum temperantiæ acquirant, & non iusti. Contraria opinio est Thomistarū, qui ex conclusione Scoti colligunt, ex viribus nature posse hominem pœnitere, quod est Pelagij. Et ratio est: quia habitus acquisitus naturaliter, inclinatur ad actus similes illis, ex quibus generatur, & cum habitus pœnitendi sit acquisitus ex actibus pœnitendi supernaturalibus, naturaliter quidem inclinabit ad illos, & ex consequenti poterimus naturaliter pœnitere, qui fuit error Pelagij. Verum enim vero acquisitus pœnitendi inclinatur voluntatem ad actum pœnitendi similem, quantum ad substantiã actus, non tamen quantum ad finem præcipientis, scilicet, Dei, qui vult: vt ille pœnitentis actus sit vltima dispositio ad gratiam, & cum hoc fieri absque speciali auxilio non possit, non inde sequitur error Pelagij, qui quidem sequeretur, si dixisset Scot. ad actus similes quantum ad finem præcipientis inclinare.

Scot. *Liberatur.*

Ale. Alen. q. 75. m. 3. D. Bo. q. 2. vide DD. ubi sup.

Quarta diffi. An pœnitentia virtus sit iustitiæ species?

TRES sunt opiniones. Prima Sco. q. 2. ar. 1. Secunda est B. Th. ar. 3. inter quos hoc est discrimen, quod Scot. accipiens pœnitentiam pro detestatione peccatorum, non dicit esse specialem virtutem, vt supra hoc eodem articulo diximus: at verò S. Th. dicit esse speciem, siue partem iustitiæ. Tertia opinio est Duran. dicentis pœnitentiam esse speciem subiectum commutatiuæ iustitiæ: quia pœnitens reddit Deo pœnitendo æqualem culpæ illatæ satisfactio nem, quod est falsissimum, Quia Deus semper punit circa condignum.

CONCLUSIO I.

PŒNITENTIA non est pars subiectiua iustitiæ. Ratio est: quia pars subiectiua habet totam quidditatem generis: vt homo anima,

animalis, pœnitentiæ verò non habet totam quidditatem iustitiæ: quia per illam non reddimus æqualem pro mensura peccatorum satisfactionem, quod est ratione iustitiæ strictè sumptæ.

CONCLUSIO II.

PŒNITENTIÀ est pars potentialis iustitiæ, & charitatis. Ratio est: quia pars potentialis est, quæ non habet totam generis quidditatem, sed partem illius duntaxat: & pœnitentiæ, quatenus per illam satisfacimus Deo, habet partem iustitiæ commutatiuæ: cum per illam pœnitens dolorem pro peccatis permutet. Quatenus verò pœnitet nos Deum offendisse, est actus charitatis, atque ita vtriusque virtutis est pœnitentiæ pars potentialis, & virtus vna specialis ex duabus partialibus virtutibus constituta.

Quinta diffc. An pœnitentiæ sit in voluntate tanquam in subiecto?

CONCLUSIO I.

SI pœnitentiæ pro tristitia sumatur, in appetitu sensitivo, scilicet, in corde subijcitur. Ratio est: quia contraria nata sunt fieri circa idem subiectum, & cum lætitiæ, teste Aristotele, sit in corde, erit quoque & tristitiæ.

*Alex. Alen.
q. 15. m. 3. art.
2. D. D. ar. 4.
D. Bon. ar. 1.
q. 1. Sco. reli-
qui ubi supr.*

CONCLUSIO II.

SI pœnitentiæ pro nolitione, & detestatione peccatorum commissorum sumatur, in voluntate tanquam in subiecto existit. Ratio est: quia pœnitentiæ, vt constat ex proxima difficultate, est pars iustitiæ, & iustitiæ subijcitur in voluntate: intellige conclusionem de subiecto perfectionis: & confirmatur, quia nolitio peccati est actus solius voluntatis.

*Alex. Alen.
q. 57. m. 2. 65.
69. & 77. S.
Th. q. 86. re-
liqui d. 14. &
16. D. Bonn.
art. 1. q. 2. &
3. Sco. 19. art.
q. 1. art. 3. Pa-
ter à Castr.
Verbo pecca-
tum har. 4.
& 6. Vega
lib. 13. super
Psal. 73.*

*Art. III. An virtute pœnitentiæ omnia peccata mortalia, post
Baptismum commissæ, remittantur?*

CONCLUSIO I.

PECCATA damnatorum sunt irremissibilia. Ratio est: quia pœnitentiæ sunt obstinati, vt in illa culpa, quatenus Dei offensæ est, possit illis displicere. Vnde dicitur in Psalmo: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

CONCLUSIO II.

NVLLVM est peccatum viatoris, cuius pœnitere non possit: *Constat:*

*Conc. Trid. à
1. capite vs-
que ad 13.*

Ecclesia 15. Constat: tum ex parte hominis, quia quandiu est viator, habet liberum arbitrium ad bonum, & malum: dicitur enim Ecclesiastici 15. ab initio constituit Deus hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: tum etiam ex parte Dei, qui vult omnes homines saluos fieri, id est, Deus est paratissimus ad subueniendum peccatoribus, vt animæ salutem consequantur.

1. Tim. 2.
APPEN. I. Hinc sequitur nullum peccatum viatoris esse irremissibile. vide Vegam à cap. 2. vsque ad 7. vbi supra, ibi enim multis authoritatibus hanc appendicem confirmat. Nam prouocat nos Deus sua benignitate ad pœnitendum, & passio Christi IESU est sufficientissima: ipsa enim pro peccatis totius mundi propitiatio.

Rom. 2.

1. Ioan. 2.

APPEN. 2.

Vide Vegam

vbi sup. c. 13.

Multa sunt peccata viatorum, quæ nunquam in hoc sæculo, neque in futuro, remittentur. Et nota primum, aliud esse peccatum irremissibile esse, scilicet, quia nullum est institutum remedium, vt possit remitti: vt sunt peccata existentium in inferno, vbi nulla est redemptio. Aliud verò peccatum nunquam remitti, scilicet: quia peccator nunquam dignè pœnitebit. Tale fuit peccatum Antiochi Regis, quem pœnitebat amore tantum sui, & timore pœnæ, & non propter Dei offensam: tale peccatum erat remissibile: quia poterat Antiochus dignè pœnitere: nunquam tamen fuit remissum, quia non pœnituit, vt oportebat. De peccato Saulis, & Iudæ, idem est iudicium. Sex errores refert Magister Vega vbi supra, capite secundo, qui sequentibus quinque comprehenduntur. Et primus horum fuit Nouatiani afferentis, peccata, post Baptismum commissa, esse irremissibilia. Secundus Armachani libro nono de quaestionibus Armenorum cap. 27. affirmantis, esse aliquos in via, ita in malitia abstinatos, vt secundum legem communem pœnitere haud possint. Tertius quorundam Iudæorum dicentium, quartum peccatum esse irremissibile. Quartus eorum, qui existimabant, esse certum peccatorum numerum irremissibilem: ita, vt qui illum attingebat, veniam consequi non posset. Vltimus fuit Lutheranorum consentientium omnia nostra opera esse peccata, & volente Deo præter vnum infidelitatis peccatum, ad pœnam non imputari. Consule etiam patrem de Castro vbi supra.

1. Machab. 5. 6.

2. 1. Reg. 1. 2.

Hæreses.

Prima diffi. Quidam est peccatum in Spiritum Sanctum, & cur irremissibile nominatur?

MAGISTER Vega capite nono vbi supra, varias adducit opiniones: quarum prima docet, peccatum post Baptismū commissum vocari peccatum in Spiritum Sanctum. Secunda Apostasiam à fide. Tertia obstinationem, & obdurationem mentis. Et quarta peccatum commissum ex malitia. Quinta finalem impœnitentiam. Sexta verò allèrit, tale peccatum esse tribuere virtuti dæmonum miracula virtute diuina facta.

CONCLUSIO I.

SEXTA opinio verè, quid peccatum in Spiritum Sanctum sit, declarat. Probatur ex B. Aug. super Matt. c. 12. Erat I E S V S eiiciens dæmonium, &c. vbi Christus dicit. Qui blasphemauerit in Spiritum Sanctum, &c. & clarius Marci 3. eadem historia narratur, in cuius fine dixit Christus I E S V S: Qui peccauerit in Spiritum Sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Quoniam dicebant, inquit Euangelista, Spiritum immundum habet.

B. Aug. sup.
Matt. c. 12.
Marc. c. 3.

CONCLUSIO II.

VT peccatum in Spiritum Sanctum nunquam remittatur, requiritur, vt non ex ignorantia, sed malitia fiat. Probatur exemplo B. Paul. qui persequebatur Christianos, Christi miracula dæmoni tribuens, & consequutus est veniam. Propterea quòd ex ignorantia, & non ex malitia blasphemauit, &c.

I. Tim. c. 1.

CONCLUSIO III.

NON quæcunque malitia, sed certa, & determinata, soliq; Deo cognita desideratur, vt tale peccatum nunquam remittatur. Ratio est: quia si audiremus aliquem blasphemantem Sanctorum miracula, còpertumque nobis esset, illud ex certa malitia, & inuidia sanctorum facere: nihilominus tamen eidem pœnitentiam prædicaremus: etsi conuerteretur, spem de illius salute haberemus: quare soli Deo notum est, quando ita peccatur, vt nunquam dimittatur.

D V B I V M I.

QUO igitur modo irremissibile nominatur? Variæ sunt opiniones, vt citat magister Vega vbi supra. Prima dicit, non remittetur, non quòd de facto non remittatur, sicut alia peccata, sed quia sic peccans

peccans nullam habet exculationem: vt qui ex ignorantia, vel ex fragilitate peccat. Secunda dicit, non dimitti non absolute, sed comminatorie, & sub conditione, nempe, si non pœnituerint. Tertia, quia difficile remitteretur. Vltima continetur sequenti conclusione.

CONCLUSIO IIII.

Alex. Ale. q.
57. m. l. ar. 7.
c. 8.

TALE esse dicitur, quia quanvis remissibile sit, nunquam tamen de facto remitteretur. Et ratio est: quoniam sic peccantes, nunquam pœnitentiam dignam agent, propterea quod sunt adeo obstinati, vt nihil minus curent, quam bonis operibus moralibus auxilium speciale ad dignè pœnitendum impetrare.

Secunda diffi. An aliquod peccatum possit sine pœnitentia remitti?

d. 15. q. 3. ar. 1.

d. 14. q. 1. d.

75. q. 1. ar. 9.

SENSVS est: an, possit sine dolore, & detestatione antea actæ vitæ remitti? S. Th. vbi supra, art. 1. vsque adeo opinatur necessariam esse displicentiam peccati, vt affimet (quemadmodum à Thomistis declaratur) Deum secundum suam omnipotentiam nō posse remittere peccata sine eorum detestatione. Contraria opinio est Ric. scilicet, per Dei potentiam, peccatum esse absque pœnitentia remissibile. idem tenet Sco, art. 9. vbi docet, peccatum posse remitti absque actuali pœnitentia per aliquem actum pœnitentiæ æquivalentem: vt per dilectionem Dei, & martyrium.

CONCLUSIO I.

Luc. 13.

ADVLTVS, qui ratione vtitur, non potest de lege consequi remissionem peccatorum, quorum recordatur, nisi actuale odium, & peccatorum detestationem habeat, id est, quin efficaciter nolit peccasse. Patet Luca 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Tum etiam quia ad remissionem peccati duo motus liberi arbitrij requiruntur, primus in Deū, illum amando, secundus in peccatum, illud detestando, vt definitum est in Conc. Trid. Sess. 6. cap. 6. & 14. ca. 4. & Sess. 14. notanter dicitur, quorum recordatur: nam de obliro infra diceretur. Vide Vegam lib. 13. cap. 17. & 18.

CONCLUSIO II.

Hæc est Ric.

ABSOLVTA Dei potentia, poterunt alicui remitti peccata sine pœnitentia per solam nouæ vitæ inchoationem. Patet. 1. quia, non implicat contradictionem, Deū dispensare cum aliquo peccatore, vt non teneatur ad pœnitentiam, sed tantum ad nouæ vitæ inchoa-

inchoa

inchoationem, & ad dilectionem Dei super omnia. Nam cum sint duo actus distincti, dilectio Dei, & detestatio peccati, quibus homo iustificatur, poterit Deus obligare hominem ad primum, & non ad secundum. Et cōfirmatur, quia quanvis impossibile sit aliquem simul diligere Deum, & complacere in peccato, non tamen est impossibile ex diuina dispensatione aliquem diligere Deum, & actualem complacentiam, vel displicentiam peccatorum non habere. Secundò si de lege, per solam dilectionem super omnia ipsius Dei, quando homo non recordatur peccatorum, consequitur illorum remissionem, vt tenet Soto d. 15. q. 1. art. 2. quare non poterit Deus per suam omnipotentiam efficere: vt etiam si homo recorderetur, ad eorum detestationem non teneatur, sed ad solam dilectionem Dei super omnia.

Ultimo probat Ricardus suam conclusionem hac ratione: quia cum possit Deus remittere peccata, mediante pœnitentia, poterit sine illa. Quia quidquid potest Deus facere cum causa secunda, potest se solo præstare.

Errauit Lutherus negans, contritionem, & affirmans, sufficere *Heresis.* solam nouæ vitæ inchoationem, & Lege Vegam cap. 17. citato.

Tertia diffie. Homo, transacto peccati actu, à qua re peccator denominatur?

TRES sunt opiniones, quas refert Scotus distinct. 14. question. 1.

Prima est S. Thom. 12. q. 86. & q. 103. art. 2. & in 3. p. q. 86. art. 2. qui dicit, denominari à priuatione gratiæ, quam patitur, propter peccatum.

Secunda opinio affirmat, denominari ab iniustitia actuali, quam peccando commisit.

Tertia est Sco. asserentis, talem denominationem esse ab obligatione ad pœnam æternam, quam propter peccata contraxit.

CONCLUSIO I.

PECCATOR non denominatur ab actu transacto, sed à culpa olim commissa, quæ est defectus in anima per peccatum relictus. Ratio est: quia anima actum iam transactum modò non habet, & nemo ab eo quod nò habet, denominatur: quid? quòd sequeretur

tunc,

tunc, habentem gratiam nihilominus peccatorem denominari, cum impossibile sit actum illum non commisisse.

CONCLUSIO II.

NE QVÆ dicitur peccator ab obligatione sola ad pœnam sensus. patet: quia existentes in inferno continuo peccant, dicunturque peccatores, & per illa peccata ad nullam pœnam obligantur.

CONCLUSIO III.

DICITVR tamen peccator à priuatione gratiæ propter peccatum commissum. Ratio est: quia peccator dicitur Dei inimicus: & non est inimicus, nisi quia est gratia, & dilectione Dei priuatus.

CONCLUSIO IIII.

DICITVR etiam peccator ab obligatione ad vtramq; pœnam: scilicet, & sensus. Probatur prima pars, nam pœna damni idem est quod priuatio gratiæ propter peccatum: quare dicitur peccator ab obligatione ad pœnam damni: quæ quidem pœna, cum non remittatur, nisi per infusionem gratiæ, neque priuatio gratiæ remittetur. Nam si cecitas tollitur per visum, etiam priuatio visus. Secunda pars probatur: pœna sensus dicitur peccatum, cum sit pœna peccati: ergo ab illa homo denominatur peccator, &c. Ita intelligendus est Scot. de pœna damni, & sensus.

Quinta diffc. Quando Deus condonat alicui peccatum, quid remittitur?

CONCLUSIO I.

DEVS tunc actum peccati commissi non destruit. Ratio est: quia ad præteritum non est potentia.

CONCLUSIO II.

DEVM remittere peccatum, de lege est remittere vtramque pœnam damni, scilicet, per restitutionem gratiæ, & sensus per remissionem obligationis ad æternam sensus pœnam.

Sexta diffc. An per solum actum dilectionis Dei super omnia, absque actuali displicentia, aliquando peccata remittantur?

DD. ubi sup.

DVÆ sunt opiniones. Prima S. Thom. q. 86, art. 2. & 87, art. 1. quam tenaciter defendit in 4. d. 15. q. 2. scilicet, dilectionem Dei super omnia esse sufficientem ad iustificandum aliquem dummo

dummodo, prius diligenti inquisitione peccatorum facta, nullius peccati recordetur. Tunc enim, si peccator eliciat actum dilectionis Dei super omnia, eius virtute peccatorum quorum non recordatur, remissionem consequitur.

Secunda opinio est Sco. d. 14. q. 1. ar. vlt. scilicet, peccata remitti per dilectionem Dei super omnia, aut per martyrium: nec differt ab opinione S. Tho. nam dicit, Vbi fortè nō esset cogitatio de aliquo mortali commisso: vbi indicat non remitti peccatum, cuius homo recordatur. Idem docet d. 15. q. 1. art. 3. multi Sco. adhaeserunt, quos citat Soto vbi supra B. Tho. hanc opinionem elegantissimè tractat Vega lib. 6. super Conc. Trid. cap. 34. & 35. & nota conuenire has duas opiniones: quia amba dicunt peccatum mortale, cuius aliquis non recordatur, posse remitti virtute dilectionis Dei, &c. sine actuali pœnitentia. Differunt autem quia de sententia B. Thom. oportet prius fieri diligentem peccatorum inquisitionem: de sententia verò Scot. non videtur necessaria huiusmodi inquisitio.

*Alex. Alen.
q. 57. m. 8. D.
Bon. art. pen.
quest. 2.*

CONCLUSIO I.

QVANDO aliquis recordatur peccatorum, quorum non habuit pœnitentiam, non potest per solam dilectionem Dei super omnia illorum veniam consequi, quin actualem habeat pœnitentiam. Ratio est: quia qui ignorat aliquod peccatum, excusatur ab eius actuali displicentia propter ignorantiam: ergo qui recordatur: non excusabitur, quin pœniteat. Qui enim habet dilectionem Dei super omnia, & alicuius peccati recordatur, impossibile est, quin illius pœniteat.

CONCLUSIO II.

QVANDO aliquis nō recordatur alicuius peccati non dimittitur illius remissionem consequetur sine actuali pœnitentia: si tunc perfectam dilectionem Dei habuerit. Pater: nam apud Lucam dictum est peccatrici, remittuntur, &c. & potest quis habere actum perfectum dilectionis & absq; actuali pœnitentia. Quare poterit tunc diligi à Deo & per consequens peccatorum remissionem consequi: hæc conclusio est D. Tho. & intelligitur, dummodo sit facta prius diligens peccatorum inquisitio.

Luca 7.

CONCLUSIO III.

TEMPORÈ, quo aliquis tenetur ex præcepto contritionem

amab

F. t. q. f. 4.

O

habe

habere peccatâque confiteri, ut virtute dilectionis, &c. iustificetur necessario est diligens, & sufficiens peccatorum inquisitio præmittenda. patet quoniam ratione confessionis, ad quam tunc tenetur, debet, prævia recogitatione peccatorum, suam examinare conscientiam, alioquin mortaliter peccabit, & in hoc sensu est S. Tho. opinio intelligenda.

CONCLUSIO IIII.

TEMPORIBUS, quo non tenetur ad confessionem sub præcepto, non est necessaria peccatorum inquisitio, & recogitatio, ut virtute dilectionis Dei super omnia peccata remittantur. Ratio est, quia recogitatio, & inquisitio peccatorum solum obligat, quando sunt differenda ad iudicium: ut fiat illorum integra confessio, etiam si teneatur contritionem habere. Quoniam tunc sufficit generalis contritio.

DVBIUM II.

Ille, cui remissa sunt peccata per dilectionem, &c. si illorum deinceps recordetur, tenebitur ne penitere?

CONCLUSIO V.

TENEBITUR, planè & confirmatur, à simili de Baptismo, & confessione: nam iustificatus ante Baptismum, vel confessionem, tenebitur baptizari, vel confiteri: ut præceptum Baptismi adimpleat. Ergo à simili iustificatus, &c. Vide Vegam ubi supra cap. 75.

Septima diffie. An per martyrium, sine actuali peccatorum penitentia, martyr illorum remissionem consequatur?

VIDE DD, ubi supra, & præsertim Vegam super Conc. Trid. lib. 6. cap. 36. & 37.

CONCLUSIO I.

QUI habet alicuius peccati complacētiam, etiam si martyrium periturus, nullam consequetur gratiam. Ratio est: quia non diligit Deum super omnia. Plus enim diligit se, quam Deum.

APPEN.

Hinc sequitur, concubinarium, vsurarium, meretrices, & alios id genus homines, quum sint in malo statu, si habeant suorum peccatorum complacētiam, quanuis in contumeliam Christi occidantur,

dantur, non consequi gratiam, neque veniam, antequam eos suorum scelerum pœniteat. Similiter & hæreticum, qui habet complacentiam, &c. Et confirmatur ex D. Paul. Si tradidero corpus meum: ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

1. Corinth. 13.

CONCLUSIO II.

Quo tempore martyrij illius peccati non recordatur, sine actuali pœnitentiâ primam gratiam consequitur. Confirmatur ex Cā. adhuc. de pœnitentiâ. d. 3. & in cap. cum Martha. de celebratione Missarum. Et quia est actus dilectionis Dei, &c. Ioan. 15. & per dilectionem ut modo diximus, remittuntur peccata.

Ioan. 15.

CONCLUSIO III.

Si tempore martyrij aliquis est alicuius peccati conscius, cuius non pœniteat actu non præ negligentia, sed propter amorem martyrij, & quia existimat pœnitentiâ tunc non esse necessariam, is per solum martyrium saluabitur. Ratio est: quia duo sunt remedia instituta à Christo ad remissionem peccatorum, scilicet, pœnitentiâ, & martyrium. Ut constat Lucæ 12. & Marc. 8. Qui me confessus fuerit corâ hominibus, &c. Ergo, qui eligit martyrium, & propter eius amorem existimat pœnitentiâ non esse necessariam, saluabitur. Contraria opinio est communis, & securior, quam sequuntur Sco. ubi supra, & Soto d. 15. q. 1. ar. 2. ubi dicit: si martyr habet tempus detestandi peccatum, tenetur ad hoc, nisi vel afflictione mortis vel amore martyrij impediatur.

Magistri Vergerii est c. 36. citato.

Luca 12.

Marc. 8.

DVBIVM III.

An qui dormiens, & in mortali existens, in contumeliâ Christi occiditur, per martyrium iustificetur?

CONCLUSIO.

Si ille vigilans habuit animum patiendi martyrium, eo que animo ad dormiendum se contulit, iustificabitur, sin minus, non. Ratio vtriusque partis conclusionis ponitur in Capitulo Maiores. extra de Baptismo. quia cum peccatum mortale actu propria voluntatis committatur absque propria voluntatis actu non deletur.

100

O 2

OSTANA

Vega lib. 6. su
per Cōc. Tri.
c. 32. & Adu.
quodlibet 8.

Octava diffi. An sola oratio sit satis aliquando ad peccatorum remissionem sine actuali illorum displicentia?

CONCLUSIO I.

Luc. 13.

QVI paulo ante mortem habet locum detestandi peccata, si illa non detestetur, virtute orationis gratiam minimè consequetur. Ratio est: quia habet præceptum penitendi, Luca 23. à quo non excusatur, si penitendi locus suppetat: & hoc modo intelligendæ sunt omnes authoritates, quæ per solam orationem peccata dimitti negant.

CONCLUSIO II.

Ezechi. 28.
Psal. 31.

QUANDO aliquis recordatur peccatorum, & illorum penitet, sine oratione veniam consequitur. Pater Ezechie. 28. In quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Et Psal. Dixi confitebor aduersum me, &c.

CONCLUSIO III.

Adu. est. &
Vega.

Marci. 7.

QUANDO mors instat, & præ nimia mortis angustia non recordatur aliquis peccatorum, neque penitentiæ, si ex toto corde misericordiam petat, sine actuali penitentiâ per solam orationem iustificabitur. Et probatur, Matth. 7. Petite, & dabitur vobis, &c. ubi B. Chrysostomus, ait: omnis qui petit accipit, siue iustificatus sit, siue peccator: quod intelligitur quando ita orans habet actiualem dolorem, & nō recordatur: quoniam si recordaretur, peniteret quidem, excusatur tamen propter mortis angustiam. Et Matr. 8. habetur: Serue nequam, nonne omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me? ex his locis ita probo conclusionem: Deus pollicetur se daturū penitentiā, quidquid peritum fuerit ad salutem expediens, sed nihil magis expediens, quam peccatorū remissio, ergo &, &c.

Matth. 8.

Nona diffi. An peccata per ignorantiam commissa remittantur per dilectionem Dei super omnia, aut virtute generalis penitentiæ?

Cap. 33.

VT si quis communis vltiam per ignorantiam culpabilem, existimans non esse peccatum. Lege Vegam super Concil. Tri. lib. 6. qui tenet affirmantem partem, & Medinam de penitentiâ q. 2. de confessione dimidiata iteranda, notabili; Similiter dubitari solet.

CON

CONCLUSIO I.

QUANDO peccator virtute pœnitentiæ solùm detestatur peccata, quæ sciens commisit, non autem actu simul quæ per ignorantiam, in hoc euentu non iustificatur virtute pœnitentiæ generalis, neque etiam habet aliquam virtutalẽ pœnitentiã. Ratio est: quia per generalem peccatorum dolorem non detestatur peccator peccata per ignorantiam commissa: quoniam si illorum recordaretur, non pœniteret, neque de illis doleret: peccatum autem nunquam remittitur nisi per motum liberi arbitrij, peccato contrarium, id est, peccati detestationem.

CONCLUSIO II.

QUANDO peccator tempore pœnitentiæ non solùm scienter commissa detestatur, verum etiam subdit, & pœnitet me, si quid per ignorantiam commisi, tunc peccati ignorati veniam consequitur: dummodò non habeat propositum committendi iterum peccatum ignoratum. Ratio est: quia tunc habet actualem displicentiã peccatorum per ignorantiam commissorum: quemadmodum pœnituit Dauid, quando dixit: Ab occultis meis munda me Domine, &c.

Decima diff. An possit Deus remittere vnum peccatum sine alio?

CONCLUSIO I.

DE lege non potest Deus vnum peccatum sine alio remittere. Ratio est: quia Dei perfecta sunt opera, & quem sanat, perfectè sanat. Tum etiam quia de lege nunquam remittitur peccatum sine infusione gratiæ, quæ non potest coexistere peccato.

CONCLUSIO II.

DE potentia Dei absoluta, Deus potest remittere quoad culpam vnum peccatum sine alio. Probat: quia potest Deus de potentia absoluta remittere peccatum absque infusione gratiæ: atque ita vnum peccatum sine alio.

DUBIVM III.

QUID tunc remittit. Respondeo pœnam sensus, illi peccato respondentem, & pœnam damni: quia exul erit à patria non propter illud peccatum, sed propter alia. Et nota, quòd tunc non reconciliatur Deo, quia non confertur illi gratia, vt infra patebit.

Fr. q. f. 4.

O 3

Contraria

Cap. maiores
ext. de Bapt.

Psal. 18.

DD. ubi sup.

Communis
est Deut. 32.Ex Soto col-
ligitur.

Contraria opinio est Scot. dist. 15. q. 2. art. 3. & aliorum quos ipse sequitur.

DD. ubi sup.
Castro, Verbo
poen. har.
2. Vega li. 13.
à cap. 35. vs-
que ad finem
libri.

Undecima diffie. An dimisso peccato quoad pœnam æternam, remaneat pœna temporalis luenda?

NOTA primum cum S. Tho. art. 40. dicente duplicem pœnam respondere peccato, æternam, scilicet, propter auersionem à Deo, & temporalem propter conuersionem ad creaturam. Nota, pœnam æternam in temporalem commutari.

CONCLUSIO I.

Pœna æterna virtute pœnitentiæ remittitur. Ratio est: quia virtute pœnitentiæ recipit homo gratiam, quæ est acceptio ad gloriam.

CONCLUSIO II.

In remissione peccatorum pœna æterna virtute pœnitentiæ in temporalem commutatur. Definita est in Conc. Trid. Sess. 6. Can. 14. & Sess. 14. Can. 8. & 12.

CONCLUSIO III.

Tanta potest esse contritio, vt virtute illius omnis pœna tam æterna quam temporalis remittatur. Patet exemplo Beatae Magdalena, & latronis: & confirmatur ex Can. 8. & Can. 12. proximè citatis: vbi anathematizantur dicentes, per pœnitentiã semper omnem pœnam deleri: vnde colligitur, aliquando ergo deletur tota pœna.

Alex. Alen.
q. 65. S. Tho.
q. 87. D. Bon.
d. 16. q. vlt.
& d. 21. Ric.
dist. 10. Vega.
lib. 14. supra
Concil. Trid.
cap. 2. & Ca-
stro, Verbo
peccatũ ha-
res. 10. & 12.
Alex. Alen.
m. 2. p. q. 122.
Scot. d. 21.

Art. IIII. An peccata venialia etiam virtute pœnitentiæ remittantur?

ABSOLVETVR articulus aliquot difficultatibus politis.

Prima diffie. An peccata venialia sint dictum, vel factum, &c.

HÆC difficultas primò est explicanda, vt totus articulus facilius intelligatur. Duæ autem sunt opiniones. Prima B. Tho. 1. 2. q. 88. art. 1. ad primum, & q. 89. dicentis, non esse contra legem, sed præter legem. Contraria opinio est Durandi in 2. dist. 41. q. 6. ad primum, asserentis, esse contra aliquam legem.

CON

CONCLUSIO I.

OMNE peccatum veniale est alicuius legis transgressio. Patet quia omne veniale est contra rectam rationem, & agere cōtra rectam rationem, est agere contra legem naturalem, præcipientem non esse à regulæ rectæ rationis deviandum.

DVBIUM I.

Veniale ex imperfectione actus est ne contra præceptum Diuinum?

CONCLUSIO II.

EST quidem: non tamen contra illius finem, scilicet, charitatē. Ratio est: quia peccatum veniale est contra actum alicuius virtutis moralis, vel Theologicæ, de quibus singulis data sunt præcepta. Non est tamen contra finem præcepti, quia non destruit charitatem: & in hoc sensu vera est Durandi opinio.

Hinc colligitur, veniale peccatum non esse contra finem legis, sed præter finem. Quia veniale non destruit dilectionem Dei, quæ est totius legis finis. Ad Rom. 13. solū enim impedit charitas augmentum, cū sit actus, qui non refertur in Deum, atque ita dicitur esse præter finem legis: & in hoc sensu vera est S. Tho. opinio, dicentis, veniale peccatum non esse contra legem simpliciter. Nam esset simpliciter contra legem, si esset actus legi, & fini legis, scilicet, charitati contrarius, & impossibilis cum illa.

Hinc peccati venialis definitio ita colligitur, vt dicatur esse actus contra aliquam legem: composibilis tamen cum fine legis, scilicet, charitate.

Contra hanc veritatem de peccato veniali fuerunt multæ hæreses: præsertim vna cuiusdam Caluini, qui negauit esse peccatum veniale: in quas doctissimè Castro, & Vega vbi supra inuehuntur.

Secunda diffi. An pœnitentia sit necessaria ad remissionem venialium?

QUATVOR sunt opiniones. Prima dicit, remissionem venialium nihil aliud esse, quàm remissionem pœnæ temporalis propter venialia infligendæ.

Secunda opinio dicit, peccatum veniale nõ remitti per solutionem pœnæ tantum, sed requiri etiam culpæ remissionem, quæ per

Alex. Alò. q. 1.
99. m. 1. ar. 3.
D. Bona. d.
17. q. 1. ar. vl.
C. d. 1. ar. d.

quemcunque actum meritorium remittitur, quanuis homo non operetur hac intentione: vt culpa sibi remittatur, & quanuis actu ille non sit actualis, siue virtualis pœnitentia hæc duæ referuntur à Sco. in 4. dist. 21. quæst. 1.

Tertia opinio est Dur. d. 16. q. 2. opinantis, non remitti veniale nisi per contritionem, vel aliquam actualem displicentiam, asserit- que non sufficere actum dilectionis Dei super omnia, vt venialia remittantur.

Quarta est S. Tho. q. 82. artic. 1. qui defendit sufficere virtua- lem pœnitentiam ad venialium remissionem.

CONCLUSIO I.

*c. maiores.
ext. de bapt.* PECCATUM veniale non remittitur per solam pœnæ, quæ il- lis responderet, remissionem: quia post peccatum veniale non so- lum manet obligatio ad pœnam, verum etiam macula, & culpa, per solam pœnæ solutionem non tollitur: culpa enim non remittitur, nisi per suum contrarium, scilicet, per displicentiam, quæ est con- traria complacentiæ in peccatis.

CONCLUSIO II.

AD remissionem venialium necessaria est actualis, aut virtualis pœnitentia. Ratio est: quia veniale peccatum est auersio secundum quid à Deo: auersio autem cum sit privatio conuersionis, solum tollitur per conuersionem: nullus autem conuertitur in Deum, nisi per actualem pœnitentiam, vel habitua- lem, qualis est dilectio Dei super omnia.

CONCLUSIO III.

NON omnia venialia remittuntur per quemcunque actum di- lectionis Dei, nisi sit actus perfectissimus, bene tamen aliqua, exē- pli causa, per istum actum propono obedire Prælato in omnibus propter Deum inobedientia venialis commissi, non autem men- dacium iocosum remittitur. patet: quia ex isto actu dilectionis se- quitur displicentia inobedientiæ, si tunc homo recordatur, non autem displicentia mendacij iocosi: tum etiam quia talis actus di- lectionis est composibilis, cum proposito mentiendi, & ita non erit mendacij virtualis pœnitentia.

Tertia diffi. An requiratur propositum cauendi deinceps venialia?

S. Th. ubi supra ar. 1.

CONCLUSIO.

TENETUR habere propositum vitandi singula venialia, id est, in particulari, scilicet, hoc veniale, verbum otiosum, & hoc, scilicet, immoderatum risum, non tamen omnia venialia collectiue, quemadmodum tenetur habere propositum cauendi omnia mortalia collectiue. Ratio est: quia homo in gratia constitutus, habet facultatem vitandi omnia mortalia, non tamen venialia omnia: vt sunt illa, quæ ex imperfectione actus oriuntur.

Quarta diffi. An propositum cauendi venialia, quorum pœnitet, debeat esse formale, vel virtuale?

CONCLUSIO.

QVORVM virtualiter pœnitet, tenetur habere virtuale propositum cauendi illa, alioqui enim non sufficienter pœniteret. Ratio est: quia nullus dignè pœnitet, si habeat reincidendi propositum.

Quarta diffi. An qui habet propositum committendi veniale ex contemptu, mortaliter peccet?

Caic. in summa verb. Contemptus.

RESPONDEO vno verbo, aut est contemptus simpliciter: quando aliquis nullo fine peccat, nisi vt superioris præceptum transgrediatur, aut est secundum quid.

CONCLUSIO I.

SI quis habeat propositum committendi omnia venialia ex contemptu nocenti, quod ex veniali sequitur, is solùm peccabit venialiter, quâuis constituat se in periculo peccandi mortaliter, incerto tamen: Ratio est: quia talis contemptus est secundum quid, ratione parui nocenti.

CONCLUSIO II.

SI autem habeat propositum committendi omnia peccata venialia, vel vnum tantum ex contemptu simpliciter, mortaliter peccabit, & grauissimè. Ratio est quia vult peccare, vt non obediat suo Prælato, quod quidem nascitur ex odio legislatoris. verum de his in hofculis 2. lib.

Quinta diffi. An virtute attritionis venialia remittantur, attritio in gratia existente?

CONCLUSIO.

VT per talem attritionis actum venialia remittantur, debet esse specialis attritio venialium, Ratio est: quia cum attritione generali mortalium est compossibilis complacentia venialium: unde talis attritio non est virtualis pœnitentia venialium: non enim sequitur, pœnitet me peccasse mortaliter propter pœnas inferni, ergo nollem dixisse verbum ociosum, quamobrem attritio remittens venialia debet esse specialiter illorum: estque actus dilectionis, quia à gratia, & charitate imperatur: vt si quis in gratia existens diceret, nollem venialiter peccasse: quia mihi gloria dilatabitur, & diutius in purgatorio immorabor. Soto tenet sufficere generalem attritionem, d. 15. q. 2. ar. 1.

S. Th. vbi su. Sexta diffi. An quoties prima gratia per contritionem, vel sacramentum infunditur, venialia remittantur?

CONCLUSIO I.

SI tunc alicuius peccati complacentiam habet tale veniale non remittetur: quia ad remissionem venialium requiritur pœnitentia, siue displicentia, quam ipse non habet.

CONCLUSIO II.

SI nullius peccati venialis, complacentiam habet, omnia venialia remittuntur, quemadmodum & mortalia. Patet: nam si remittuntur mortalia, quod maius est, & venialia quoque cōdonabūtur.

Septima diffi. An per receptionem cuiuscunque sacramenti omnia venialia remittantur?

CONCLUSIO.

REMITTUNTUR, si nullius complacentia habeatur, & suscepturus sacramentum dignè accedat. Ratio est: quia talis susceptio est actus meritorius, & per consequens dilectionis Dei, &c. quid: quidd, si per sacramentale, vt infra dicetur, remittuntur, & per sacramenta remittentur?

Octava diffie. An etiam per quemcunque actum meritorium?

CONCLUSIO.

ETIAM remittuntur. Ratio est: quia quicumque actus meritorius est actus dilectionis super omnia, nam est virtualis pœnitentiæ venialium. Limitanda est conclusio iuxta 3. concl. 2. diffie. huius artic.

Nona diffie. An etiam virtute martyrii, quod aliquis inter dormiendum patitur, illi venialia remittuntur?

CONCLUSIO.

QUANDO aliquis se confert dormitum absque venialium complacentia, etiam si nihil de martyrio cogitet, si in odium Christi occidatur, remittentur illi venialia.

Decima diffie. An in purgatorio remittuntur venialia?

CONCLUSIO.

REMITTUNTUR quidem, communis est DD. sententia dist. 21. & probatur Matth. 20. dixit Christus, Peccatum in Spiritum sanctum, neque in hoc seculo, neque in futuro remittetur. Hinc à contrario sensu colligo, ergo aliqua peccata remittuntur in alio seculo, scilicet, in Purgatorio: nam in inferno nulla est redemptio.

DUBIUM II.

Quo igitur modo remittuntur in Purgatorio? Varij sunt modi dicendi, Scorus dicit in instanti mortis, id est, in primo non esse hominis: quia iam est extra viam remitti venialia, in quibus perseveraverit vsque ad mortem, propter merita, quæ homo habuit in via: quia merita, quæ sunt causa remissionis venialium, perseverantia in venialibus non impediuntur. 2. Duran dicit, remitti quoad culpam in Purgatorio propter displicentiam, quam habent illic animæ venialium, cum sint in charitate: quia culpa tollitur per suum contrarium. 3. Soto dist. 15. q. 2. art. 2. asserit remitti quoad culpam in Purgatorio propter actum charitatis, & continuam patientiam, quam dum cruciantur, habent. Et ratio est: quia iste actus

*Alex. Aien.
2. p. q. 124. n. 9.
9. & 10. D.
Bona. d. 21.
toto artic. 1.
Matth. 20.*

est virtualis pœnitentia: remittuntur tandem in purgatorio per orationes Ecclesiæ, vt constat.

Vndecima diffie. An Venialia peccata per sacramentalia remittantur?

SACRAMENTALIA, sunt operationes ab Ecclesia institutæ ad dignam sacramentorum receptionem.

CONCLUSIO I.

ORATIO Dominica virtute illorum verborum, Dimitte nobis, &c. remittit venialia. Ratio est: quia his verbis habetur virtualis pœnitentia, & constat Can. de quotidianis. de pœnitentia. d. 3.

CONCLUSIO II.

AQUA benedicta perfusa remittuntur venialia. Constat Can. aquam. de consec. d. 3. vbi expressè habetur.

CONCLUSIO III.

RECEPTIONE Eucharistiæ, vel alterius sacramenti etiam remittuntur venialia. supra hoc arti. patet.

CONCLUSIO IIII.

CONFESSIO generalis remittit venialia: quia est actualis pœnitentia venialium.

CONCLUSIO V.

PER Eleemosynam venialia peccata remittuntur. Et constat Can. medicina de consec. d. 1. & quia est actus dilectionis Dei.

CONCLUSIO VI.

BENEDICTIO Episcopalis remittit quoque venialia, hæc ex consuetudine Ecclesiæ habetur. Hæc conclusiones sunt ex communi Doctorum sententia, & continentur hoc carmine Orans, Tinctus, Edens, & Confessus, Dans, Benedicens.

S. Th. est vbi supra art. 3.

Duodecima diffie. An remittantur etiam simul quoad pœnam?

PRÆDICTIS actibus culpæ remittuntur, nō tamen omnis pœna. Ratio est: quia sequeretur habentē sola venialia si tempore mortis aqua benedicta aspergeretur, statim ad cœlum euolare, quod est difficile creditu, scilicet, tantam Purgatorij pœnam remitti per solam aqua benedicta aspersionem: remittitur tamen pœna iuxta quantitatem feruoris, & charitatis in Deum, quæ per hos actus excitatur.

Decimatertia diffic. An prædictis operantibus peccata venialia ex opere operato, vel operantis remittantur?

DE aqua benedicta, & Episcopali benedictione est opinio S. Thom. vbi supra ad 1. & Ricar. d. 16. q. 1. artic. 4. remitti veniale ex opere operantis. Contraria opinio est Sco. d. 15. q. 2. arti. 7. quod remittantur ex opere operato.

CONCLUSIO I.

AQUA benedicta, & Episcopalis benedictio ex institutione Ecclesiæ remittit venialia ex opere operato. Ratio est: quia, si ex opere operantis solum ita remitteret aqua non benedicta errore suscepta, atque benedicta: & ita prodesset benedictio simplicis Sacerdotis errore suscepta, ac Episcopalis benedictio. Vtrobique enim operatur intentio operantis, quod quidem est falsum.

CONCLUSIO II.

VT virtute horum sacramentalium venialia remittantur, desideratur actualis attentio saltem in principio actus. Patet: quia sicut ad mortaliū remissionem per sacramentum, requiritur aliquis actus, vt contritio, vel attritio: ita etiam, vt venialia per hæc sacramentalia, remittantur. Sunt enim venialia peccata commissa per propriam voluntatem, quemadmodum, & mortalia.

Decimaquarta diffi. An venialia absque mortalibus remitti possint?

*Alex. Alen.
q. 69. m. 9. ar.
5. D. Bonn. d.
55. q. 11.*

SENSUS est: an existens in mortali, possit pœnitere venialibus, & illorum remissionem consequi, non dimissis mortalibus.

Dux sunt opiniones. Vna Duran. d. 16. q. 3. qui dicit existentē in mortali, siue in viâ, siue extra viam, posse pro venialibus satisfacere. Contraria opinio est communis S. Tho. vbi supra art. vlt. & Ric. d. 26. art. vlt. Prima opinio falsò tribuitur Sco. d. 22. q. 1. quod dixerit in inferno posse venialia remitti. Sco. enim opinio agit in Alexandrum, Diuum Thomam, & Ricardum: postea verò in versiculo, Sicut iste modus non placet, &c. affirmat remissionem venialium fieri per remissionem culpæ, & pœnæ, per aliquē actum contrarium magis Deo gratum, quàm fuerit culpa commissa, vel per actum meritorium gratiæ, & cum in inferno nullus sit locus actibus

actibus meritorijs, sequitur profectò Scotum non primam, sed secundam opinionem amplexum fuisse.

CONCLUSIO I.

VNUM veniale potest sine alio remitti. Quia cum maneat in amicitia Dei qui solum habet venialia, poterit pro vno veniali, & non pro alio satisfacere, vt pro mendacio iocoso, & non pro officioso: poteritque Deus remittere vnum, non remittendo aliud.

CONCLUSIO II.

MORTALE peccatum potest de lege sine venialium remissione ne dimitti. Ratio est: quia veniale est composibile cum gratia, eius infusione, sine qua non fit de lege mortalis peccati remissio.

CONCLUSIO III.

QUANDO mortale, & veniale simul insunt, impossibile est de lege venialia remitti absque remissione mortalium. Ratio est: quia illorum remissio est actus amicitiae, & qui est in mortali est Dei inimicus, & non potest talem actum habere: tum etiã neq; per sacramentalia, quæ operantur virtute passionis Christi, cuius effectus existentibus in mortali: quia sunt indispositi, non applicatur.

CONCLUSIO IIII.

IMPOSSIBILE est quoad culpam, vel pœnam existenti in inferno veniale remitti. Patet quia ibi existens non potest habere actum dilectionis Dei neque recipere sacramentalia, quibus venialia remittuntur: quare si culpa est in perpetuum duratura, & pœna. Lege Vegam omnino à cap. 11. vsque ad finem ferè lib. citati.

Art. V. An possit Deus de potentia absoluta remittere peccata sine gratia infusione?

*Scot. libera-
tur.*

Alc. Alen. q.

48. m. 1. art. 2.

D. Bon. d. 17.

q. 1. ar. 1.

DVÆ sunt opiniones S. Th. 12. q. 113. qui affirmat, hoc esse impossibile. Contraria opinio est Sco. m. 1. d. 17. & 2. d. 18. & in 4. d. 1. q. 6. & d. 14. q. 1. & d. 26. q. 2. asserētis, neque ex parte Dei, neque ex parte subiecti implicare contradictionem posse peccata absque infusione gratiæ remitti.

CONCLUSIO.

NON implicat contradictionem Deum remittere alicui peccatum absque infusione gratiæ. Probatur Cōclusio varijs rationibus, Prima potest Deus creare hominem in puris naturalibus, quare poterit

Scot. est.

poterit illum ad eundem statû reducere, & absque gratia reparare. Dices: Gratia, & peccatum opponuntur priuatiuè ex natura rei post peccatum, quemadmodum cæcitas & visus in catulo post nonum diè, licet quando est in puris naturalibus non opponantur priuatiuè, atq; ita ratio Scoti non habet vim: contra illa priuatiuè opponuntur, quorum alterum necessariò inest subiecto post tēpus à natura determinatum, id est, quando subiectû habet aptitudinem ad talem formâ: vt est catulus post nonum diem: homo autè quando est in puris naturalibus, est magis aptus ad gratiâ, quàm post peccatû, & tamen tunc gratia, & peccatû per te non opponuntur priuatiuè ex natura rei: ergo neque post peccatum. Deinde similitudo catuli nō viget: quia antè nonû diem cæcitas & visus respectu illius nō opponuntur priuatiuè, propterea quòd catulus nō est aptus ad formâ: homo verò in puris naturalibus est aptus ad gratiâ magis quàm post peccatum: quare minus post peccatum opponuntur priuatiuè, quàm antea. Secunda, Deus per suam omnipotentiam absolutâ potest absque aliqua culpa beatos beatitudine, & iustos gratia expoliare, eosq; ad pura naturalia perducere, quod DD. contrariè factiõis concedunt: quare multò magis homini priuato gratiâ propter peccatum, poterit peccatum remittere, illum in puris naturalibus conseruando. Tertia potest homo iniuriam remittere inimico, non reconciliandò illum in pristinam amicitia: cur non poterit & Deus? cùm inter amicum, & inimicum detur mediũ, nempe, non amicum. Quarta constat ex his, quæ in peccato remittuntur, quæ possunt remitti absque infusione gratiæ, nempe, offensa, quæ remittitur per satisfactiõem, super pœnitentiã, vel remissionè huius pœnitentiæ: vt fit inter homines, in quibus tandiu manet offensa, quãdiu nō fit satisfactio, aut nō remittitur iniuria. 2. reatus per remissionè pœnæ aternæ. 3. de ordinatio per reãtitudinem naturalè, quæ nihil aliud est, quàm facilitas, & pròpfitudo ad bonû, quæ fuerat per peccatû deperdita. 4. macula non imputando priuationè gratiæ ad peccata præterita. Quia potest Deus remittere maculam instituendo, vt ille, qui est in peccato maneat extra gloriam, non in pœniã peccati, sed ad declarandã, & manifestandã suam potentiam ver. g. vt si aliquis exulet à regno propter delictum commissum, potest Rex auferre ei delictum, & quòd maneat extra regnum: non tamen propter delictum, sed propter alias

alias causas, atque hoc est remitti maculam, non imputando priuationem gratiæ ad præterita peccata.

Iam nota aliqua ad soluenda argumenta contrariæ opinionis. Primum animaduerte, gratiam, & peccatum non esse priuatiuè opposita ex natura rei. Ratio est: quia potest Deus ex sententia omnium Theologorum creare hominem in pluribus naturalibus absque gratia, & peccato: vt fuit homo in statu innocentia ex sententia Sco. Secundum, neque ex lege priuatiuè opponitur. Ratio est: quia peccatum non solum significat priuationem gratiæ sed quòd fit talis priuatio in pœnam culpæ, quæ quidem culpa est inimicitia, & aliquid contrarium, & non sola priuatio. Tertium, posse remitti pœnam damni sine acceptatione ad gloriam, per solam non imputationem priuationis gloriæ propter peccatum. Potest enim Deus instituere, vt aliquis sit priuatus gloriæ, & non propter peccatum, quemadmodum potest nunc expoliare beatos absque vilo peccato beatitudine, quam possident, & talis expoliatio non esset illis pœna. Quartum, conuersionem, & auersionem non opponi priuatiuè, neque ex lege, neque ex natura rei, sed vel contrariè, & tunc auersio idem est, quod inimicitia, & conuersio idem, quod amicitia, vel contradictoriè, & tunc auersio est non amicitia, & conuersio amicitia. Dices: Auersio videtur conuersionis priuatio. Respondeo, non est priuatio: vt cæcitas respectu visus. Significat enim quoque aliquid positium, scilicet, inimicitiam, & quæ est pura priuatio, solam negationem significat in subiecto aptè nato. Dices, quid plus significat inimicitia, quàm gratiæ priuatio significat? Respondeo, importat quidem gratiæ priuationem non absolutè, sed in pœnam culpæ: & ita contrarium, & non tantum priuatio, vnde conuersio & auersio sunt sicut amicus, & inimicus, vel non amicus.

Prima diffic. An ad remissionem venialium requiratur etiam gratia infusio?

*Calet. 12.
9.103.*

DVÆ sunt opiniones extremae. Prima Palud. d. 16. q. 1. art. 2. scilicet, veniale plerumque remitti absque gratiæ augmento. Contraria opinio est S. Tho. d. 87. art. 1.

CONCLUSIO I.

AD remissionem venialium non requiritur, primæ gratiæ infusio.

fusio. Patet: quia veniale non contrariatur gratiæ, cum sit illi compossibile: unde ad sui remissionem non requirit ex natura rei gratiæ infusionem.

CONCLUSIO II.

QVOTIES in via veniale remittitur, gratia præexistens augetur. Patet: quia venialis remissio fit per actum elicitedum ab existenti in gratia, qui est Deo magis acceptus, quam fuerat peccatum odiosum.

CONCLUSIO III.

GRATIÆ augmentum non est necessarium ad remissionem venialis. Ratio est: quia in purgatorio venialia remittuntur, ubi gratia non augetur: quia ibi non est locus actui meritorio, per quem gratia augetur.

Secunda diffi. An actus pœnitentiæ sit prior infusione gratiæ? intelligitur titulus de prioritate nature.

*Alex. Alen.
q. 58. & 73.
m. 1. S. Th. q.
85. art. 6. &
12. q. 103. art.
6. & 8. D.
Bona. d. 17. q.
1. art. 1. Ric.
& Sco. d. 14.
q. 2. art. 2.*

DVÆ sunt opiniones, quæ etiam si videantur contrariæ, non sunt tamen. Prima est S. Tho. tenētis, dispositiones imperfectas præcedere tempore gratiam: perfectam verò dispositionem esse simul tempore cum gratia, posteriorem tamen natura. Hæc fuit etiam Alex. & Reliquorum quos citauimus. Altera opinio est Scot. quæ est eadem ferè cum communi opinione, qui statuit tria instantia nature, supposito tamen, quòd prius per aliquam temporis moram à Deo præfixam, homo continuauit dolorem peccatorum, in vltimo autem instanti illius tēporis est actus pœnitentiæ, & simul tempore charitas. Sed in isto instanti tēporis sunt, inquit, tria instantia nature: in primo enim instanti est actus pœnitentiæ, in secundo infunditur charitas, in tertio actus pœnitentiæ efficitur contritio, cuius virtute remittuntur peccata: dolor enim sine charitate non est contritio, sed attritio duntaxat.

CONCLUSIO I.

IN genere causæ formalis prius natura est gratiæ infusio, quam sit perfectus actus pœnitentiæ, qui contritio nominatur. Ratio est: quia causa formalis est prior suo effectu: prior enim est albedo, quam sit subiectum album, quia dat illi tale esse; & gratia causa formalis est contritionis, & iustificationis nostræ: vt docet Conc. Trid. Sess. 6. cap. 6. & 7.

CONCLUSIO II.

QVATENVŠ contritio est causa dispositionis gratiæ, id est, in genere causæ materialis, posterior natura est actus contritionis gratiæ infusione. Ratio est: quia dispositio materiæ præsupponitur ad causam formalem, & contritio disponit subiectum, ut sit aptum ad receptionem gratiæ, quæ est formalis causa: atq; ita conciliantur opiniones.

Tertia diffiç. An gratia infusio sit remissio culpæ prior natura?

TRES sunt opiniones. Prima S. Th. 1. 2. q. 13. ar. 8. scilicet, utrumque effectum simul tempore esse, prius tamen natura Deum infundere gratiam, quàm remittat culpam. Secunda est Sco. d. 16. q. 2. & in 1. d. 17. q. 1. notab. Contra istam conclusionem, qui ait, infusionem gratiæ secundum intentionem Dei esse priorem remissionem culpæ: at verò ordine executionis, prius Deum remittere culpam, quàm infundat gratiam. Tertia est media Ric. dist. 17. ar. 4. q. 4. ubi ait, gratiam duplicem sortiri effectum, scilicet remissionem culpæ, reconciliationem cum Deo: prius tamen efficere primum, quàm secundum. & ita de sententia Ric. remissio culpæ prior est reconciliatione peccatoris.

CONCLUSIO I.

Soti est.

INFUSIO gratiæ, & culpæ remissio non sunt duæ mutationes reales, sed vnica tantum. Ratio est: quia mutationes reales multiplicantur ad multiplicationem realem terminorum: quando enim vterque terminus à quo, scilicet, & ad quem, est realis, duæ interueniunt mutationes reales: vnde cum culpa non sit ens reale, mutatio culpæ ad non culpam non erit mutatio realis, sed rationis tantum: erit autem realis mutatio, ex non gratia ad gratiam: vnde consequens fit, remissionem culpæ, & infusionem gratiæ esse vnã tantum mutationem realem, & vnã actionem Diuinã, quanuis sit duplex effectus. Tot enim sunt actiones, quot sunt mutationes, & cum sit vna tantum mutatio, erit vnica actio.

CONCLUSIO II.

Si gratiæ creatio, & culpæ remissio considerentur, quatenus gratiã in anima subiicitur, prior est expulsio culpæ ab anima, atque remissio, quàm sit gratiæ receptio. Prior enim est passio dispositio

dispositio formæ introductione, sine receptione in eodem passo: nam actus actiuorum sunt, &c. & cùm anima ad gratiam per remissionem culpæ disponatur, erit prior profectò remissio culpæ, quàm sit in anima gratiæ receptio. Et hoc modo intelligenda est Scoti opinio, scilicet, ex parte subiecti, & in genere causæ dispositiuæ, siue materialis, atque ita sententiæ D. Thom. minimè repugnat.

Art. VI. An pœnitentiâ à timore pœnarum inferni incipiat?

CONCLUSIO I.

Ad iustificationem impij, vel peccatoris semper speciale Dei Optimi Maximi auxilium desideratur. Definita est in multis Conciliis Arausicano 2. cap. 7. & Milenitano cap. 5. & Trid. Vide Castrum vbi supra.

CONCLUSIO II.

Ad iustificationem impij, quinque actuales dispositiones solent concurrere. Prima est motus fidei, de qua ad Hebr. Sine fide impossibile est placere Deo. Secunda, timor gehennæ, de qua Eccl. 1. Timor Domini expellit peccatû. Tertia, spes veniæ, de qua Matth. 9. Confide filii, remittuntur tibi peccata tua. Quarta, motus charitatis, vt Deû diligere incipiat, de qua Ioã. 14. Qui diligit me, diligitur à patre meo: vltima, dolor de peccatis, de quo Actorum 2. pœnitentiã agite, &c. hæc conclusio est expressè definita in Conc. Trid. Sess. 6. cap. 6.

Hanc conclusionem intellige, vt communiter accidit. Tanta enim charitate potest infidelis inflammari: vt non timore gehennæ, sed filiali solùm concutiatur. Patet exemplo B. Pauli, qui statim dixit: Domine, quid me vis facere?

CONCLUSIO III.

In iustificatione peccatoris frequenter hi motus positi nõ concurrunt, sed sola charitas cum pœnitentiã. Hoc enim experimento in nobis ipsis comprobamus, qui absque motu formali fidei, aut spei, aut timoris gehennæ, mouemur charitate in Deum, atque ita peccata detestamur, nequæ requiritur: vt motus charitatis, & pœnitentiæ sint duo motus, sed vnicus duntaxat, nempe, vt de peccatis propter Deum doleamus.

Alex. 9. 16.
D. Th. 9. 18.
1. D. Bona. d.
17. q. 1. art. 2.
reliqui. d. 14.
Vega à c. 23.
vsque ad
26. li. 6. super
Concil. Trid.
& lib. 13. cap.
13. Cast. Ver.
timor & ver
bo Contritio.
contra here
ses.

Ad Hebr. 11.
Ecclesia. 1.
Matth. 9.

Ioan. 14.
Act. 2.

Paul. act. 6.

APPEN. Hinc collige exordium pœnitentiæ speciali Dei auxilio semper fieri: in impio quidem à fide, in peccatore à charitate: quòd autem fiat à timore gehennæ, accidentale est.

Hæreses.

Ioan. 15.

*Scot. libera-
tur.*

*Soto d. 14. q.
2. art. 5.*

Hinc confutatur primum hæresis Pelagij asserētis, gratiam, vel speciale auxilium non esse necessarium ad meritorie operandum, sed tantum, vt facilius operemur, quod est hæreticum: Christus enim simpliciter dixit. Sine me nihil potestis facere: secundus error Lutheri dicentis, absolute timorem gehennæ esse malum.

Hinc defendendus est Sco. ab hæresi Pelagiana, quam illi frequentissime, sed falsò, imponunt. Nam dicunt negasse auxilia specialia: occasionem autem sumperunt aduersarij, quia in hac d. 14. q. 2. ita scribit: Peccator in peccato existens (& loquitur de pœnitentiæ virtute) potest ex naturalibus cum communi influenza considerare peccatum commissum, vt offensuum Dei & vt contra legem diuinam, &c. & subiungit, Et potest voluntas ipsius, &c. vbi duo contra illum notantur. Primum, quòd dixerit hominem ex puris naturalibus posse considerare peccatum, &c. quia in hoc visus est cum Pelagio negare auxilium speciale. Secundum est quia posuit dolore de peccato esse attritionem, cum sit, inquit, contritio.

Primum omnium. Scot. negasse speciale auxilium, falsissimum est: nam multis in locis apertissime fatetur, & docet, esse gratiam præuenientem (quam Theologi speciale auxilium ad pœnitendū nominant) necessarium: in primo enim Sent. d. 41. ita scribit: Quā tumcunque peccator dum est in via, potest non esse peccator: quia potest Deus illum sua gratia præuenire. Vbi affirmat gratiam præuenientem esse necessariam, vt homo à peccatis resurgat. præterea in 4. d. 22. art. 2. propè finem ait: Peccatoribus credentibus, &c. citius Deus dat suam gratiam, & resurgent. Vides gratiā præuenientem à Sco. positam: paulo inferius ita inquit: Istis citius inspirat Deus per pœnitentiam, quam inspirationem auxilium esse præueniens, dubitat nemo. Propterea quod lib. 17. art. 1. in fine clarissime confiteretur necessarium esse speciale auxilium ad pœnitendum, vbi ait: Plures actus dilectionis &c. vsque ex se attingere, quis igitur non intelliget. Scot. falsò fuisse accusatum. Nā locus, qui hic nigro calculo notatur, non fuit rectè ab aduersariis penetratus. Ad cuius veritatis intelligentiam animaduerte, aliud esse

intelli

intellectum considerare peccati malitiam, aliud verò voluntatem illud detestari. Nā primus actus potest fieri ex puris naturalibus: considerare namque peccatum, vt malum, non est proxima dispositio gratiæ: Gentiles siquidē Philosophi, & mali Christiani considerant peccati malitiam & tamen non conuertuntur: at verò secundus actus, id est detestatio peccati, non potest fieri sine speciali auxilio. Vnde falsus est Mag. Soto in prima correctione contra Scot. nam Scot. vt ex eius litera patet, de primo actu loquebatur. Deinde non rectè secundo Sco. corripit. Neque enim omnes qui detestantur peccata, quia sunt offensua Dei, contritionem habent. Et ratio est: quia sequeretur tunc aliquem suæ contritionis esse certum, & ex consequenti suæ gratiæ, quod est erroneum. Consequētia est manifesta. Nam si iste certò scit se detestari peccata propter Deum, certò plane scit se habere contritionem, & per consequens se esse in gratia, quod est hæreticum. Vnde colligitur apertè posse aliquem detestari peccata in quantum sunt offensua Dei, & talem actum esse insufficientem ad gratiam comparandā. Vnde non erit contritio, sed attritio, cùm attritio sit quicumque dolor insufficientis per se ad gratiam sine sacramento comparandam. Tum accusat Mag. Soto Scotum, quòd dixerit illam attritionem, quæ iustificationem præcedit esse meritoriam gratiæ de congruo, quod, si vt ab Sco. fuit prolatum, intelligatur, erit summa laude dignum: nunquam enim Sco. per meritum de congruo opus, cui de iustitia præmium debeatur sed opus impetratorium intellexit: atque ita omnia opera bona facta ab existenti in mortali, sunt impetratoria, quoniam hæc misericordiam Diuinam excitant, vt illi suam gratiam elargiatur. Lege Vegam in opusc. de iustificatione q. II.

*Attritio
quid.*

Sunt qui affirmant, per pura naturalia Sco. intellexisse particulare auxilium: Deus creauit hominem propter beatitudinem, vt summum bonum intelligeret, &c. Authore B. August. Et quia ordinauit eum ad talem finem, instituit illi media ad finem illum consequendum tribuere: quæ quidem media, cùm dentur toti naturæ humanæ, ab Sco. naturalia appellata sunt, quæ Thomista etiam supernaturalia vocant.

D. August.

Art. VII. An virtute pœnitentiæ omnia merita propter
peccatum amissa reparentur.

Alex. Alen.
q. 57. m. 5. &
6. D. Bona.
dist. 14. ar. 2.
per totum.

QVATVOR sunt opiniones. Prima Henrici quodlib. 5. q. 22. asserentis, omnes resurgentes à peccato virtute pœnitentiæ recipere æqualem gratiam, à quacunque gratia ceciderint, vel per quamcunque cōtritionem resurgant, sicut pueri ante vsum rationis virtute Baptismi. Quæ opinio, vt incredibilis, ab omnibus refutatur. Secunda opinio est Gabr. d. 14. q. 3. dub. 7. & citat Ochā. & comprehenditur hac propositione: Homo virtute pœnitentiæ resurgit semper ad maiorem gratiam, & gloriam illa, à qua cecidit. Hanc Almay. & Ioan. Maio. d. 22. amplexi sunt. Tertia opinio est B. Th. q. 89. ar. 2. 3. & 5. quæ de sententia Scoti d. 16. q. 2. ar. 2. duabus propositionibus continetur. Prima, Cōtritioni resurgentis respondet duplex gratia, vna cōtritioni tantum, altera & cōtritioni, & gratiæ, & meritis præteritis. Secunda, gratia respondens meritis erit secundum partes proportionales præexistentis cōtritionis, & non secundum eius partes quantitativas. Quarta opinio est Sco. d. 22. art. 2. notabili 3. q. 1. & comprehenditur sequentibus propositionibus. Prima est, omnia merita mortificata reuiuiscunt virtute pœnitentiæ ad tãtam gloriam, &c. Secunda, non est idem habere plura merita reseruata in acceptione Diuina in ordine ad præmium pro eis reddendum, & habere maiorem gloriam intensiuè, id est, aliquis potest habere in via plura merita, quàm gratiam habitualem. Tertia, resurgēs à peccatis resurget ad maiorem gloriam respondentem meritis, non tamen ad maiorem gratiam. Quarta, homo resurgit ad maiorem gloriam respondentem meritis proprijs, non autem ad gloriam respōdentem gratiæ. opinatur enim Scot. gloriam non solum respondere meritis, verum etiā gradibus gratiæ: hanc opinionem dicit Soto esse inopinabilem, quia ex ea sequitur vnum habitum habere duplex præmium. Respondeo: gloria, quæ respondet gratiæ, non respondet meritis nostris, sed Christi applicatis nobis per sacramenta. Quia sicut ex opere operato datur certus gradus gratiæ: ita ex opere operantis, datur aliquis gradus gratiæ. Vide Corollaria, quæ ibi Scotus infert.

CONCLUSIO I.

VIRTUTE pœnitentiæ homo ad gratiam, & virtutes amissas repara

reparatur. Patet Luca 15. vbi dicitur, filio prodigo datam fuisse pri- Luc. 15.
mam stolam, per quã gratia amiffa intelligitur, & alia, quibus vir-
tutes amiffa significantur.

CONCLUSIO II.

NON semper tantam gratiam, quantam peccando amiserat, re-
furgit, sed recipit illam iuxta contritionis mensuram. Ratio est:
quia formæ recipiunt magis, & minus, intenduntur que, & remittun-
tur iuxta subiecti dispositionem: & cum contritione anima ad gra-
tiam, quæ est forma disponatur, profectò gratia iuxta contritio-
nis quantitatem infundetur: atque ita aliquando ad æqualem,
nonnunquam ad maiorem, quandoque verò ad minorem gratiam
perditam refurgit.

CONCLUSIO III.

OMNIA merita, quæ fuerunt per peccatum mortificata, virtu- Ezechi. 33.
te contritionis restituntur. Colligitur apud Ezechiel. Si egerit
pœnitentiam, impietas impij non nocebit ei, at si non viuificaren-
tur, noceret impietas.

CONCLUSIO IIII.

VIRTUTE pœnitentiæ redit homo ad maiorem gloriam il-
la, à qua ceciderat: quia redit ad omnem gloriam meritis reuiuif-
centibus, & contritioni respondentem. Nam contritio, quanuis
non sit gratiæ primæ meritoria, quæ non cadit sub merito, gloriam
tamen meretur.

CONCLUSIO V.

IN mortis instanti gratia meritis respondens datur. Ratio est: Scoti est.
quia gratia est præmium accidentale respondens meritis, & quæ-
admodum tunc merita quoad præmium essentialia scilicet, gloriã
præmiantur: ita quoad præmia accidentalia præmiabuntur.

Diffic. An illa opera etiam quoad satisfactionem reuifcant?

CONCLUSIO.

AD satisfaciendum pro peccato futuro minimè valebunt. Ra-
tio est: quia sicut contritio, & confessio non habentur de pec-
catis committendis, sed de commissis tantum, ita neque satisfac-
tio: est enim tertia pars pœnitentiæ, quæ nunquam pro peccatis
futuris admittitur.

Art. vii. An peccata dimissa, peccatore ad vomitum redeunte, redeant?

S. Tho. q. 88.
reliqui dist.
22. D. Bona.
ar. 1.

DVAE sunt opiniones. Prima asserit, peccata dimissa absolute redire. Secunda affirmat Deum non remittere peccata absolute, sed hac lege, & conditione, scilicet si peccator non fuerit relapsus, vtramque refutat S. Tho.

CONCLUSIO I.

Nahū cap. 2.

PECCATA dimissa, quavis peccator post pœnitentiam relabatur, non redeunt simpliciter. Patet Nahum cap. 2. Non confurget duplex tribulatio, non puniet Deus bis in idipsum: & absque dubio puniret, si peracta pœnitentia, peccata iam dimissa iterum punienda redirent.

CONCLUSIO II.

PECCATA dimissa secundum quid, idest, ratione ingratitude, redeunt. Ratio est: quia eò aliquis magis ad diligendum Deum, & illi obediendum obnoxius est, quò plura beneficia recipit. Et cum remissio peccatorum sit maximum beneficium, cui remissa sunt peccata, deinceps si non diligit, erit maiori pœna quàm antea dignus. Hinc tantò peccata sequentia erunt grauiora, quantò aliquis pluries pœnituit: quia plura beneficia recepit.

APPEN. 1.
Seco. est. quæst.
1. ar. 3.

APPEN. 2.

Peccata hoc loco redire, nihil aliud est quàm Deum grauius sequentia peccata punire, habita ratione ad peccata iam dimissa: vt iudex, qui acerbius punit semel flagellatum, si relabatur, habita ratione ad peccatum iam dimissum, quàm si nulla pœcessisset peccatorum remissio.

Prima diffic. An vna auersio sit alia deterior?

CONCLUSIO.

ADEO ille dicitur magis auersus, idest, magis inimicus, qui quantum in se fuit, dedit maiorem auersionis, & inimicitie causam. Probatur à simili, sicut in humanis, ille dicitur magis auersus ex duobus ab aliquo tertio, qui grauiorem intulit iniuriam.

Secunda

Secunda diffi. An pœna damni sit in vno intensior, quàm in alio?

CONCLUSIO.

GRAVIOR quidem est, non in se, sed ex parte effectus, quæ producta. Maiori namque tristitia afficiuntur, qui intelligunt se à cælo exulare propter grauiora peccata, quàm qui propter minus grauiora. Priuatio liquidem visionis diuinæ efficit in damnatis tristitiam solum: quia vident se propter sua peccata in æternum regno cælesti priuatos. Quanto enim inter homines exilium propter grauius peccatum impositum est, tantò magis exilem torquet, nam pœna sine culpa inflicta aliquando delectat.

Tertia diff. An peccatum semel iam dimissum, possit secundum Dei omnipotentiam redire?

Scoti est vbi supra.

CONCLUSIO I.

POSSET Deus secundum suam omnipotentiam facere, vt peccata quoad pœnam redeant. Posset enim Deus instituere, vt peccatum dimissum propter reincidentiam puniatur, ac si non esset dimissum, quod quidem non implicat aliquam contradictionem.

CONCLUSIO II.

QUOD culpam verò impossibile est redire, nisi iterum committatur: iam enim esset aliud peccatum, & non præteritum, cum sit alia voluntatis operatio: quinimo de sententia Thomistarum & Ricar. quando peccator in hac vita non satisfecit pro pœna temporali, in quam fuit peccatum commutatum, tale peccatum iam dimissum æternaliter in inferno punietur.

Quarta diffi. Peccat ne grauius, qui cadit a b innocentia, an qui a pœnitentia?

TRES sunt opiniones. Prima Sco. vbi supra. dicentis, maiorem in ingratitudinem esse cadere ab innocetia, quàm cadere à pœnitentia. Scot. subscripsit Caiet. contra S. Tho. qui tenet oppositam opinionem. Tertia opinio est Ricard. qui, posita distinct. vtramque opinionem amplectitur.

Ric. vbi supr. art. 5.

CONCLUSIO I.

Si quantitatem beneficij, contra quod peccatur, consideremus, maior ingratitudo est cadere ab innocentia, quàm à pœnitentia: quia eò grauius est peccatum, quò maius est beneficium acceptũ, & longè maius beneficium est, aliquem post Baptismum in statu innocentia conseruare, quàm donum pœnitentia post peccatum concedere.

CONCLUSIO II.

Si consideremus, & quantitatem beneficij, & magis esse gratis datum, propterea quòd accipiens erat minus dignus: grauius quidem peccat, qui à pœnitentia, quàm qui ab innocentia cadit. Ratio est: quia quò aliquis pluries pœnituit, eò grauius peccat. Plura enim beneficia recepit, qui magis ad cauendum peccata obligabatur.

APPEN.

Hinc sequitur, grauius peccare, qui cadit post originale, & actuale dimissum, quàm qui post originale duntaxat, quod est ab innocentia cadere.

Quinta diffi. An ingratitudo, qua peccatum dicitur esse grauius, sit circumstantia speciali lege prohibita?

CONCLUSIO.

INGRATITUDO non est speciale peccatum, quando peccans non intendit Deum contemnere, sed conditio peccantis contra Deum benefactorem. Non enim prohibetur peculiari pœcepto, neque est peculiaris actus, nisi quando fit ex contemptu.

Sexta diffi. An circumstantia ingratitudinis sit confitenda?

SCOTVS tenet esse confitendam generaliter tantum, dicendo, de multis peccatis hætenus pœnitui, & postea reincidendo in alia peccata fui ingratus: quia in singulis confessionibus emisi votum, id est, propositum non reincidendi: nihilominus tamen non tenetur ita illam confiteri, quia non est contra aliquod pœceptum, quo prohibeatur: hætenus de quaestione.

QVÆS

QVÆSTIO SECVNDA DE CONTRITIONE. *Alex. Alen.**Art. I. De definitione Contritionis?*

CONCLVSIO.

CONTRITIO est dolor de peccatis, quia fuerunt contra Deum commissa, cum propositio cauendi in futurum, confitendi, satisfaciendique, & cum spe veniæ Diuinitus obtinendæ. Hæc conclusio manifestabitur sequentibus difficultatibus, in quibus singulæ partes illius examinabuntur.

Prima diffie. An contritio sit dolor actualis, id est, actualis peccati nolitio?

DVÆ sunt opiniones. Prima S. Tho. d. 17. q. 2. Ric. loco citato art. 1. Seo. d. 14. q. 1. & aliorum, qui tenent pœnitentiam, siue contritionem esse actualem peccati nolitioem. Secunda opinio est Adriani q. 1. de pœnitentia, dicentis, peccatorem non posse habere istum actum, nollem peccasse, si esset possibile, sed simplex tantum desiderium placendi Deo: & quia Deo displicuit, ideo contristatur.

CONCLVSIO.

CONTRITIO est actualis nolitio peccatorum, non absoluta, sed conditionalis, vt nollem, si fieri posset, peccasse, ex qua plerumque tristitia emanat. Patet: quia cum contritio sit actus amicitia, erit actus voluntatis detestantis peccatum, & cum non sit peccati volitio, erit profectò nolitioem actus.

Secunda diffie. An talis nolitio debeat esse propter Deum offensum?

OMNES DD. tenent dilectionem Dei esse necessariam ad perfectam pœnitentiam, vt doleat, scilicet, propter Deum offensum. Paludan. verò d. 14. dicit non esse necessariam dilectionem Dei: est autem sententia communis, quæ olim fuit opinio, iam canonizata in Concil. Trid. Sess. 6. cap. 6. vbi dicit, pœnitentiam à dilectione Dei exoriri.

Alex. Alen. ubi sup. ar. 1. q. 1. S. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 1. Dur. & Gabr. ubi supra.

CON

CONCLUSIO I.

QUEM pœnitet peccatorum propter gehennæ timorem, vel pœnæ temporalis pro peccatis infligendæ, is peccatorum remissionem non consequitur. Constat exemplo Saulis, Antiochi, & Esau, qui non cōsequuti sunt sua pœnitentia peccatorum veniam: quia absque charitate, & solo timore pœnarum, illos peccasse pœnitebat.

CONCLUSIO II.

D. Aug. 14. de Civ. Dei c. 18. tom. 15. POENITENTIA illius, quem solùm pœnitet amore virtutis, aut propter gloriam amissam nullius est fructus. Ratio est: quia ortum habet ex amore proprio, qui teste B. August. Babylonis civitatem ædificat.

CONCLUSIO III.

POENITENTIA absque sacramento sufficiens ad peccatorum remissionem: qualis est cōrritio, ex dilectione Dei proficiscitur. Definita est in Conc. Trid. supra citato, ubi ita legitur. Peccatores incipiunt diligere Dominum omnis iustitiæ fontem, & propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem.

CONCLUSIO IIII.

VERA pœnitentia, non solùm ex dilectione Dei: verumetiam ex timore gehennæ spe gloriæ, & ex fide profluit. Definita est etiã in eodem Conc. Sess. 6. sic enim habetur. Peccator adiutus fide, & concussus timore, erectusque spe gloriæ, incipit diligere Dominum: & propterea mouetur in detestationem peccatorum.

Woga ubi supra. cap. 21. c. 22.

Tertia diffic. An requiratur actuale propositum cauendi in futurum & auferendi omnes peccatorum occasiones?

DVO sunt modi dicendi circa hanc difficultatem. Primus, scilicet, requiri actuale propositum, & citantur pro hac sententia Alex. q. 69 m. 9. art. 2. & D. Th. & Dur. d. 17. Seco. d. 14. q. 4. Caiet. in tractatu de contritione, quæst. 1. Adrianus quodlib. 1. art. 3.

Secundus autem modus est, quo dicitur sufficere virtuale propositum cauendi peccata. Authores huius sunt, de pœnitentia q. 3. Maioris dist. 15. q. 1. Almayn. dist. 14. quæst. 1.

Medina. C.

CON

CONCLUSIO I.

DE ratione pœnitentiæ est, habere actuale propositum aut virtuale cauendi peccata in futurum, & obseruandi omnia Diuina mandata. Definita est in Con. Flor. & Trid. Sess. 6. Can. 6. vbi dicitur. Disponuntur autem peccatores ad ipsam iustitiam, &c. quâdo mouentur per odium aliquod aduersus peccata, & dum proponunt seruare nouam vitam, & mandata Diuina: & ante hæc Concilia nūquam fuit locus opinionibus, quia nefas erat de hac re dubitare.

CONCLUSIO II.

QUANDO, tempore pœnitentiæ homo vitæ futuræ recordatur, tenetur habere propositum actuale cauendi omnia peccata, & illorum occasiones, alioquin pœnitentia non esset fructuosa. Cōstat multis sacra scripturæ testimoniis, quæ à Doctoribus vbi supra, afferuntur. Confirmatur: quia pœnitentia est actus perfectæ amicitia, perfectæ autē amicitia vtrunque amplectitur, velle, scilicet, amico placuisse, & propositum placendi semper in futurum.

CONCLUSIO III.

ALIQUANDO excusatur homo à proposito actuali cauendi peccata in posterum, & tunc temporis virtuale propositum est factis: v.g. Pœnitens præ nimio dolore non recordatur vitæ futuræ, etsi recordaretur, efficacissimè proponeret in posterum cauere: talis dolor, est virtuale propositum, excusatur tunc pœnitens ab actuali. constat Dauidis exemplo, cui dicenti. Peccaui, respondit Nathan: transtulit Dominus peccatum tuum. Quem locum citans D. Aug. in homilia 14. ait: Vide quantum valeant tres syllabæ, non dum proposuerat David futura mala cauere, & iam sufficientem egerat pœnitentiam.

2. Regum. 2.

D. Aug. in homilia 14.

Quarta diffi. An ad sufficientem contritionem actuale propositum consistendi, tempore debito, & satisfaciendi requiratur?

Alex. Ale. 9. 69.

CONCLUSIO.

NON est de ratione contritionis actuale consistendi propositum: cum virtuale sufficiat. Ratio est: quia cum possit aliquis per solam contritionem, si habeat ignorantiam inuincibilem fidei, absque actuali proposito Baptismi iustificari, vt cōstat exemplo Cornelij: poterit etiā absque actuali proposito consistendi, &c. vtrumque

Actu. 10.

vrumque enim sacramentum est de necessitate salutis: quid? quod confessio, & satisfactio sunt actus exteriores, qui non sunt de quidditate Contritionis, quæ est actus interior: & de hoc virtuali proposito loquitur Conc. Flor. ubi supra. & Concil. Complutense contra Petrum Oxomensem hæreticum, qui dicebat, peccata deleri per solam Contritionem sine confitendi proposito.

ERROR.

Art. II. Quorum peccatorum sit habendus dolor?

IN hoc articulo explicanda est particula in definitione Contritionis posita, nempe, dolor de peccatis.

Prima diffi. An de peccato Originali sit habendus dolor?

CONCLUSIO.

NE QVA QVA M est de illo necessariò dolendum, neque ex natura sua per dolorem tollitur. Definita est Conclusio in ca. Maiores. extra de Baptismo. §. hic autem. Et ratio eiusdè textus est: quia cum non contrahatur per nostrum consensum, sine nostro consensu per sacramentum poterit remitti.

Secunda diffi. An sit necessariò de veniali peccato dolendum?

HVIC difficultati responsum est quæst. 1. de Pœnitentia, artic. 4.

Tertia dif. An de mortalibus peccatis sit necessariò habendus dolor?

*D. Bon. ar. 1.
q. 1. & 2.*

DE peccatis commissis ante Baptismum q. 2. de suscipientibus Baptismum, art. penultimo egimus, ubi refurata est opinio Caieta. Dicentis, Baptismum non præsupponere actum pœnitentiæ virtutis, quam etiam ascribunt Sco. quia d. 14. q. 4. dixerat, ad ultimum duplici via posse habere primam gratiam delentem originale, vel per bonum motum disponentem ad illam de cõgruo, vel per susceptionem Baptismi. ex qua distin. colligunt Aduersarij opinatũ fuisse, solam Baptismi susceptionem, asq; aliquo prauio dolore sufficere. Verumenimvero Sco. d. 4. q. 5. 4. ita dicit: fructus dicitur

citur accedere ad Baptifmum, qui habet aliquod præteritū peccatum, de quo non conteritur, nec atteritur, & hunc Deus non iustificat per Baptifmum: de peccatis verò post Baptifmum cõmifis, iam fupra q. 1. de Pœnitentia diffèrnimus, & infrà etiam agemus.

Scot. libera-
tur.

Quarta diffic. An de peccatis alienis teneamur habere dolorem?

CONCLUSIO.

DE alienis peccatis non eft nobis dolendum. Ratio eft: quia aliena peccata non auertunt nos à Deo. Dicit enim B. Paul. vnufquifque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. Et nota, quòd quando aliquis dolet, quòd fuerit cauſa alieni peccati, nõ de alieno, ſed de proprio peccato dolet: & ita intelligendus eſt i ſal. Et ab alienis parce ſeruo tuo. Vnde ſequitur, quòd qui fuit cauſa peccatorum, conſulendo, vel faciendo, &c. quæ modò committentur, ſi ſemel egerit pœnitentiam præteriti peccati proprii, non tenetur poſtea illorum pœnitere.

Alex. Alex.
q. 69.
Ad Rom. 14.

Psal. 18.

APPEN.

Quinta diffic. An de peccato futuro ſit habendus dolor?

CONCLUSIO.

NE QV A Q V A M. Ratio eſt: quia per illud nondum à Deo ſeparati ſumus: & qui habet propoſitum committendi aliquod peccatum, illud propoſitum non eſt peccatum futurum, ſed præſens.

Sexta diffi. An ſufficiat ad veram contritionem generaliter de peccatis dolere, nulla illorum præiua recogitatione: an prius ſint omnia in memoriam reuocanda?

DVÆ ſunt de hac q. cõtrariæ opiniones. Prima Antiquorum. Alex. q. 69. m. 8. art. 2. D. Th. q. 82. ar. 1. Ric. d. 17. art. 4. q. 2. Dur. d. 17. q. 2. quos ſequuntur Medina, Cano, & alij, qui omnes tenent partem aientem. Contraria opinio eſt Caiet. vbi ſup. D. Th. q. 2. de Cõtritione. Idẽ videtur ſentire Sco. d. 15. q. 1. ar. 4. qui dicit Satisfactionẽ interiorem (per quam contritionem intelligit) non eſſe neceſſariò habendam ſingulorum peccatorum ſecundum numerum, neque

neque secundum speciem, sed satis esse, ut omnibus peccatis vnica satisfactio, id est, vnica Contritio respondeat.

CONCLUSIO I.

SUSCEPTORVS Pœnitentiæ Sacramentum tenetur prius peccata omnia recogitare. Patet: aliter enim ex culpa non faceret integram Confessionem.

CONCLUSIO II.

ANTE Confessionem non tenetur habere peccatorum, quæ ad confitendum recogitauit, contritionem. Ratio est: quia non tenetur homo duplicem habere peccatorum contritionem, cum Deus non puniat bis in idipsum, sed tenetur tantum ad hoc in ipsa Confessione. Nam si aliquis confiteretur peccata sua, & non haberet actualem illorum nolitionem in corde, fictè confiteretur, dicendo: Dico meam culpam, me tale peccatum commisisse.

CONCLUSIO III.

INTER confitendum tenetur pœnitens tot habere contritiones, & dolores, quot sunt confessionis actus, v. g. si vno actu confiteatur decem blasphemias, & alio decem fornicationes, singulis fictibus, & non singulis peccatis, singulæ contritiones respondere debent. Verum si confiteatur peccata singulatim, ut singula peccata eiusdem speciei, tunc tenetur habere singulas singulorum peccatorum contritiones: quia singulatim singula confitetur. probatur: nam aliter contritio esset ficta: quia aut dicit verbo tantum, Dico meam culpam, & tunc ficta esset confessio: aut ex corde, & istud est habere contritionem, id est, dolorem: ita enim sumitur hic Contritio.

CONCLUSIO IIII.

QVI non est suscepturus sacramentum confessionis, non tenetur ante Contritionem, omnia peccata recogitare, cum sufficiat habere vnã generalem contritionem: ut v. g. vellem nunquam ob Dei amorem peccasse, & propono deinceps omnia peccata vitare. manifesta est Conclusio: nam si esset talis recogitatio necessaria, sequeretur hominem non posse subito iustificari: atque ita esset in via, & extra statum salutis: ut si quis per spatium quatuor horarum posset tantum peccata recogitare, & esset iamiam morti proximus.

CONCLUSIO V.

UT contritio generalis sufficiat ad iustificationem, necessariū est vt se ad omnia commissa extendat, ad hunc, scilicet, sensum, vt nullum sit peccatum, cuius si tunc recordaretur, non pœniteret. Constat: nam aliter non esset contritio generalis.

CONCLUSIO VI.

QUANVIS ad iustificationem non sit necessaria peccatorum recogitatio, est tamen necessaria, vel ad restitutionem, vel ad satisfactionem. Ratio est: quia sunt quædam peccata, ad quorum remissionem est necessaria restitutio in re, aut in voto: vt peccatum furti, & infamiae, &c. quare erit necessarium, saltem post contritionem, peccata recogitare.

Art. III. An dolor de peccatis debeat esse maximus secundum intensiōem?

VIDE DD. in principio quæstionis citatos. Tres sunt opiniones. Prima Adriani q. 2. de pœnit. art. 2. & quodlib. 5. ar. 3. & aliorum dicentium, ad veram pœnitentiam requiri, vt homo doleat secundum omnem suum conatum. Secunda opinio est Sco. d. 15. q. 18. ex hoc patet, de 4. art. affirmat enim, requiri certam intentionem, scilicet, quando pœnitentia habetur de multis peccatis simul, non sufficit contritionem esse remissam, sed debet esse certa & determinata intensiōis, ita quod vnus gradus intensiōis respondeat vni peccato, & alius alij, quanuis non sit maximus, vt docet Adrian. Tertia opinio est communis Ricard. d. 17. q. 5. 8. & 9. art. 1. lege Vegam à cap. 23. vsque ad 27. super Concil. Trid. qui negat hanc esse Ric. opinionem.

*Alex. Alen.
tota q. 68. D.
Bon. art. 1 q.
2. Dur. q. 4.*

CONCLUSIO I.

ODIVM, nolitio, siue detestatio peccatorum, vt sit sufficiens ad illorum remissionem, quantum ad solam culpam, non requiritur, vt sit maxima, quoad intensiōem. Hæc est B. Chrysof. & refertur Cano. talis. de Pœnitentia. d. 3. vbi legitur: Quantulumcumque & quamlibet breui tempore gestam pœnitentiam, Deus suscipit, nec patitur exiguæ conuersiōis petere mercedem.

D. Chrysof.

CONCLUSIO II.

ODIVM, siue detestatio peccatorum debet esse maxima, appreciatiuè, id est, comparatiuè ad alias creaturas, ad hunc, scilicet, sensum,

NOO

F. t. q. f. 4.

Q

sensum,

sensum, quòd quando homo dolet, & conteritur, potiùs eligat quoduis corporis, fortuna, siue honoris malum, quàm Deum offendisse: ita, vt odio habeat malum culpæ, plusquam cætera mala odio digna. Ratio est: quia actus perfectus charitatis est, diligere Deum super omnia appetitiuè, id est, vt præ eius amore, & mandatorum obseruantia postponat omnia: & cum contritio sit actus perfectus charitatis, debet esse maximus tantùm appetitiuè: ita quod si daretur peccatori optio, potiùs deberet eligere mortem, quantumcùque ignominiosam, quàm velle peccasse. Et nota cum Alex. D. Tho. & Bona d. 17. huiusmodi comparationes minimè esse hominibus parum in virtute exercitatis proponendas: quoniam esset illis certissima ruinæ occasio.

D V B I V M.

*Quare anima intensius odit malum pœna, quàm culpa,
cùm hoc magis noceat?*

RESPONDEO, quia malum pœnæ est sensibile, & pro hoc statu mala sensu apprehensa magis mouet intellectum, & voluntatem, quàm culpæ malum, quod solum intellectum apprehenditur, cùm sit spirituale.

CONCLUSIO III.

AD remissionem omnis culpæ, & pœnæ, necessaria est interior contritio pro qualitate, & quantitate peccatorum. Probatur quia huiusmodi contritio quò intensior est, eò magis est satisfactoria, non solum pro culpa, sed & pro purgatorij pœna, & hoc sensu loquitur Sco. quia huiusmodi contritionem nominat totalem contritionem; id est, in totum remittentem peccata quoad culpam, scilicet, & pœnam talis fuit contritio B. Magdalenæ.

Prima diff. An contritio minis intensa, que grandem generat tristitiam, sit laudabilis?

CONCLUSIO I.

SI contritio est ex natura sua, eò est laudabilior, quòd est intensior: quia contritio est actus charitatis, & charitas non habet medium, quemadmodum aliæ morales virtutes habent.

CON

CONCLUSIO II.

CONTRITIO intenta potest esse vitiosa, quando præ nimia tristitia, mors, aut corporalis ægri-tudo timetur. Confirmatur ex *Ad Rom. 11.* B. Paul. dicente: Obsecro itaq; vos fratres per misericordiam Dei, &c. vt rationabile obsequium vestrum.

CONCLUSIO III.

NON licet pœnitenti de futuro dicere, Vtinam ego cômisissem adulterium, & non furtum, propterea quòd magis infamat furtum, quam adulterium. Patet: nam qui talem dolorem haberet, plus proprium, quàm Dei honorem diligeret.

CONCLUSIO IIII.

INTEGRVM est pœnitenti ita dicere, Vtinam ego nunquam offendissem Deum, & esto quòd essem offensurus, malle in minus graue peccatum incidisse: nam huiusmodi dolor ex dilectione Dei profluit.

CONCLUSIO V.

QUI paratus est ad eligenda grauiora peccata, vt vitet minus graua, quia magis infamant: si sint mortalia peccata, mortaliter peccat: si verò venialia, venialiter, v. g. qui diceret, si esset mihi peccandum, potiùs vellem committere hæresim, quàm peccatum nefandum, iste iam est hæreticus, si hoc ex animo dicit. Patet manifestè: quia peccatum ideo peccatum, quia voluntarium, & iste habet voluntatem, & animum paratum, &c.

Secunda diffi. An sit actus charitatis eligere in seipso minus graua peccata, propter grauiora in proximo vitanda?

EXEMPLI gratia, si aliquis diceret, malle ego committere furtum, quàm quòd Petrus blasphemaret.

CONCLUSIO.

NULLO modo licet hoc eligere. Ratio est: quia Ordo charitatis, qui est in præcepto, debet à seipso incipere.

Tertia diffic. An fas sit habere istum actum, Potius vellem aliquod veniale commisisse, quàm quod Christus passus fuisse.

CONCLUSIO.

HAUDQVAQVAM fas est: nam passio Christi **I**ESV fuit maximum bonum, Deo què maximè placens, veniale verò nullo modo potest Deo placere.

Quarta diff. An requiratur extensio doloris per aliquam temporis moram à Deo præfixam?

*Alex. Alen.
q. 68. m. 2. ar.
1. D. Bon. ar.
3. per totum
Ric. ar. 4. q.
6. d. 7.*

DVÆ sunt opiniones. Prima Scot. d. 14. cui subscripsit Caic. 1. d. Contritione, & est affirmans. Secunda est communis, quam sequuntur omnes Neoterici, Vega ubi supra, cap. 23. Cano. de pœnit. par. 3. Soto d. 17. q. 1. art. 4. 5.

CONCLUSIO I.

Hac est Scot.

NON est erroneum affirmare, requiri certam temporis moram, per quam dolor continetur. Probatùr: quia neq; est expressè cõtra sacram scripturam, neque contra Ecclesiæ determinationem. Nam quod in contrariũ obicitur Ezechiel. 18. In quacunq; hora, &c. non facessit negotiũ, quia ibi solum promittitur venia pœnitenti, quocunq; tempore pœniteat, quandiu fuerit in hac vita: ita vt sit loci sensus, Nulli ante mortem via salutis præcluditur, nõ tamen quod statim in quocunq; momento veniam consequatur. Deinde obicitur Scoti, sequi ex eius opinione, hominem esse in via, & extra salutis statum: cui obiectioni satisfacimus eadè ratione, qua Thomistæ opinionem S. Tho. defendunt, qua affirmat, ad cõtritionem requiri peccatorum recogitationem, ex qua quidem opinione prædictum absurdum sequitur: illi enim asserũt, esse intelligendum S. Tho. quando suppetit tempus recogitandi peccata. Perinde & nos affirmamus esse intelligendum Sco. quando dicit, desiderari temporis moram, nempe, si adest tẽporis facultas: nam si mors vigeat ab hoc præcepto planè excusabitur.

CONCLUSIO II.

AD totalem remissionem peccatorum quoad culpam & omnem pœnam per contritionem, certa temporis mora desideratur. Ratio est: quia quod peccata sunt grauiora, eò maior dolor desideratur. Ratio est: quia quod peccata sunt grauiora, eò maior dolor desideratur.

fidèratur: vt omnis pœnæ fiat remissio. Vnde ad remissionem culpæ, & omnis pœnæ maior satisfactio, quàm ad remissionem culpæ tantum, & per consequens, maior temporis mora erit necessaria. Et hæc fuit Sco. & Caiet. opinio.

CONCLUSIO III.

AD remissionem culpæ, quæ fit per conuersionem pœnæ a terrena in temporalem, quantumcunque sit culpa grauis, momentanea *Vegam. lege.*
contritio sufficiet. Patet: Ezech. 33. Si dixero impio morte morieris, & pœnitentiam (quæ fieri potest in momento) egerit, omnia *Ezech. c. 33.*
peccata non imputabuntur ei.

Hinc, ad remissionem culpæ tantum non requiritur maior dolor de grauioribus peccatis: quia vt ex dictis constat, intensio, siue extensio doloris ad remissionem culpæ non desideratur. *APPEN. 1.*

Ad remissionem culpæ, & omnis pœnæ virtute contritionis, quò sunt grauiora peccata, eò maior dolor exigitur. Legitur enim in Apoc. Quantum glorificauit se, & in delictis fuit, tantum date illi tormentum, & in hoc sensu Scot. & Caiet. intelliguntur. *APPEN. 2. Cap. 18.*

Art. III. An actus Attritionis idem numero possit fieri Contritio?

DVÆ sunt opiniones. Prima, & affirmans est Ric. & Scot. & Caiet. Contraria est negans B. Thom. cui Gabr. adhæsit.

CONCLUSIO I.

CITRA sacramentum impossibile est, Attritionem eandem numero fieri Contritionem. Ratio est: quia contritio est supernaturalis actus: quoniam ex viribus supernaturalibus elicitur. *Alex. Alen. q. 74. m. 5. Ric. 17. art. 1. q. 2. & 3. & 9. Sco. 14. 12. Caiet. q. 1. de Contritione.*

CONCLUSIO II.

VIRTUTE sacramenti attritio potest fieri contritio: quia vt infra dicitur, virtute sacramenti attritus iustificatur: quare talis attritio erit sufficiens ad consequendam gratiam: atq; ita fit contritio. Cæterum si loquamur iuxta sententiam antiquorum, S. Tho. & Scot. qui affirmant certam doloris intensiorem, vel extensionem requiri, sit conclusio.

CONCLUSIO III.

ATTRITIO eadem numero potest fieri contritio. Ratio est: quia secundum istorum Doctorum opinionem, attritio, & contritio non differunt, nisi penes intensum, & remissum, & quemadmodum *F. t. q. l. 4. Q 3 dum*

dum eadem albedo numero potest fieri intensior: ita idem actus numero remissus, scilicet attritio, potest fieri intensus, id est, contritio.

Alex. Alen.
q. 68 m. 2. ar.
2. S. Tho. 1. 2.
q. 113. ar. 1. 2.
& 3. reliqui
d. 14. D. Bon.
& Sco. q. 2.
Vega lib. 13.
& à cap. 17.
vsque ad 20.
Scoti est.

Art. V. de necessitate, & præcepto Contritionis.

SUB alio titulo solet hæc q. proponi, nempe, an requiratur motus liberi arbitrij in peccatum, ut homo iustificetur?

CONCLUSIO.

PŒNITENTIA interior formalis, ut est actualis dolor de peccatis: aut virtualis pœnitentia, ut est martyrism, & dilectio Dei super omnia, est de necessitate salutis. Dicitur enim Luca 13. Nisi pœnitentiam egeritis, &c. quare in se, vel in suo æquivalenti erit pœnitentia ad salutem necessaria.

Alex. Alen.
q. 68. m. 2.
art. 2.

Prima diffi. Est ne ita sub præcepto, ut non pœnitere sit novum mortale?

COMMUNIS est doctorum sententia quos citat Vega, dicitque quosdam Thomistas opinatos fuisse, nullum de pœnitentia esse præceptum, licet sit ad peccatorum remissionem necessaria. Hoc sensit Mag. Victoria, ut in relectione de pœnitentia, parte 4. Magister Cano scribit: Hæc autem opinio nunc est erronea.

CONCLUSIO.

PŒNITENTIA post peccatum commissum, ita est sub præcepto, ut peccatum novum mortale committat, si tempore, quo illam homo habere tenetur, non habeat: est enim in remedium peccatorum, verbis comminatorijs, quemadmodum & Baptismus, instituta.

Luc. 13.
Ioan. 3.

Alex. Alen.
q. 6. m. 2. D.
Th. 1. 2. q. 19.
ar. 8. & 2. 2.
q. 62. ad ult.
& dist. art. 1.
Scot. & Ric.

Secunda diffi. Tenebitur ne statim post peccatum commissum pœnitere sub novi peccati pœna?

DVÆ sunt opiniones. Prima Alex. Alen. S. Tho. Ric. Scot. & reliquorum antiquorum affirmantium, teneri ad pœnitendum, cum primum peccata memoriæ occurrunt.

Contraria opinio est Neotericorum, Caiet. q. 3. de Contritione, Cano de pœnitentia parte 4. Medina. de pœnitentia, & Soto d. 17. q. 2. art. 6.

CON

CONCLUSIO I.

Ex parte finis, scilicet, ut homo Deo reconcilietur, necessarium est, statim post peccatum pœnitere Ratio est: quia pœnitentia est necessaria ad peccatorum remissionem, ut apud Dium Lucam constat. Luca 13.

CONCLUSIO II.

STATIM post peccatum commissum obligatione præcepti pœnitentiæ nemo pœnitere tenetur: quia præceptum de pœnitentiæ est affirmans, quo actus virtutis præcipitur, atque ita quoad actum positivum non pro quocunque temporis instanti obligat: quemadmodum præceptum Confessionis, quo nisi certo tempore non obligamur: ut ex superioribus patet.

CONCLUSIO III.

PRÆCEPTUM pœnitentiæ statim à peccato commissio quantum ad actum contrarium de non complacendo in peccato obligat, ita ut, si aliquando placuerit, mortaliter peccetur, si statim actus de quo complacencia habetur, non prohibeatur. Ratio est: quia omne præceptum affirmatiuum includit negatiuum de actu contrario obligans pro semper. v.g. Præceptum honorandi parentes includit hoc negatiuum, scilicet, nunquam verbo, aut facto parentes inhonorabis.

CONCLUSIO IIII.

PRÆCEPTUM pœnitentiæ interioris obligat, quando mortis naturalis, aut violentæ periculum imminet: sicut enim tenetur vnusquisque corpori, ne pareat, subuenire: ita & animæ suæ per pœnitentiam, ne morte æterna damnetur: alioqui enim contra charitatem ager.

Hinc, qui nouerit sibi insidias ad mortem parari, vel certissimè naufragium viderit, sub nouo reatu pœnitere tenebitur: aliter enim constitueret se in periculo non adimplendi pœnitentiæ præceptum: post mortem namque illud adimplere non potest.

CONCLUSIO V.

TENEBITUR quoque statim pœnitere, qui est sacramentum aliquod suscepturus: nam qui indignè ad sacramentum accedit, cum sacrilegium committat, mortaliter peccat.

CONCLUSIO VI.

AD hoc etiam obligatur, qui sacramentum aliquod est admini-

APPEN.

S. Th. 3. p. 2.
64. ar. 6.

Q 4 stratu.

Leuit. 22.

straturus. Legitur enim Leu. 22. Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israël Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Si igitur Sacerdos legis veteris peccabat indignè ministrando, multò magis profectò nouæ legis Sacerdos delinquet.

Tertia diffi. Quando confessio est sub præcepto: deficiente Sacerdote, qui alicuius peccati mortalis recordatur, nunquid ad pœnitendum tenebitur?

V. G. qui apud Saracenos viginti, aut pluribus annis sine copiâ confessoris captiuus detinetur.

CONCLUSIO I.

TENEBITUR in tali casu pœnitentiam, idest, contritiõnem habere. Ratio est: quia protrahens pœnitentiam per longum tempus in certissimo periculo peccandi mortaliter constituitur: Quæ enim periculum amat, in illo peribit.

CONCLUSIO II.

QUIMINISTRATURUS est aliquem sacramentalem actum, vt concionator, diaconus, subdiaconus, quâuis sit in mortali, non tenetur, vt ministerium suum exercent, sub pœna noui peccati mortalis statim pœnitere. quia non exercet aliquem actum in quo, vel sibi, vel alteri ex opere operato gratia conferatur.

Contrariam opinionem tenet Medina q. 6. de pœnitentia supra. m. 9. de Ministro. de sacra. in genere legito.

Quarta diffi. Tenetur ne homo diebus festis contritiõnem peccatorum habere?

S. Th. 2. 2. q.
122. ar. 4. ad
3.

d. 27. q. 1.

DVÆ sunt opiniones. Prima antiquorum. Nam S. Tho. tenet magis facere contra hoc præceptum, qui peccat in die sabbathi, quàm qui aliquod corporale opus facit. Scot. verò non ita expressè hoc affirmat: nam in tertio lib. ita ait, Præceptum diligendi Deum super omnia fortè obligat in die sabbathi: vnde Thomista colligunt affirmasse singulis diebus festis hominem ad contritiõnem obligari, cum Sco. dubitâs loquatur. Gabr. ibidè, & summa Angelica. Verbo Contritio, & verbo festum. Sco. adhaferunt.

Secunda,

Secunda & contraria opinio est Caiet. in opuscul. 9. de circumstantia dici festi, quem omnes Neoterici sequuntur.

CONCLUSIO.

NON tenemur diebus festis ex praecepto Diuino habere peccatorum contritionem. Patet in Exo. vbi dicitur: Memento, vt diem sabbathi sanctifices: & statim modus sanctificationis subiungitur, scilicet, Non facies omne opus in eo tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentu tuum, & aduena, qui est intra portas tuas: vbi solum precipitur quies ab operibus corporalibus feruilibus, no autem a feruilibus spiritualibus, qualia sunt peccata.

Exad. c. 20.

Quinta diffi. Post semel peractam poenitentiam tenebitur ne homo, quoties suorum peccatorum recordabitur, poenitere?

HÆC difficultas aliter à D. Thom. proponitur, scilicet, An teneatur homo poenitentiam per totam vitam continuare, & alio etiam modo, scilicet, An quoties peccata practicè occurrunt memoria, sit illorum poenitendum?

9. 89. ar. 8. q.
9. Alex. Ale.
9. 68. m. 2. ar.
2. q. Bon. ar.
3. q. 2.

Duæ sunt opiniones: vna affirmans S. Thom. quam videtur defendere Scot. Altera negans Caiet. quã omnes moderni amplectuntur.

di 45. q. 3. ad ult.

CONCLUSIO I.

QUOTIESCUMQUE peccata practicè occurrunt memoriæ, peccator illorum poenitere non tenetur: quia cum non teneatur bis idem peccatum confiteri, neque de illo bis contritionem habere tenebitur: non enim tale praeceptum est nobis impositum.

CONCLUSIO II.

QUANDO peccator est dubius, poenituerit nec ne, vel poenitere, vel conscientiam deponere tenebitur: alioqui enim ager contra conscientiam.

CONCLUSIO III.

QUANDO periculum complacentiæ de peccato praterito non imminet, illius peccati poenitere non tenebitur, cum suggestioni resistere sit satis: nam per solam resistentiam potest remouere peccatum.

Sexta diff. Tenemur de alienis peccatis habere dolorem?

CONCLUSIO.

TENEMUR non complacere, quatenus sunt Dei offensa, & in proximorum detrimentum: nam complacendo mortaliter peccaremus.

Alex. Alē. q.
76. 78. & f.
in add. à q. 6.
vsque ad 11.
reliquis dist.
16. & 21.

Art. vlt. An contritio sit remissionis peccatorum causa?

HO C est, an pœnitentia, vt informis, vel formata per gratiam sit causa remissionis peccatorum, ita, vt sit tituli sensus: quæ istarum propositionum sit verior, scilicet, quia homo pœnitet remittitur culpa, & quia culpa remittitur, gratia infunditur, vel è cõuerso, cùm vtrumque in eodem instanti temporis sit.

1. 2. q. 103. ar.
3. & in 3. p. q.
83. Scot. d. 14.
q. 2.

Quatuor sunt opinioniones. Prima S. Th. affirmantis, motum liberi arbitrij gratia informatum esse causam remissionis peccatorum.

Secunda est Sco. dicentis, pœnitentiam informem esse causam remissionis culpæ, formatâ verò cõcomitari remissionem ipsam: ita, vt de sententia Scot. hæc sit vera: quia homo pœnitet, remittitur culpa, & quia remittitur culpa, infunditur gratia. Hanc opinionem dicit Soto esse Pelagianam: nam inquit, Si pœnitentia, prout informis, esset causa remissionis peccatorum, sequeretur primum hinc, non esse causa propriè, quia non esset meritoria de condigno. Secundò, remissionem peccatorum esse ex viribus naturæ, quod est Pelagianum. Respondendum tamen est, quoddam quamuis pœnitentia informis sit causa remissionis peccatorum, talem pœnitentiam non elici ex viribus tantùm naturæ, sed per auxiliũ speciale: vnde sequitur nos viribus naturæ non iustificari, vt asserbat Pelagius, qui speciale auxilium negabat.

Scot. libera-
tur.

Tertia opinio asserit, peccata remitti per motum liberi arbitrij, scilicet, per pœnitentiam formatam, & istum actum pœnitentia non produci à voluntate sed à solo Deo, & in volutate habente se solùm passiuè recipi. Hæc opinio est erronea, & cõtra Conc. Trident. Sess. 6. capit. 5. vbi apertissimè tribuit Conc. libe. arbit. actionem respectu iustificationis, & pœnitentiæ, quæ ad gratiam disponit.

Quarta

Quarta opinio est quorundam distinguentium inter primam gratiam, quæ datur per solam pœnitentiam, vel virtute sacramenti: affirmantque gratiam, quæ datur extra sacramētum, semper antecedere contritionem: ita, vt iste ordo naturæ seruetur, scilicet, Deus dat gratiam, & per illam homo detestatur peccata, vt ratione illius detestationis, siue contritionis iam formata remittatur peccatum: at verò si homo accedat ad sacramentum attritus, dicunt, dari tunc primam gratiam virtute attritionis, & formæ sacramentalis, atque ita gratiam non esse motu liberi arbitrij priorem.

CONCLUSIO I.

ACTVS pœnitentiæ informis, quatenus est dispositio ad gratiam, est remissionis culpæ causa. Ratio est: quia causa dispositiua est, quæ remouet prohibens formæ introductionem, qualis est pœnitentia informis respectu gratiæ, cuius introductio, & infusio per culpam indimissam, & præexistentem prohibetur. Communis est opinio: atque in hoc sensu Sco. est intelligendus.

CONCLUSIO II.

PœNITENTIA formata est eam remissionis culpæ, non disponens, sed efficiens. Ratio est: quia Deus efficit remissionem culpæ per infusionem gratiæ, & gratia operatur effectiue, mediante pœnitentia, quare similiter & pœnitentia, cum sit gratiæ instrumentum.

Hinc colligitur non esse inter S. Tho. & Sco. aliquã repugnantiam: nam Scot. ibi agit de remissione peccatorum facta dispositiue, non autem de illa, quæ fit effectiue: nam dicit pœnitentiam informem, quæ est dispositio præuia, remittere peccata.

APPEN.

QVÆSTIO TERTIA DE CONFESIONE.

Art. I. An Confessio sacramentalis sit de iure Diuino?

CONCLUSIO.

CONFESSIO sacramentalis est à Christo IESV instituta, & ex consequenti de iure diuino. Definita est hæc Concil. in cap. Ad abolendam. de hæreticis, & in Conc. Flor. & Trid. Sess. 14. cap. 5. & Can. 3.

Sex fuerunt errores, qui hac conclu. confutantur I. Glossatoris

Decreti

Alex. Alen.

q. 76. 7. & 8.

S. Th. à q. 6.

vsque ad 11.

reliqui d. 16.

& 21.

Alex. Alen.

q. 76. m. 2.

D. Tho. q. 6.

art. 2.

reliqui d. 17. Decreti in principio d. 5. & Panormitani in cap. omnis vtriusque
 D. Bon. ar. 1. & D. Bona. vbi supra, & citat Hugonis auctoritatem, assertentium
 q. 3. Ric. ar. 2. fuisse hoc sacramentum ab Ecclesia institutum fuitque condem-
 natus error hic tempore Sixti III. in Concilio Comptulensi contra
 q. 3. Scot. q. 1. Duran. q. 8. Petrum Oxomensem.

ERROR. Secundus Iacobitarum affirmantium Confessionem, nec esse
 de iure Diuino, neque de iure Ecclesiastico, & sufficere soli Deo
 Glossator De confiteri. Dicebantque confessionem hanc esse vilem saltem ad
 creti Pan. & humilitatem. Tertius Vviteles, dicentis, esse inutilem & superflua.
 D. Bon. & Quartus Lutheri docentis, partim esse necessariam, partim super-
 Hugo caute fluam. Quintus Vvaldensium existimantium, esse mortiferam.
 legendi. Vltimus eiusdem Lutheri negantis, absolutionem, & Confessio-
 nem esse sacramentum, & ita gratiam non conferre.

DD. vbi sup.
 Alex. Alen.
 art. 3. §. 1. D.
 Bon. q. 1. Ric.
 Sco. & Dur.
 & D. Thom.
 ibidem.

Prima diffic. An Confessio fuerit de lege naturali?

NOTA Confessionem quandam fieri soli Deo, quandam
 vero homini potestate clauium.

CONCLUSIO I.

CONFESSIO quaedam est de lege naturæ: nam cōtritio quæ
 est interior confessio, est lege naturæ. Dicitur namque ratio natu-
 ralis, vt pœniteat nos Deum offendisse: talis fuit confessio Adæ,
 Genes. 3. & Iob cap. 31.

Genes. 3.
 Iob 31.

CONCLUSIO II.

CONFESSIO, quæ fit ministris Ecclesiæ, non fuit in lege na-
 turæ: nam in lege Euangelica tantum datæ sunt Sacerdotibus
 Claves regni caelorum, quibus sacramentaliter peccata remittant.

Alex. Alen.
 art. 3. §. 2. D.
 Bon. q. 2. B.
 Tho. & Dur.
 vbi supra.

Secunda diffi. An in lege scripta fuerit peccatorum confessio instituta?

OPINIO fuit peculiaris Vvaldensium, in lege veteri fuisse
 præceptum confessionis omnium peccatorum.

CONCLUSIO I.

IN lege scripta non erat sacramentalis confessio: quia claves
 ministerialiter ligandi, & absoluendi solum Sacerdotibus Euânge-
 licis concessæ fuerunt: oppositum enim esset erroneum: quia nouæ
 legis Sacerdotes non essent tunc illis multò præstantiores.

CON

CONCLUSIO II.
GENERALIS omnium peccatorum confessio olim nomine totius populi fiebat per Sacerdotem dicentem: Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Legitur enim Leuitici 16. Sacerdotem totius populi peccata generaliter confiteri.

Iud. c. 7.

Leuit. 16.

CONCLUSIO III.

QVORVMDAM peccatorum publicorum in lege veteri erat publica, & peculiaris confessio, non tamen sacramentalis, vt reus a Sacerdote absolueretur. Hæc ex toto Leuitico constat, vbi legitur pro peculiaribus peccatis fuisse peculiare Hostias: Vnde Hostie oblatio peccatorum fuit confessio, non occultorum, quoniam esset tunc contra legem naturæ seipsum diffamare.

Tertia diffi. An sit confessio a Christo, tanquam necessaria ad salutem instituta, vt est Baptismus?

Alex. Alen.

2. ar. 3. §. 3. &

m. 3. art. 1. &

2. D. Bon. q.

3. S. Th. art. 1.

& d. 17. q. 3.

ar. 1. q. 1. &

sequentiibus.

Ric. Sco. &

Dur. vbi su-

pra.

CONCLUSIO I.

SACRAMENTALIS Confessio non est in re ad salutem, neque ad iustificationem etiam post Baptismum necessaria: quia neque Baptismus in re est necessarius, cum sufficiat in voto: tum quia obligaretur homo ad impossibile, vt si in articulo mortis deficeret minister.

CONCLUSIO II.

CONFESSIO est necessaria ad salutem finalem, saltem post Baptismum, in re, si adest confitendi facultas, sin minus, in voto erit satis. Conc. hæc est definita in Conc. Trid. expressè Sess. 14. Can. 6. quia nullus ab impossibile obligatur.

CONCLUSIO III.

AD salutem finalem consequendam, quando non est copia confessoris, satis est habere desiderium virtuale, seu implicitum, ita, quod si tunc haberet copiam confessoris, verè confiteretur: Ratio est: quia votum confessionis potest contineri in corruptione, & ideo non requiritur actuale confessionis votum ad salutem finalem.

Ric. est. vbi

supra art. 2.

q. 1. & contra

Magistrum

Can.

CONCLUSIO IIII.

AD iustificationem virtute Contritionis non requiritur votum actuale, siue propositum faciendi confessionem sacramentalem:

Hæc est Ric.

vbi supra. &

Adria. q. 1. de

confessione ad.

nam

2. & Scot.
contra S. Th.
d. 17. art. 1. q.
1.

Aff. 10.

Alex. Alen.
q. 76. m. 3. &
77. m. 5. ar. 8.
Sco. ibid.

nam sufficit virtuale. Pater: quia cum non requiratur votum actuale Baptismi ad iustificationem in via; ut constat exemplo Cornelij, neque votum actuale confessionis erit necessarium: utrumque enim sacramentum est ad salutem necessarium.

Quarta diffi. An sit de necessitate sacramenti, ut fiat vni

Sacerdoti ad aurem?

CONCLUSIO.

CHRISTVS IESVS instituit auricularem, siue secretam confessionem. Definita est expressè in Conc. Trid. Sess. 14. cap. 5. & Can. 6. vbi ita legitur: Si quis dixerit, modum secretae confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper obseruavit, & obseruat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inuentum esse humanum, anathema sit.

Hinc intelliges, cau. esse Caiet. super Ioan. cap. 20. vbi duos errores affirmavit: vnum est, institutam fuisse à Christo confessionem voluntariam, cum sit ab Ecclesia definitum, necessariam esse ad salutem: nam quod est voluntarium, ut religionis ingressus, non est ad salutem necessarium. Alterum, scilicet, modum confitendi ad aurem non esse à Christo institutum, & hic error est in Conc. Trid. eirato damnatus.

Quinta diffi. An sit ita de iure Diuino iste confitendi modus, ut sit quoque de essentia sacramenti?

CONCLUSIO.

NON est modus iste secretae confitendi de essentia sacramentalis confessionis, nam etsi publice fiat, erit sacramentalis. Definita est in Conc. Trid. vbi supra his verbis. Caterum quoad modum confitendi secretum apud solum Sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem delicta sua publice confiteri possit: non est tamen hoc Diuino precepto mandatum: vbi aperte Ecclesia definit, Christum modum secretae confitendi instituisse, & publicam confessionem non prohibuisse.

Vide Castru
vbi supra.

SENTA

Sexta diffie. An confessio sit sub præcepto?

CONCLUSIO I.

SACRAMENTALIS confessio non solum est necessaria ad salutem, ut baptismus, verum etiam est sub præcepto, diuino obligante transgressores ad mortale. Definita est in Concil. Trid. Sess. 4. cap. 5. ita enim legitur: Ioanis est eorum calumnia, qui sacramentalem confessionem à mandato Diuino alienam, & inuentum esse humanum, atque à patribus in Conc. Lateranen. si congregatis initium habuisse, docere non verentur. Lege etiam Can. 6.

Alex. Alen. q. 76. m. 3. c. 9. 77. m. 1. art. 3. c. m. s. art. 17. reliqui dist. 17. D. Bona. art. 2. q. 1. Ric. ar. 1. q. 4. Sco. q. 1. Dur. q. 9. S. Tho. art. 1. ubi supra.

CONCLUSIO II.

PRÆCEPTUM Confessionis colligitur ex cap. 20. Ioan. ubi dicitur. Accipite S. S. &c. hæc Concl. est definita expressè contra Caiet. cap. 5. ubi supra in Conc. Trid.

Ex his colligitur, posse aliquem damnari propter solam sacramentalis confessionis omissionem: ut qui virtute cõtritionis esset iustificatus, & in articulo mortis nollet confiteri, cum posset.

Caiet. ca. uend. APPEN.

Septima diffie. an fuit semper hæreticum negare confessionis præceptum, vel de illo dubitare?

DVE sunt opiniones. Prima Adrian. q. 2. de confessione, qui tenet partem affirmantem. Secunda est Mediar. C. de pœnitent. in q. de necessitate confessionis, asserentis, olim non fuisse hæreticum, sed fuisse hæresim.

CONCLUSIO.

ANTE Conc. Later. erat hæreticum negare necessitatem confessionis: negantes tamen non erant hæretici. Ratio est: quia nondum erat ab Ecclesia declaratum, &c.

Art. II. Qui teneantur ad confessionem?

ABSOLVETVR articulus aliquot difficultatibus positis.

Prima

Prima

Alex. Alen. q. 77. D. Tho. art. 3. D. Bona. art. 2. q. 1. Sco. q. 1. ubi supra.

*Prima diffie. An sit omnibus, etiam infidelibus
confessionis preceptum impositum?*

*Alex. Alen.
m. 1. Ric. ar.
9. q. 4. reliqui
ubi supra.*

*Scot. libera-
tur.*

DVÆ sunt opiniones. Prima Ric. affirmantis: infideles tene-
ri, quatenus est preceptum Diuinum, hunc sequuntur Ange-
lus verbo Confessio. 7. §. 2. & Gabr. d. 17. hanc opinionem falso
tribuunt Sco. d. 17. q. 1. vbi agit contra Gloss. asserentē, esse tantum
ab Ecclesia institutam. Ait enim, quia sequeretur, quod infideles
non tenerentur ad confessionem: Vbi, vt dicit Adrianus, argumen-
tatur Sco. ad hominem in materia confessionis, quoniam Cano-
nista affirmant infideles teneri ad confessionem. Contra, inquit
Scot. si confessio esset tantum de iure Ecclesiastico, sequeretur
infideles non teneri ad confessionem, cuius oppositum Canonista
affirmant. Quid? quod d. 4. lib. 4. docet Scot. peccata commissa
ante Baptismum non esse materiam confessionis.

Secunda opinio est communis, scilicet, infideles non obligari
confessionis precepto, ita quod non peccabunt, sicut peccant non
recipiendo Baptismum.

CONCLUSIO.

NVLLO iure tenentur infideles ad sacramentalem confessio-
nem. Ratio est: quia cum non teneantur post Baptismum peccata
confiteri ante Baptismum commissa, multo minus ante Baptismi
receptionem ad illorum confessionem obligabuntur. Sunt enim
commissa extra Ecclesiam iurisdictionem.

APPEN.

Hinc sequitur, quod si damnati ad vitam redirent, non tene-
rentur peccata in inferno commissa confiteri.

*Secunda diffie. An Papa teneatur ad sacramentalem suorum
peccatorum confessionem?*

CONCLUSIO I.

*Vide Ric. ar.
9. q. 5. & S.
Thom. & D.
Bona. dist. &
Caiet. de mi-
nistro huius
sacramenti.*

PAPA alicuius peccati mortalis conscius ad sacramentalem
obligatur: quia quæ sunt iuris Diuini, & ad salutem necessaria,
vt est pœnitentia, omnes obligant.

CONCLUSIO II.

PAPA non tenetur ad annuam confessionem, ita vt mortaliter
peccet, si per totum annum non confiteatur. Patet: quia non obli-
garur

gatur legibus Canonicis à se latis. Nullus enim habet supra se iurisdictionem, neque alij Rom. Pont. quia par in parem non habet potestatem.

*Ric. est ubi su
prà. ad 3.*

CONCLUSIO III.

RATIONE vitandi scandali tenetur Papa, saltè semel in anno confiteri: esset enim aliis occasio ruinæ, præsertim cū teneatur aliquando publicè, vel communicare, vel celebrare, & tunc Diuino tenetur iure sacramentalem confessionem præmittere, vt patet suprà q. 2. de Eucharistia.

Tertia diffi. A quo Sacerdos, Papam absoluens, facultatem habet?

LEGE Magistrū Cano in prælectione de pœnitentia parte 5. vbi affert tres opiniones: & prima est S. Tho. D. Bo. vbi suprà, quibus adhæsit Turrecremata de potestate Eccles. li. 1. c. 89. Secunda opinio est Paludani d. 19. q. 2. asserentis, habere auctoritatem absoluendi, non à Papa, sed à Christo. Tertia est Caiet. vbi suprà S. Tho. ad primum dicentis, iurisdictionem, quâ habet Sacerdos absoluendi Papam, nec esse à Christo, neque à Papa, vt dicit Paludanus, neque à Papa tanquam à superiore sui ipsius, vt dicit cõmunis opinio, neque ab Ecclesia, sed solùm ex electione, per hoc, scilicet quòd Papa se subiicit illi, illūque eligit. Est & 4. opinio, qua tenetur, quòd quemadmodum in receptione ordinis datur cuicunque simplici Sacerdoti potestas iurisdictionis respectu venialis, & mortalis, quæ pœnitens aliàs confessus est: & etiam respectu cuiuscunque peccatoris in articulo mortis: ita datur tunc iurisdictione eidem Sacerdoti absoluendi Papam.

*vbi sup. S.
Tho.*

CONCLUSIO.

QUARTA opinio est probabilior: & probatur antiquissima Ecclesiæ consuetudine: nam à temporibus Apostolorum semper Papa confessus est sua peccata cuicunque Sacerdoti, tanquam Ecclesiæ ministro, tenenti auctoritatem à Christo IESU, qui vocètenus hoc, quemadmodum & alia multa Apostolis declarauit.

F. t. q. 4.

R

Quarta

Scot. d. 17.
quæst. 11.

Quarta diffic. Qua etate pueri ad confessionem suorum peccatorum tenebuntur?

CONCLUSIO.

QVAMPRIMUM scit puer, vel puella discernere inter bonum & malum, etiam ante 14. annum tenetur ad confessionem. Ratio est: quia ante 14. annum potest mortaliter peccare, & mortale non dimittitur, nisi per confessionem in re, aut in voto, quæ est ad salutem necessaria.

DVBIVM.

An pueris ante 14. annum, & puellis ante 12. possit Eucharistia ministrari?

CONCLUSIO.

SI examinati penetrauerint, quanta cum reuerentia, & timore accedendum sit ad Eucharistiam, & quid sub speciebus illis lateat, maioremque dispositionem esse faciendam ad susceptionem Eucharistia, quam aliorum ciborum, poterint illam sumere. Ait enim B. Paul. Iudicium sibi manducat, non diiudicans corpus Domini.

1. Corinth. 11.

Quinta diffic. An mutus teneatur confiteri?

CONCLUSIO.

TENETUR per nutus & signa, communis est Theologorum sententia. Habet enim fidem actualem incarnationis non ex auditu, sed ex illustratione interiori S. S. qui nunquam deficit in necessarijs: & ita eo modo, quo potest, ad confessionem tenebitur.

Sexta diffic. An qui non habet Sacerdotem sui idiomatis, teneatur per interpretem confiteri?

CONCLUSIO I.

NON tenetur aliquis per interpretem confiteri. Ratio est: quia iugum Domini suaue est, atque ita neminem voluit ad confessionem eo modo faciendam obligare, vt pœnitentis peccata in publico iudicio probari possent.

Contrariam

S. Th. q. 3. ar.

4. vbi supra

Scot. d. 17. in

solus. argu-

mentorium.

Ric. art. 2. q.

4. Caiet. ver.

confes. condi-

tionis 11.

Alex. Alen.

q. 77. m. 5. ar.

9. reliqui d.

17. S. Th. q. 9.

ar. 1. Scot. q. 1.

Ric. ar. 2. q. 5.

Contrariam opinionē tenet Magister Cano in Relectione de pœnitentia parte. 5. vbi dicit, in ar. mortis teneri ad confessionem per interpretem.

CONCLUSIO III.

Si talis confessio fiat, erit sacramentalis. Confirmatur ex Cōc. Ric. est & B. Thom. d. 17. Trid. Sess. 14. cap. 5. vbi docetur, non esse de essentia confessionis, vt sit secreta: non enim prohibetur, quin aliquis possit publice confiteri.

Septima diffi. An teneatur aliquis deficiente Sacerdote per epistolam vel per internum absentem confiteri?

CONCLUSIO.

NULLVS ad talem confessionem tenetur: probatur eodem modo, quo prima conclusio proxima.

Octaua dif. An si quis ita confiteretur, esset sacramentalis confessio?

PALVDANVS d. 17. & Adria. q. 1. de confessione ad 3. partem affirmatiuam tenet.

CONCLUSIO.

TALIS confessio non esset sacramentalis. Probatur ex Can. D. August. Sco. & Caie. quem pœnitent. de pœnitentia. d. 1. & est B. August. vbi dicitur: Precepit Dominus mundatis, vt se ostenderent sacerdotibus, docens corporali presentia confitenda peccata, non per nuncium, nō per scripturam manifestanda.

Nona. An habens tantum peccatum veniale, teneatur ex precepto Ecclesie singulis annis confiteri?

DVÆ sunt opiniones: Vna affirmans, & est Alex. q. 77. D. Bo. na. & Ric. d. 17. Altera negās Sco. d. 17. q. 1. ar. 4. Adria. q. 4. li de confessione ad argumenta Gab. eadem d. Caie. in additionibus ad 3. par. & in 2. p. q. 65. ar. 2. ad 4.

Tenetur tamen, inquit, apparere coram Prælato, & dicere: Gratias ago Deo meo, quod non sum conscius alicuius mortalis: vt pastor vultum pecoris agnoscat.

CONCLUSIO.

NVLIVS habens tantum veniale tenetur ex praecepto Ecclesiae semel singulis annis confiteri. Ratio est: quia illud praeceptum Ecclesiasticum de annua confessione, solum est quaedam determinatio praecepti Diuini, quoad tempus: & cum praeceptum Diuinum neminem obliget ad confessionem venialium (possunt enim sine poenitentia remitti, in Purgatorio, & remittuntur de facto) neque praeceptum Ecclesiae obligabit: & colligitur ex Conc. Trid. Sess. 14. cap. 5.

Ric. ar. 9. q. 5. Decima diffi. An qui tempore mortis loqui non potest si generaliter confiteatur, ostendens rursione pectoris contritionis signa sit sacramentaliter absoluentus?

DVÆ sunt opiniones. Prima Paludani d. 21. q. 2. art. 4. dicentis, sufficere generalem confessionem, & c. quando specialis haberi non potest. Contraria est Abulensis super Matth. 16. q. 79. tenentis, generalem confessionem per nutus, & signa non sufficere ad sacramentalem.

CONCLUSIO I.

SOLA generalis confessio per nutus, pectus percutiundo, siue per verba, non est materia huius sacramenti. Ratio est: quia sicut in foro exteriori nullus ut homicida damnabitur, quanuis generaliter se homicidam esse confiteatur, nisi aliquod peculiare homicidium probetur: ita in foro animae.

CONCLUSIO II.

QUANDO aliquis pra maxima agitudine non potest peccatum exprimere, si fuerit in mortis articulo constitutus, optimu erit consilium, ut Sacerdos aliquo peccatum particulare ab eo exquirat circa suum statum, illum interrogando, etsi poenitens per signa illud expresserit, poterit tunc ab omnibus peccatis illum sacramentaliter absolueret. Ratio est: quia habet iam confessionis, & absolutionis materiam: & hoc modo intelligendus est Sco. dist. 21. q. 4.

Vndecima

Vndecima diffic. Quis præter prædictos ad confessionem teneatur?

CONCLUSIO.

OMNIS vtriusque sexus fidelis, cum ad annos discretionis peruenit, tenetur proprio Sacerdoti peccata sua confiteri, expresse definita est in Conc. Lateran.

Duodecima diffic. An possit Rom. Pont. in aliquo casu dispensare, ne aliquis per totam vitam ad confessionem teneatur?

*S. Tho. art. 6.
q. 6. Ric. art.
6. q. 7. Dur.
q. 9.*

CONCLUSIO I.

PAPA non potest dispensare cum aliquo, ut non teneatur ad sacramentalem confessionem. Ratio est: quia confessio sacramentalis in re, aut in voto est lapsa post Baptismum ad salutem necessarijs, quemadmodum Baptismus: & in ijs, quæ sunt ad salutem æternam finalem necessaria, Papa non habet dispensandi potestatem.

CONCLUSIO II.

QUANTVIS id non possit, potest tamen dissimulare nõ compellendo per aliquod tempus ad confessionem, & hoc propter vitandum deterius malum, quod difficilius destrui posset: ut sunt hæresis, & schisma.

CONCLUSIO III.

POTEST tamen iusta de causa dispensare cum aliquo, ut non teneatur ad annuam confessionem: ut si fidelis viueret inter Saracenos, ne singulis annis ad terras fidelium veniret ad querendum confessioem, etiam si posset.

Art. III. Quibus temporibus confessio fit sub præcepto?

*Alex. Aten.
q. 77. reliqui
d. 17. D. Bon.
art. 2. q. 1. S.
Th. ar. 5. q. 6.
Ric. art. 3. q.
6. Dur. q. 10.*

ABSOLVITVR aliquot difficultatibus positis.

Prima diffic. An homo, cum primum mortaliter peccat, statim iure Diuino confiteri teneatur?

DVÆ sunt opiniones. Præceptum enim confessionis obligat duplici iure Diuino, & Ecclesiastico: & de Diuino est opinio

f. r. q. f. 4.

R 3

nio

nio Innocentij, & Archidiaconi super caput omnia vtriusque sexus, & Guilielmi Parisiensis in tractatu de pœnitentia, qui tenent partem affirmantem.

Côtraria opinio est Theologorum vbi supra, & Adrian. q. 3. de confessione.

CONCLUSIO I.

NULLVS tenetur de iure Diuino statim post peccatum commissum confiteri. Ratio est: quia præceptum confessionis est affirmatiuum.

CONCLUSIO II.

CONFESSIO in voto obligat iure Diuino, quandoque contritio est sub præcepto. Ratio est: quia contritio includit in se votum, id est, cõfítendi propositum: est enim altera pars pœnitentiæ: quale autem propositum requiritur, supra explicatum est.

Art. 1. 2.
quest.

CONCLUSIO III.

ACTVALIS confessio obligat, quando imminet certissimum periculum, vel mortis naturalis, vel violentæ. Articulus patet: quia est præceptum Diuinum confessionis, quod post mortem non potest impleri.

Vide 1. art.

APPEN.

Hinc, qui ingressurus est ad bellum, & habet Sacerdotis copiam & est conscius mortalis culpæ, si ante congressum belli non confitetur, mortaliter peccat, perinde qui non confitetur, quando imminet certissimum naufragium, vel quando aliquis scit mortis insidias sibi ab aduersarijs parari. Notanter dicitur, quando imminet certum mortis periculum: vnde excusantur à mortali mare ingredienti, & fœminæ partui proxima: quia in mortis art. potest aliquis virtute bullarum plenariè absolui, quod non conceditur incipientibus nauigationem, aut fœminis parturientibus.

Lege infr.
Dubio sequenti.

CONCLUSIO IIII.

NECCESSARIA est sacramentalis confessio, quando est accipienda Eucharistia. Patet 1. ad Corint. Probet autem seipsum homo, &c. Vnde Conc. Trid. colligit præceptum Diuinum de confessione ante Eucharistiam præmittenda: sed de his supra de Eucharist. contra Caiet.

CONCLUSIO V.

EST etiam necessaria, quando Ecclesia determinauit confessionis tempus. Ratio est: quia, si secluso Ecclesiæ statuto, obligaremur

mur ad confessionem in articulo mortis, aut semel in vita tantum, esset quidem serè impossibile, integrè confiteri præ nimia obliuione: quare etiam si Ecclesia tempus confessionis nõ determinasset, aliquoties confiteri iure Diuino teneremur: nam illo etiam ad integram confessionem obligamur.

D V B I V M.

Si non esset ab Ecclesia determinatum tempus, quorum iudicio stādū esset:

C O N C L V S I O.

EPISCOPI, vel Papa essent consulendi, si non haberemus generalem declarationem. Probat^r Deut. 17. vbi ita præcipitur: Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem, & sanguinem, lepram, & lepram, surges, & venies ad Sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore: vbi apertissimè docet S. S. consulendos esse episcopos, quando dubium est, obligent ne præcepta affirmatiua tunc, an non? & ita olim Fabianus Papa determinauit, vt confessio ter singulis annis fieret.

Deut. 17.

Hinc collige, incepturum longam nauigationem, ita vt non possit intra tempus confiteri ab Ecclesia determinatum, teneri ex præcepto confessionem anteponere.

APPEN. 1.

APPEN. 2.

Obligatur etiam aliquis iure Diuino quando imminet periculum carenti cōfessore necessario, quem non habet, & scit tempore confessioni determinato se non habiturū. v.g. habet aliquis casum Episcopo reseruatam, quem modò præsentem habet, at neque confiretur illi, neque petit ab eo auctoritatem, & rationem vitandi scandalum, postea absente Episcopo, est celebraturus, aut communicaturus, tunc tenetur iure Diuino confessionem præuenire: nam vt Cathecumenus tenetur præuenire tempus Baptismi, si timer ministrum sibi defuturum, ita & hic tenebitur, quando non potest suo tēpore fieri, illam præuenire, cū confessio sit necessaria ad salutem: nota, certissimum periculum dici, quòd frequentius contingit.

R. 4

Secunda

Secunda diffi. An præceptum annuæ confessionis obliget transgressores ad mortale?

*Alex. Alen.
sup. in titulo
an confessio
sit sub præcep-
to D. Bonn.
& Ric. ibi.
Sco. q. 1.*

DVÆ sunt opiniones. Prima communis affirmans d. 17. Altera negans solius Dur. d. 17. q. 4.

CONCLUSIO I.

PRÆCEPTUM annuæ confessionis obligat ad mortale. Ratio est: quia est præceptum Diuinum, quoad tempus indeterminatum: determinatum verò ab Ecclesia, vt semel singulis annis impleatur: quare mortaliter peccat illud transgrediens: quia Ecclesia non imponit confessionis præceptum, sed tantum declarat præceptum Diuinum de confessione, semel singulis annis fideles obligare.

CONCLUSIO II.

PRÆCEPTUM Ecclesiæ de annua confessione non obligat præcisè in quadragesima, sed potest quolibet anni tempore adimpleri. Patet: quoniam in Can. omnis vtriusq; sexus, quemadmodum ieiunij, non ita & confessionis præcisum tempus definitur, sed solum modò dicitur, vt quilibet Christianus semel singulis annis confiteatur.

APPEN. 1. Hinc, si quis extra quadragesimam confiteatur, non erit transgressor præcepti de annua confessione.

APPEN. 2. Hinc, etiam si quis mense Ianuarij confiteatur, & postea in Paschate non sumat Eucharistiam, erit reus tantum præcepti Eucharistiæ sumendæ.

*Hæc est Cæ. s.
s. parte de
pœni. & Soto.
18. q. 1. art. 4.*

Tertia diffi. Qui non est confessus per integrum annum, poterit differre confessionem vsque ad finem anni sequentis?

ID EST, erit ne extra statum salutis, donec confiteatur?

DVÆ sunt opiniones. Prima B. Antonij, qui dicit non teneri vsque ad sequentem quadragesimam. Secunda, & cõtraria est Medina. C. de pœnitentiâ q. de cõfessione semel singulis annis agenda.

CONCLUSIO I.

Qui non est in quadragesima confessus, est extra salutis statum, donec confiteatur. Patet: quia hoc sacramentum est necessarium ad salutem, & sub præcepto singulis annis: quare, donec impleatur, erit trans-

erit transgressor reus aeternae mortis: illud liquidem est ad iustificationem necessarium, sine quo nulli iustificatio contingit.

CONCLUSIO II.

Quia non recipit Eucharistiam in die Paschatis, non tenetur usque ad sequens Pascha illam recipere. Ratio est: quia praecipuum recipiendi Eucharistiam non est ad salutem necessarium, quemadmodum Baptismus, & confessionis praecipuum.

Alex. Alé. per totum hunc art. q. 77.

Art. IIII. De integritate confessionis, de qua eius materia.

Caieta. q. 1. de confessione. Vega libr. 13. c. 30. super Conc. Tri.

¶ ABSOLVETVR aliquot difficultatibus positis.

Difficultas. Sit ne veniale peccatum materia confessionis?

Alex. Alen. m. 2. art. 5. D. Bon. art. 2. q. 1. Ric. ar. 2. q. 4. ad 1. Scot. q. 1. d. 17.

CONCLUSIO.

VENIALIA peccata materia confessionis esse possunt. Patet: quia Leo diximus inter art. quos contra Lutherum damnauit, fuit ille, quo dicebat in primitiua Ecclesia manifestè mortalia solum tractata fuisse: estque laudabilis Ecclesiae consuetudo confitendi venialia, quae maximam habet auctoritatem. Et habetur Sess. 14. cap. 5. Conc. Trid.

Prima diffi. Sint ne omnia mortalia peccata confessionis materia, ita vt peccet, qui illa non confiteatur?

Alex. Alen. m. 1. & 2. D. Bona. q. 2. & 3. Ric. ar. 3. q. 4. vbi supr.

CONCLUSIO.

OMNIA mortalia peccata occulta, siue publica, orisque siue cordis, aut operis, sunt materia confessionis, necessarioque confitenda. Ratio est: quia finis huius sacramenti, quod est iudicium occultum, non solum est, vt Deo fiat satisfactio, verum etiam, vt illi per hoc iudicium peccator reconcilietur: & cum impossibile sit hominè ex parte Deo recòciliari (esset enim tunc regni, & perditionis filius) impossibile profectò erit, vnū peccatū sine alio remitti, & per consequens erunt omnia necessario confitenda: nam Sacerdos, qui tunc iudex est, non potest, causa ignorata, absolutionis sententiam ferre. Fuit haeresis olim Vuitcless, & Petri de Osma asserentium prauas cogitationes sola còtitione sine ordine ad clauas absque confessione in re, aut in voto deleri.

Haeresis.

Secunda diffc. Sunt ne omnia peccata quantum ad numerum confitenda?

Alc. Alc. m.
5. ar. 2. D. Bo.
na. & Ric. lo-
co citato, &
q. 9. Sco. q. 1.
Dur. q. 15.
Ioan. 20.

CONCLUSIO I.

IURE Diuino tenetur homo omnia, & singula peccata sua confiteri. Ratio est: quia Deus neminem absoluit, nisi quem Sacerdos absoluerit: vt constat Ioan. 20. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c. & cum neminem possit Deus de lege ex parte absolueri, neque Sacerdos poterit: & vt integrè absoluat, præcedat integra confessio, necesse est: iudex enim non potest, nisi cognita causa, iudicare.

CONCLUSIO II.

NON tamen tenetur iure Diuino, nisi illa solùm, quorum memoriam habet, confiteri. Definita est in Conc. Flor. expressè vbi ita legitur. Secunda pars pœnitentiæ sacramenti est hominis confessio, ad quam pertinet, vt peccator omnia sua peccata, quorum habet memoriam, integraliter confiteatur: & ita intelligèdum est Caput Omnis vtriusque sexus. &c.

CONCLUSIO III.

IURE Diuino ante confessionem mediocris saltem peccatorum inquisitio est præmittenda: nam cum confessio integra sit de iure Diuino, & non possit quis integrè confiteri, nisi præuia suorum peccatorum recordatione, erit necessario talis inquisitio præferenda.

APPEN. r. Hinc, si ante confessionem nulla, aut minima peccatorum recogitatio præmittatur confessio erit dimidiata per accidens, & nulla: quare priùs excitare debet memoriam discurrendo multipliciter per Diuina mandata, per loca, tempora, negotia, personas cum quibus conuersatus est post vltimam confessionem: hæc est enim mediocris diligentia. Hoc Consilium est commune, præsertim Scot. d. 17. vbi ait Pœnitens in reuocandis peccatis ad memoriam tantam adhibeat diligentiam, quantum in negotio arduo solent homines adhibere.

CONCLUSIO IIII.

PECCATOR non tenetur facere totùm, quod efficere potest, ad memoriam peccatorum conseruandam: nam tunc, vel obligaretur quamprimum peccaret mortaliter, adscribenda peccata, & hoc non

hoc non: quia constitueretur in periculo infamandi se, si scripturam amitteret, vel esset illi statim post peccatum necessarîo confitendum, quod præstare non tenetur: quia vt semel in anno Confiteatur præceptum est.

CONCLUSIO V.

PEC-CATIS in memoriam reuocatis, tenetur pœnitens singula singulatim, quando sunt diuersa specie, confiteri: colligitur ex Conc. Latera. & Flor. vbi dicitur, Peccator confiteatur omnia, id est, singula peccata singulatim.

Hinc, quando peccata sunt eiusdem speciei, poterit pœnitens APPEN. 1.
plura vnico actu confiteri dicens, qui decies blasphemauit, confiteor me decies blasphemasse. hoc enim modo singula peccata exprimet.

CONCLUSIO VI.

QUANDO pœnitens non est certus de numero peccatorum, satis est, vt probabilem numerû explicet: vt si dicat exempli causa: decies plus, minúsve, hoc peccatum commisi: etsi postea recorderetur duodecies peccasse, ad duo illa confitenda minimè tenebitur: quia additione paulo plus continentur, secus verò, si quater, aut quinquies amplius se deliquisse recorderetur.

Hinc aliquot appêdices inferuntur. Prima vnusquisq; tenetur APPEN. 3.
singulas cogitationes, orisq; & operis peccata singula confiteri.

Hinc, non satis erit dicere, fuit mihi cordi per mensem hominem interficere: desideratur enim vt exprimat, quoties illud de nouo proposuit, quoties cum alijs tractauerit, & quoties alios, vt sibi opem ferrent, induxit. APPEN. 4.

Hinc, non opus erit consumi in inquirendo præcisum peccatorum numerum, vt sint 19. ann. 20. numero, cum satis sit, plus minúsve addere. APPEN. 5.

Hinc, si pœnitens, vt maiori numero minorem comprehendat, APPEN. 6. A
pluries dicat se aliquod peccatum perpetrasse, quam perpetrarit, & hoc ex industria, irritat confessionem, non autem si bonafide, cum sibi ita esse videatur. Ratio est: quia Deus à nobis mintus, quam efficere possimus postulat.

Tertia diffic. Quid si peccatorum recordatio impossibilis esse vi deatur, vt si meretrix per triennium fuerit in loco publico, quomodo numerum exprimet?

CONCLUSIO I.

QUANDO diuturna fuerit peccandi perseverantia, tamta-
que frequentia, quòd difficilimum sit peccatorum numerum
memoria tenere, satis erit tunc confiteri tempus quo in peccato
perseveravit: vt meretrix biénio in lupanari posita debet ita con-
fiteri: Quotidie erã parata per biennium in loco publico, & sæpe
opere, & cogitatione cū varijs hominibus solutis, scilicet, & con-
iugatis peccavi, &c. Ratio est: quia numerus peccatorum explica-
tur, vt intelligat Sacerdos pœnitentis statum, illùmque iudicare
possit: & si prædicto modo confiteatur, multo melius illius statum
intelliget.

*Caiet. est vbi
supra.*

CONCLUSIO II.

SI pœnitens diutius perseveravit in peccato, & numerum pec-
catorum memoria tenere potest, ad numerum explicandum obli-
gabitur: vt qui per annum fuit concubiniarius, & cum concubina,
sicut cum vxore non vixit, facilè poterit peccatorum numerum
explicare.

APPEN. 1. Hinc, faciliùs poterunt meretrices, lenones, vsurarij, latrones,
& ceteri per longissimum temporis spatium in peccato perseue-
rantes sua peccata confiteri, quàm ceteri Christiani: quia solùm
tenentur explicare tempus, quo in peccato fuerunt, ad multitudi-
nem peccatorum declarandam.

APPEN. 2. Hinc, Dei misericordia erga nos declaratur, vtpote, qui dete-
rioribus hominibus tam facilem salutis viam præparauerit.

APPEN. 3. Hinc, si spatio trium tantùm dierum, ita fuit aliquis amore ine-
briatus, vt numerum peccatorum non recorderet satis erit, vt se
trium dierum spatio ita amore exæcatum fuisse, confiteatur.

APPEN. 4. Qui confessus est tempus, quo in peccato perseveravit etiamsi
postea numerum recorderet, non tenebitur illum confiteri: iam
enim integram confessionem fecit, qua confessor eius statum in-
tellexit: est autem confessoribus maior ratio de proposito non
peccandi pœnitentis, quàm de numero peccatorum habenda.

Quarta

Quarta diffic. An circumstantia, que peculiari præcepto, non prohibentur, sint necessario confitenda.

CONCLUSIO I.

CIRCUMSTANTIÆ, quæ neque augent, neque minuunt peccatorum malitiã, necessario confitendæ nõ sunt. Cùm enim non sint peccata, non sunt confessionis materia, v. g. si quis interdium, aut noctu, gladio, vel fustè hominem interficeret.

CONCLUSIO II.

CIRCUMSTANTIÆ, quæ omnino peccatorum malitiam minuunt faciuntque esse veniale, aut nullum, si factum in confessione exprimatur, necessario sunt confitendæ: vt si quis accedat ad alienam, quam inuincibiliter suã esse arbitrabatur, vel hominẽ ad sui defensionem interficiat. Ratio est: quia omittẽs huiusmodi circumstantias in confessione mortaliter peccat: mentitur enim mortaliter, cùm mendacium mortale confiteatur, nisi ignorantia excusetur.

Hinc, qui hominem per ignorantiam inuincibilem interimit, vel qui alienum in extrema necessitate rapit, si confiteatur factũ, tenebitur talem circumstantiam exprimere.

CONCLUSIO III.

QUANDO circumstantia non in tantum minuit peccatum, vt omnino tollat mortalis malitiam, prætermisio tamen illius esset causa, vt pœnitens apud confessorem infametur, tenebitur talem circumstantiam confiteri: vt si puella metu mortis commisit stuprum: vel aliquis, vt elemosynam largiatur, furatus est alienũ: tales circumstantiæ erunt exprimendæ, vt pœnitens suæ famæ cõsulat: dicit enim scriptura, Curam habe de bono nomine: nisi fortè pœnitenti placuerit propter humilitatem suæ famæ, suoque iuri cedere.

CONCLUSIO IIII.

QUANDO circumstantia peccati malitiã minuit, & non altero modorum secundæ, & tertię conclusionis pœnitens illam confiteri minimè tenebitur: vt si dicat pœnitens, accessi ad pulchram captus maxima pulchritudine. Ratio est: quia hæc circumstantia potius est peccati excusatio quàm accusatio.

CON:

Ale. Alen. g. 77. Soto. m. 3. D. Bo. ubi supra g. vltima Ric. art. 3. q. 5. Caie. in tractatu de Cõfessione. q. 7. Circũstãtia.

Ecclesia. 42.

CONCLUSIO V.

CIRCUNSTANTIÆ mutantes speciem in genere moris, sunt necessariò confitendæ, non autem quæ in genere naturæ. Ratio est: quia primæ prohibentur peculiari præcepto, non autem secundæ.

CONCLUSIO VI.

CIRCUNSTANTIÆ multum aggravantes peccati malitiam intra eandem speciem necessariò confitendæ sunt. Ratio est: quia Sacerdos debet applicare medicinam iuxta quantitatem morbi, ut constat ex cap. omnis utriusque sexus: quod præstare nõ potest, nisi pœnitens circumstantiam notabiliter aggravantẽ confiteatur: nam si quis miles per annum simplicem fornicationem commisit cum vna tantum, iam tenetur illud exprimere, quia accessit ad illam, tanquam ad concubinam, estq̃e illi præcipiendũ, ne cum illa familiare colloquium habeat: quod quidem non esset imponendum, si semel, aut iterum tantum illã cognovisset, nisi se, quoties illam alloquitur exponi periculo peccandi mortaliter intelligeret. Hæc conclusio est Alexand. quem sequuntur Soto, Cano, Medina. Oppositum tenent S. Th. D. Bon. & Dur. Sco. verò dicit, vitile esse illas confiteri.

Alex. Alen.
ubi supra.

Quinta diffi. An circumstantia diei festi sit necessariò confitenda?

DVÆ sunt opiniones. Prima modernorum, qui tenent partẽ affirmantem. Secunda S. Thom.

CONCLUSIO.

QVI die dominico fuit fornicatus, vel aliud flagitium commisit, non tenetur hanc circumstantiam cõfiteri: non enim præcepta diuina secundum sensum spiritualem, sed secundum literalem tantum obligant.

Sexta diffi. An quodlibet peccatum in loco sacra commissum speciem mutet?

CONCLUSIO.

CIRCUNSTANTIA loci sacri solùm mutat speciem, quando est peccatum furti, vel fornicationis, vel violenta san

ra sanguinis effusio. Ratio est: quia hæc tria duntaxat peculiari præcepto canonico prohibentur; in reliquis tamen est considerata circumstantiæ grāuitas: nam si fuerit scandali causa, &c. tunc erit confitenda.

Septima diffic. An circumstantia stupri sit necessariò confitenda?

V. G. confitetur virgo, seu vir, qui neque fornicatione, neque pollutione honestatem fregit, tenebitur ne hic libidinosas cogitationes confitendo dicere se virginem esse: idè quaritur de eo, qui concupiscit virginem, atque etiam primo actu, quo vir, aut fœmina virginitatem perdidit. Magister Soto affirmat in peccato cogitationis non esse necessarium stupri circumstantiam confiteri: at verò in actibus exterioribus bonum esse, si per fornicationem virginitatem amiserit. Contraria opinio est communis d. 17.

*Diff. 18. q. 2.
Art. 4.*

CONCLUSIO.

CIRCUMSTANTIA stupri tam cogitationis, quàm actus est necessariò confitenda: Probat. idem Soto affirmat circumstantiam notabiliter aggrauantem esse necessariò confitendam: quam obrè, cum stupri circumstantia notabiliter aggrauet libidinis peccatum, erit siue cogitatione, siue opere, à fœmina, siue à viro necessariò confitenda: quod intellige, nisi confessor statim fœminæ nouerit: vt in monialibus, quæ si fuerit corrupta, non est necessarium hoc exprimere cum sit circumstantia minuens: neque si fuerit virgo: huius enim status hoc satis indicat.

Octaua diffic. An pœnitentem ex ignorantia præmittentem aliquod peccatum teneatur Sacerdos illud sciens illustrare, vt pœniteat, & confiteatur?

CONCLUSIO I.

QUANDO pœnitens ignorantia iuris, aut facti laborans inquit ratione scrupuli confessoris iudicium, in tali casu teneatur Sacerdos veritatē manifestare: nam, si veritatē præmittat, nil respòdendo erit causa, vt pœnitēs in aliquo errore còstituat, si verò mentiatur, peccat mortaliter. v. g. si mulier, quæ sciens nupsit consanguineo intra quartum gradum, ignorans hoc esse ab Ecclesia prohibitum, requirat confessoris iudicium: tunc etiam si sciret

sciret scandalum, siue peccatum oriturum, tenebitur veritatem declarare.

CONCLUSIO II.

PŒNITENS culpabiliter ignorans, quæ ad fidei articulos pertinent, vel aliquod Decalogi præceptum, necessariò est à confessore, etiam non rogato, illustrandus: vt, si fornicationem simplicem peccatum mortale esse nesciat. Ratio est: quia omnis Chrifticola tenetur credere, saltem implicite, quidquid Ecclesia credit, & omnia præcepta Decalogi scire, quorum obseruantia est ad salutem necessària.

CONCLUSIO III.

QVANDO pœnitens laborat ignorantia inuincibili iuris, vel facti eorum, quæ non omnes scire tenentur, si Sacerdos se nihil profuturum arbitretur docendo, non tenebitur illum edocere. v. g. nupsit fœmina cõsanguineo intra quartum gradû, vel quia ignorabat tale matrimonium esse prohibitum, quæ est ignorantia iuris, vel quia consanguinitatem, siue affinitatem nesciebat, si Sacerdos nihil se profuturum arbitretur, reticere tenebitur. Ratio est: quia talis ignorantia laborans non peccat, etsi illuminetur, fortè peccabit: propterea quòd aut non petet dispensationem, aut dum petit, ad non suam accedit.

APREN. Si Sacerdos nouerit aliquam mulierem nubere proprio fratri occulto & adulterino, & sine scandalo separari non posse, illos docere minimè tenebitur. Verum de his in flosculis 2. lib. de ignorantia latius.

Nona diffi. Quid si pœnitens pratermittat aliquod mortale peccatum, non ex ignorantia inuincibili, sed ex obliuione, erit ne à confessore admonendus?

DVÆ sunt opinioniones. Vna negans Medina. C. de pœnitentia. Altera affirmans Caieta. in summa verbo. Interrogationes confessorum.

CONCLUSIO I.

NON est de essentia sacramenti, vt Sacerdos interroget pœnitentem, quem credit, in reuocãdis peccatis ad memoriã debitam adhibuisse diligentiam: quia interrogare peccatum oblitum, neque

neque ad confessionis integritatem, neque ad absolutionem, & eiusdem peccati remissionem est necessarium: peccatū enim oblitum, ut saepe diximus, per gratiam sacramentalem remittitur.

CONCLUSIO II.

IN casu huius difficultatis confessor non interrogando pœnitentem mortaliter peccat: quia cum sit iudex, non potest iustam ferre sententiam, si ex negligentia interrogationum circumstantia necessario confitendæ omittantur. Dicitur enim in cæp. omnis vtriusque sexus: Confessor diligenter inquiret peccatoris, & peccatorum circumstantias, quibus prudenter intelligat, quale debeat consilium, & remedium adhibere.

Art. V. De casibus reservatis explicata sunt tres difficultates.

PRIMA, an pœnitens habens casum reservatum, si prius inferiori, quàm superiori confiteatur, teneatur etiam superiori peccatum, cuius absolutio fuit reservata, confiteri?

Secunda, si iste prius ad superiorem accedat, poterit ne illi sola peccata reservata confiteri, & postea inferiori reliqua?

Tertia, quomodo inferior, aut superior in tali casu poterit pœnitentem absolvere, quin cadat super omnia peccata absolutio?

Duran. d. 17. q. vlt. 4. adducit quatuor opiniones: quarum prima dicit, pœnitentem teneri bis integrè cōfiteri, primo: inferiori, qui, auditis omnibus eius peccatis reservatis, & non reservatis, debet illum ab omnibus absolvere, & iterum superiori integrè confiteri, qui illum vel absolvet, vel ad absoluendum inferiori remittet. Prima pars est erronea contra Conc. Trid. Sess. 14. Can. 11. vbi habetur: Si quis dixerit, reservationem non prohibere, quo minus Sacerdos à reservatis verè absolvat anathema sit. Secunda pars est falsa: quia Deus nunquam aliquem bis ad duas integras eorundem peccatorum confessiones obligavit.

Secunda opinio asserit teneri ad integram confessionē reservatorum, & non reservatorū inferiori faciendam, à quo sacramentaliter est etiā à reservatis absoluendus hac lege, ut postea coram superiore compareat, non ut ab illo absolvetur sed ut vultum peccatoris agnoscat, cui debet sola peccata reservata manifestare. Prima pars huius opinionis est contra Concil. Trid. modò citatum.

*Adr. cautè
legendus.*

Secunda est condemnata ibidem Can. II. vbi ita definitur. Si quis dixerit, Episcopos nõ habere sibi casus reseruatõs, nisi quoad politiem exteriorem, anathema sit. Hæc est Adria. vbi suprà, qui existimat pœnitentem habentem casum reseruatõm, si sacramentaliter ab inferiori absoluetur, postea à superiori non absolui sacramentaliter.

Tertia opinio tenet, peccatorem in Deum, & in Ecclesiam peccare, & ab inferiori absolui sacramentaliter quoad Deum, à superiori verò, cui tenetur reseruata tantum manifestare, absolui solum quoad Ecclesiam, non sacramentaliter. Vtraque pars huius opinionis etiam est erronea, vt constat ex Concil. modò citato, & infra etiam dicitur.

Quarta opinio defendit, posse pœnitentem cõfessionem dimidiare, sola reseruata superiori confitendo, & non reseruata inferiori. Hanc sequuntur Caiet. in summa, verbo Confessio. cap. de condit. conc. 10 & Soto. in 4. d. 18. q. 2. ar. 5. quibus contradicit Magister Cano in relectione de pœnitentia, parte 5. de casibus reseruatõs agens. His additur, quinta opinio S. Th. D. Bon. Ric. d. 17. qui tuentur, pœnitentem obligari ad integram confessionem, si prius inferiori confiteatur, à quo debet absolui à non reseruatõs, & remitti ad superiorem, à quo erit à solis reseruatõs sacramentaliter absoluendus.

CONCLUSIO I.

QUANDO casus habet annexam excommunicationem, si pœnitens inferiori prius confiteatur, & tenetur casum reseruatõm confiteri, à quo nullo modo erit à non reseruatõs sacramentaliter absoluendus, donec superior, à censura absoluat, vel absoluendi auctoritatem inferiori concedat. Ratio est: quia excommunicatio maior priuat à receptione Sacramentorum: vt in cap. si celebret. de presbytero excommunicato celebrante definitur. Vnde non erit absolutionis sacramentalis capax, donec per superiorem ab excommunicatione absoluetur.

CONCLUSIO II.

SI pœnitens habens casum reseruatõm, cui est excommunicatio annexa, prius ad superiorem accedat, solum casum reseruatõm confiteri tenebitur, à quo superior non sacramentaliter, sed à vinculo tantum excommunicationis illum absoluet: talis enim con-

fessio

fectio non est sacramentalis, sed iudicialis tantum à vinculo excommunicationis: qua quidē absolutione obrenta pœnitens illud peccatum simul cum aliis inferiori tenetur confiteri, vt ab omnibus sacramentaliter absoluator: nam sublata censura per absolutionem superioris, talis casus non est amplius reseruatus: atque hic est mos, & consuetudo Romanæ Curia, vt Durand. & Cano vbi supra affirmant.

CONCLUSIO III.

Si pœnitens habeat reseruatum casum, cui non est annexa excommunicatio, & prius coram superiori compareat, tenebitur integrè cōfiteri, & superior audire illius confessionem, vel auctoritatem concedere: aliter enim confessio esset nulla, quia integritas confessionis est de iure Diuino, atque ita præsente sufficiente cōfessore, qualis est superior, nō poterit pœnitens confessionem dimidiare. Hæc est Dur. Adria. & Cano, contra Soto & Caiet.

CONCLUSIO IIII.

QVANDO casus reseruatus non habet reseruatum censuram, si pœnitens, absente superiore, inferiori cōfiteatur, integrè confiteri tenebitur. Patet: quia integritas confessionis est de iure Diuino, & pœnitens habet præceptum integrè confitendi eidem Sacerdoti, quando nulla subest iusta causa dimidiandi confessionē: vt in hoc loco, vbi nulla est causa.

Ferè communis est.

CONCLUSIO V.

SI superior est præsens, prius est auctoritas postulanda, quam pœnitens absoluator: si verò sit absens, hac lege erit absoluendus, vt habita opportunitate, superiori cōfiteatur, vel ab illo auctoritatem postulet. Ratio primæ partis est: quia quando superior est præsens, nulla subest causa diuidendi absolutionem: atq; ita expectanda erit ante absolutionem superioris auctoritas. Secunda pars etiam constat: quia in absentia Prælati non habetur copia cōfessoris, quantum ad absolutionem casuum reseruatorum, & habetur quantum ad non reseruatos. Vnde poterit à non reseruatis absolui, vt diximus S. Tho. est. d. 17. 4. Ric. ibidem contra Dur. eadem d. & Adria. materia de casibus reseruatis.

Limitanda est hæc conclusio, vt intelligatur solum in casu necessitatis, quando pœnitens necessario propter vitadum scandalū communicare, vel celebrare debet: & secundò quando casus non

habet annexam excommunicationem: nam si haberet, esset prius à superiore, quantumvis absente absoluendus, nisi in mortis articulo, vel in aliquo casu, de quo infra de excommunicatione: ut si aliquis occultè esset Papali excommunicatione ligatus, & si non celebraret, sequeretur scandalum, posset ab inferiore lege prædicta absolui.

Vide Sylu.
verbo Conf.
primo §. 19.
Adri. in ma-
teria casuum
reservatorii
idem tenet.

Prima diffi. Si pœnitens, obtenta a superiore fecerit confessionem irritam, ut si fictè confessus sit; tenebitur ne iterum auctoritatem petere?

CONCLUSIO.

NON tenetur auctoritatem iterum ad absolutionem petere. Ratio est: quia auctoritatem concedere, est casum reservatum, non reservatum facere: & pœnitentem legitimam, vel illegitimam confessionem facere, non reuocat auctoritatem semel à superiore concessam.

APPEN.

Hinc, concessa semel à prælato auctoritate subditis, omnia peccata illuc vsque commissa desinunt esse reservata, quanvis subditus ab illis non absoluitur.

Adri. cautè
legendus.

Adrianus ibidem dicit, simplicem Sacerdotem, id est, carentem auctoritate superioris ad audiendas confessiones posse à causa reservato oblito, post semel concessam auctoritatem, absolvere, quod est falsum: nam licet possit à venialibus absolvere, & à mortalibus debitè olim confessis, non tamen ab oblitis, quæ nunquam in confessione manifestata fuerunt.

Secunda diffi. Si superior nolit auctoritatem concedere, tenebitur ne pœnitens illi confiteri?

CONCLUSIO.

HAUD dubiè tenebitur. Dicitur enim in ca. omnis utriusque sexus: teneatur confiteri proprio Sacerdoti, quòd si alieno voluerit confiteri, petat prius, & obtineat à proprio auctoritatem, cum aliàs non valeat absolutio: & cum proprius Sacerdos respectu casus reservati sit solus superior, sine huius licentia petita, & obtenta, absolutio erit nulla: quamobrem illi confiteri tenebitur.

Tertia

Tertia diffic. Quando absolutè Prælatus auctoritatem concedit, intelligetur ne de referuatis tantùm ante commissis, vel etiam de committendis intra spatium à superiore concessum?

CONCLUSIO.

EXTENDITVR etiam ad cõmittenda intra spatium concessum. Ratio est: à simili in concessione bullarum: vbi auctoritas casuum referuatorum de commissis & committendis intelligitur: quare similiter quando conceditur auctoritas ad tempus, nisi aliud à superiori prælato exprimat.

Quarta diffi. Si Papa concesserit auctoritatem à referuatis facienti omnia, quæ in Iubileo continentur, si pœnitens v. g. feria sexta non ieiunauit, vt tenebatur, valebit ne referuatorum absolutio, ante feriam sextam facta?

CONCLUSIO.

VALEBIT absolutio non referuatorum quoad remissionem culpæ: quia fuit verum sacramentum: nihilominus pœnitens tenebitur iterum auctoritatem obtinere, vt à referuatis absoluator. Ratio est: quia indulgentiæ tantùm valent, quantum sonant, & non amplius. Et hæc auctoritas fuit hac conditione concessa, vt pœnitens faceret omnia, quæ in Iubileo continebantur. Confirmatur: nam Romanus Pontifex rogatus, an ille, per quem stetit, quominus in Iubileo contenta implerentur, esset absolutus, non esse absolutum responderet.

Quinta diffic. Qui in articulo mortis, vel propter aliud impedimentum fuit à censura, vel excommunicatione Papæ vel alicui superiori referuata absolutus, cessante illo articulo, siue periculo, tenebitur ne iterum coram superiore comparere?

CONCLUSIO.

TENEBITVR, cessante tali articulo, vel impedimento, vt pro excommunicatione satisfaciat: sin minus, redibit excommunicatio. Definita est in cap. eos qui, de sent. excommunicat. in 6. & anima duerte, hanc conclusionem ad alios casus referuatos non extendi: quia cùm sit constitutio pœnalis, non est amplianda.

Sexta diffie. *Poterit ne alius à Rom. Pont. in foro conscientia à confuris, sedi Apostolica, & casibus cana Domini, & à crimine hæresis hodie absolueret?*

CONCLUSIO.

POTERVNTI modò Episcopi ab omnibus casibus Papæ reseruatis, dummodo sint occulti, absolueret. Definita est in Conc. Trid. Sess. 24. cap. 6. his verbis: Liceat Episcopis, & infra, in quibuscunque casibus occultis, & in foro conscientia gratis absolueret, &c. Idem & in hæresi crimine in eodem foro conscientia, eis tantum, & non eorum Vicarijs sit permissum. hæc Concil.

APPEN.

Hinc, ab excommunicatione propter hæresis crimen soli Papæ reseruata, à qua etiam per bullas Cruciatæ nullus, præter Inquisitores, olim poterat absolueret, hodie (si tamen crimen fuerit occultum, ita, vt non possit iudicium deferri) Episcopi, & nò eorum Vicarij, qui modò in Ecclesijs Cathedralibus Pœnitentiarij dicuntur, absolueret poterunt.

D. Bon. d. 21.
ar. 1. q. 1. Di-
ran. d. 16. q. 4.
Caie. ver. cõ-
fessio. cõditio-
ne 10. Adv. in
materia con-
fessionis. Can.
in 5. p. de pœn.

Septima diffie. *Quando ex confessione alicuius peccati timetur malum aliquod pœnæ, vel culpa, poterit ne pœnitens illud peccatum calare?*

NOTA primum, quatuor possunt à pœnitente timeri, vel reuelatio certi peccati: vel ruina confessoris: vt si puella taceat turpes cogitationes, ne præbeat Sacerdoti illam sollicitanti, sacrilegij occasionem: vel mors aliena: vt si pœnitens accessit ad forem confessoris pœnitentis cõsanguineam, ex cuius circumstantia confessione timet, ne soror dicta agnoscat, & interficiatur: vel quarto infamia participantis in peccato: vt si pœnitens accessit ad matrem propriam, vel sororem confessori notam.

CONCLUSIO I.

Nota.

PŒNITENS qui potest confiteri alieno Sacerdoti, peccat mortaliter, timens aliquod ex quatuor detrimentis positus si proprio confiteatur. Ratio est: quia si confitetur illud proprio, mortaliter peccat. Potuit enim, & tenebitur tale periculũ alieno Sacerdoti confitendo vitare, si autem illud taceat, peccat quoque mortaliter: quia sine causa confessionem, quam potuit integram facere dimidiat.

dimidiat: potuit enim ex licentia proprii, vel priuilegio superioris alieno confiteri.

CONCLUSIO II.

Q V A N D O pœnitens non habet facultatem confitendi alieno, nec potest illam à proprio, vel à superiore obtinere, si sit, tunc temporis confessio sub præcepto (& non alias: quia neq; est celebraturus, neque communicaturus) vel quia esset scandalum non cōfiteri: in tali euentu tenetur peccatum, ex cuius confessione timetur, vel reuelatio, siue mors propria, vel alterius, cælare. Pater: quia præceptum de vitando in alio peccatum est naturale & diuinum: præceptum verò de integra confessione est diuinum tantum: atq; ita in tali casu magis illud, quàm hoc obligabit, cū sint incōpossibilia, & quia non habet copiam sufficientis confessoris: nam extracatum necessitatis, quando confessio nō est sub præcepto, insufficienti confessori non est confitendum, & tunc non est sufficiens confessor respectu illius peccati, ex cuius confessione scandalum, aut aliquis casus ex superioribus timetur, atque ita tale peccatum erit cælandum. Nullus enim à confessione integra excusatur nisi in casu necessitatis, Communis est DD. sent.

CONCLUSIO III.

Q V A N D O timetur ex confessione pœnitens confessoris ruina, si confessor erat iam ad peccandum paratus, non erit tale peccatum in confessione cælandum: si enim Sacerdos proprius iam puellam sollicitauit, quam peruertere non potuit, non erit, illi causa ruina, puella libidinofas postea cogitationes confitendo, atque ita non erit tale peccatum in confessione silentio inuoluendum.

CONCLUSIO IIII.

Q V A N D O ex manifestatione alicuius peccati sequitur magna participantis, quæ confessor bene nouit, infamia, tale peccatū erit præmittendum. Ratio est: quia præceptum confessionis est tantum diuinum: præceptum verò, quo participantis in crimine infamia prohibetur, est diuinum, & naturale, & est præceptum iustitiæ: quare, ambobus concurrentibus, potiùs secundum, quàm primum obligabit. Est autem D. Bona. consilium notandum, scilicet, quando ad peccatum vitandum expedit doctorem aliquem cōsultare, tūc integrum erit peccatum alienum extra confessionem

*S. Th. Sylue.
verbo cōfessionis.
I. §. 18.
Caieta. ubi
supra.*

*Caiet. & Cā.
est contra cōmuniem.*

*S. Th. & Du.
d. 16. D. Eon.
dist. 21.*

deregere. Ratio est: quia propria salus spiritualibus est conseruanda, & fama alienae anteponenda. v. g. si puella non posset se ab importunis Episcopi precibus liberare, tunc integrum illi erit Episcopi peccatum, etiam cum illius infamia, causa petendi consilij deregere.

Octaua diffi. Quando Sacerdos, & poenitens sunt contrariae opinionis, tenetur Sacerdos illum absolueret?

QUANDO poenitens opinio est probabilis, etsi Sacerdotis opinio probabilior sit, Sacerdos illi absolutionem neque debet negare, nec potest, nisi qua enim absolutio neganda est, nisi propter mortale peccatum, & poenitens illam tenendo non peccat.

S. Th. tota q.

10.

Art. V. Quinam sunt sacramentalis confessionis effectus?

CONCEVSI O I I.

CONFESSIO ut est pars, vel quasi pars, sacramenti poenitentiae, & peccata remittit, & ut causa moralis, non vero ut instrumentalis gratiam ex opere operato confert. Ratio est: quia sacramentum nihil aliud est, quam partes illius simul sumptae. Vnde cum confessio sit pars sacramenti poenitentiae, confert gratiam, ut dictum est: notanter dicitur, ut causa moralis, non ut instrumentalis: quia confessio praecedit tempore peccatorum remissionem, & sacramentalem gratiam (non enim gratia tempore confessionis, sed absolutionis datur) & causa instrumentalis simul cum suo effectu est. Ut Arist. 2. Phys. docuit: oppositum tenet Soto in 4. d. 18. q. 2. ad 5. quod autem, ut causa moralis operetur, constat: nam causa moralis est, quae mouet principalem efficientem ad operandum, qualis est confessio, quatenus est pars sacramenti: nam mouet Deum Opt. Maximam, ut virtute passionis Christi gratiam confitenti donare dignetur.

Arist. 2. Phys.

CONCLVSIO I I.

CONFESSIO haec in voto non ex opere operato, sed operantis dicitur esse, & remissionis peccatorum, & gratiae causa. Ratio est: quia per contritionem remittuntur peccata, & confessio in voto pars contritionis est.

Art.

Art. VI. *Quanam sunt bonæ confessionis conditiones & quot numero?*

CONCLUSIO.

XVI. sunt, quæ his distichis continentur. Sit simplex, humilis, confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata, Fortis, & accusans, & sit parere parata. Ex his omnibus quatuor conditiones sunt de essentia confessionis. Prima, ut sit accusans, non excusans, nisi sit circa aliquam circumstantiam minuendam peccati malitiam, ut supra diximus. Secunda, ut sit integra, ut ex superioribus constat. Tertia, ut sit nuda, id est, ne verborum ambitu obscuratur, ut à Sacerdote circumstantiæ necessariæ percipiantur. Quarta est parere parata, scilicet, quoad satisfactionem, & restitutionem. Reliquæ conditiones ad decorem tantum confessionis pertinet, de quibus copiosè Caiet. in summa verbo confessio, & Soto in 4. d. 18. q. 2. art. 2. disputant.

S. Tho. q. 9.
ar. 4. Ric. d.
17. ar. 3. q. 9.

Conditiones
Confessionis.

Art. VII. *Quando erit reiteranda confessio?*

ARTICVLVS absoluetur nonnullis difficultatibus positus, quibus variæ causæ ob quas confessio est reiteranda, explicabuntur.

Prima diffi. An quando pœnitens ex malitia non integrè confitetur, confessionem reiterare teneatur?

CONCLUSIO I.

QUANDO confessio rationabilem ob causam dimidiatur reiteranda non est, ut in 4. casibus art. 5. 7. difficultate diximus. Ratio est: quia confessio non dimidiatur, tunc quando non habetur sufficiens confessoris copia, & in casibus illis positus pœnitens non integrè confitetur, & non habetur copia, &c.

CONCLUSIO II.

QUANDO ex malitia pœnitens aliquod mortale peccatum prætermittit non integrè confitetur, & confessionem illam cum sequentibus ex quo peccatum fuit prætermittum, reiterare tenetur. Ratio est, quia confessio integra est materia huius sacramenti:

S 5 vt defi

DD. d. 17.
Ric. ar. 2 q. 8.
Duran. q. 13.

vt definitum est in Conc. Florent. vbi habetur, materiam esse omnium peccatorum confessionem, quorum pœnitens memoriam habet.

APPEN. 1. Idem est iudicium, quando ex verecundia, siue malitia omittit veniale, quod mortale esse arbitrabitur: quoniã tunc peccat mortaliter: nam agit contra conscientiam, atque ita cõfessio est mala.

CONCLUSIO III.

SI pœnitens eidem confessori, cui dimidiata facta est confessio, postea confiteatur, satis erit malitiam dimidiationis, & peccatum prætermissum confiteri. Ratio est: quia nõ est de essentia confessionis, vt confessor tempore absolutionis omnium peccatorum recorderetur, præsertim cum imposuerit iam peccatori pœnitentiam.

Limitatio.

Intelligenda est conclusio, dummodo postea non fuerit alteri confessus: tunc enim illa peccata etiam confiteri tenebitur: est etiã intelligenda, dummodo confessor tempore reiterationis sit legitimus, sicut fuit confessionis tempore.

APPEN. 2.

Hinc, si post biennium confessio reiteretur, & iam confessor nõ habet autoritatẽ, erit quærendus alius, cui integrẽ confiteatur.

*Durã. d. 17.
q. 15. reliqui
vbi supra.*

Secunda dif. An confessio ex negligentia dimidiata sit reiteranda?

CONCLUSIO I.

*Rie. & Adr.
est.*

ACCEDENS ad confessionem, nulla prorsus facta peccatorum recogitatione, peccat mortaliter, & illam reiterare tenebitur. Ratio est: quia dimidiata est ex negligentia latissima, quæ dolo, & malitiã æquiualeat.

CONCLUSIO II.

Adria est.

QUANDO pœnitens aliquam diligentiam adhibuit, licet non exactam, si illam confiteatur, non erit reiteranda confessio: quia aliqualis diligentia in recogitandis peccatis, & Sacerdotis examinatio integram confessionem efficiunt.

CONCLUSIO III.

Adria est.

QUANDO confessio est sub præcepto, & in periculo mortis pœnitens constitutus, spatium recogitandi non habet, si tunc confiteatur, et si postea superuixerit, ad confessionem reiterandã non obligabit: quia in tali casu à peccatorum recogitatione excusatur.

Tertia

Tertia diffic. Quando ex ignorantia dimidiatur reiteranda est?

Ric. ab Adr. ubi suprâ.

CONCLUSIO I.

QVANDO pœnitens prætermittit aliquod peccatum mortale inuincibiliter ignorans esse mortale, non est confessio reiteranda. Ratio est: quia cum non peccauerit, peccatum inuincibiliter ignoratum committens, ad eius cõfessionem non tenebitur.

CONCLUSIO II.

QVANDO peccatum prætermittitur ex ignorantia culpabili confessio est reiteranda. Ratio est: quia confessio fuit non integra ex parte pœnitentis, atq; ita sacramentũ fuit nullũ. De ignorantia autẽ quando à peccato excusat, in flosculis sup. 2. lib. sen. inuenies.

Hinc, qui non est confessus fornicationem simplicem, tenetur reiterare confessionem: quia ignorantia culpabili mortale esse ignorabat. Adria. est vbi suprâ, & oppositum tenet Cano. de pœnitentia parte 2.

APPEN.

Quarta diffic. An confessio informis sit reiteranda?

V. D. quando fit à ficto pœnitente, qui vel non habet dolorem, vel si habet, efficaci tamen proposito remouendi peccatorum occasiones caret.

DVÆ sunt opiniones. Prima affirmans S. Tho. Soro, Cano, hi omnes affirmant, aliquam esse reiterandam, aliquam verò non. Contraria opinio est Adrian. scilicet, quando sacramentalis absolutio non sortitur suum effectum, sacramentum esse nullum, & ex consequenti reiterandum.

S. Th. d. 17. q. 9. ar. 1. Caie. q. 5. de Confessione & ver. Absolutionis impediẽta Cano p. 5. de pœnit. Scot. d. 18. q. 3. Adria. q. 5. de pœnit. dubio 5.

CONCLUSIO I.

QVANDO nullum habet pœnitens peccatorum dolorem, vel si habet, caret tamen proposito deserendi statim peccata, confessio est omnino reiteranda. Communis est opinio, & oppositum erroneum: quoduis enim sacramentum, materia deficiente, est nullum, ac perinde confessio, cum careat dolore, vel proposito prædicto, caret materia, & ex consequenti est nulla.

Hinc, omnes confessiones meretricum, vsurariorum, concubinariorum, & eorum, qui ultionem iniuriarum quærunt, sunt etiam reiterandæ: nam licet habeant dolorem, tamen confessionis tempore in statu peccati perseuerabant.

APPEN. I.

Hinc,

APPEN. 2.

Hinc, qui sua peccata tanquã historiam quandam in cõfessione narrant, sine dolore præcedente, vel concomitante, non verè confitentur, & confessionem reiterare tenentur: nam deficit materia.

CONCLUSIO II.

QUI habent attritionem propter metum gehennæ, ita, quòd si gehennam non timerent, peccarent, confessionem reiterare tenentur. Ratio est: quia cùm illa attritio sit peccatum, non poterit, etiam mediante sacramento, esse dispositio ad gratiam.

CONCLUSIO III.

QUANDO pœnitens habet aliquam peccatorum detestationem, quia fortassis solù ob pœnas temporales, vel propter infamiã, vel quia amisit aliqua bona tēporalia, dolet, simulq; habet inefficax propositum cauendi peccata, atq; hoc ad sacramentũ sufficere, & ad nihil amplius obligari arbitratur: tunc gratiam sacramentalem non consequitur, licet verum recipiat sacramentum, ita, vt ad reiterandam confessionem non teneatur: in hoc sensu est vera opinio B. Tho. & ita à Soto declaratur: & patet conclusio, quia talis pœnitens propter propositum inefficax est fictus, atque ita nõ consequitur gratiã: nam Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictũ: si enim verè pœniteret, efficaciter cauere peccata proponeret. Quod autem verũ recipiat sacramentum, cõstat: alioqui enim si tale propositum cum ignorantia ad hoc non sufficeret, semper deberemus omnes confessiones præteritas reiterare: quia nullus, qualem habuerit in illis cõfessionibus dolorem, qualeue propositũ recordatur. Notanter dicitur in conclusione, si opinatur hoc ad sacramentum sufficere: quia si suæ indispositionis est conscius, & illam confiteretur, non erit absoluendus, & Sacerdos illam absoluens erit sacrilegus, si illam non confiteatur erit confessio dimidiata, & reiteranda. Quamobrem, vt ab obligatione reiterandi confessionem liberetur, vt non sit suæ indispositionis conscius, desideratur.

Ver. Absolutionis impedimenta, & ver. Confessionis iteratio.

Quinta diffie. An pœnitentiæ sacramentum, fictione per contritionem recedente suum, vt Baptismus sortiatur effectum?

DVÆ sunt extremæ opiniones. Prima Caiet. vbi hanc excellentiam Baptismi omnibus sacramentis tribuit, Can. parte 5. de pœnitentiã soli Sacramento pœnitentiæ illam concedit. Contrariam defendit Soto.

CON

CONCLUSIO.

POENITENTIAE Sacramentum fictè receptum, si tunc fuit validum, omnem suum effectum sortitur, cum primùm per generalem contritionem fictio deletur. Ratio est: quia cum pœnitens non teneatur habere propositum confitendi iterum illa mortalia peccata, quæ fictè confessus fuerat, quia sacramentum fuit validum, vt in prima difficultate diximus, profectò peccata illa, habita ratione ad confessionem, aut ad absolutionem præteritam per generalem contritionem remittentur, atque ita, recedente fictione, suum sortitur effectum.

Sexta diff. Qui fictè in quadragesima confitetur, & à Sacerdote non absoluitur, excusabitur ne à præcepto Ecclesia de annua confessione?

DD. d. 17.

DVÆ sunt opiniones. Communis partem affirmantem defendit. Contraria opinio est Duran. Adria. Medinç. C. de pœnitentia. idem videtur sentire Soto.

CONCLUSIO.

QUI tempore quadragesimæ est impœnitens, si Sacerdoti omnia peccata sua confiteatur: & impœnitentiam, ob quam sine absolutione relinquitur à præcepto Ecclesia de annua confessione, ita vt illius præcepti non sit reus, excusatur. Definita est expressè ab Alex. Papa cap. quod quidam. de pœnitentiis, & remiss.

Dnr. q. 13. c. 14. Adria. q. 5 d. Confessi. Medin. q. de pœn. Soto v. bi supr.

DVBIUM.

Tenebitur ne Sacerdos sigillum secreti talis confessionis seruare?

CONCLUSIO.

TENETVR omnino: quia illa confessio est sacramentalis, est enim accusatio sui ipsius, & ex natura sua disponit ad sacramentum, si ex parte pœnitentis non esset obex.

Septima diff. An pœnitens excommunicatus, reticens excommunicationem teneatur reiterare confessionem?

Angel. Caic. ver. Absolutionis impedimēta.

DVÆ sunt opiniones Prima Angeli, & Caic. Verb. absolutionis impedimenta, qui tenent excommunicatum à peccatis, & non

non ab excommunicatione absolutum, non teneri ad reiterandam confessionem.

d. 17. q. 1.

Contraria opinio est multorum DD. quos sequitur Gabr.

CONCLUSIO I.

EXCOMMUNICATVS ignorantia inuincibili iuris, aut facti laborans, si prius à peccatis, quam ab excommunicatione absolua- tur, confessionem reiterare nõ tenebitur. Sacramētũ enim fuit va- lidum: quoniã per ignorantia inuincibilem pœnitens excusatur.

CONCLUSIO II.

SI pœnitens fuerit excommunicationis conscius, & depofue- rit contumaciam, & prius à peccatis quam ab excommunicatio- ne, absolua- tur, erit reiteranda confessio: non enim durante excom- municatione, est sacramentalis absolutionis capax, quãuis præstet iuramentum obediendi Ecclesiã: vt constat ex cap. à nobis, el 2. de sent. excommunicationis. & definitum hoc est in cap. si celebret. de Clerico excommunicato celebrante: quare multo minus pote- rit absolui, qui fuerit contumax.

Octaua diffc. An, qui mentitur in confessione, imponens sibi aliquod veniale aut mortale, confessionem reiterare teneatur?

*Verbo cõfes-
sio. conditione
4. d. 18. q. 2.
ar. 4.*

CAIET. in summa tenet peccare mortaliter, si proposuerit a- liquod veniale sic confiteri: sin minus, non nisi venialiter. Contrariam opinionem defendit Soto.

CONCLUSIO I.

QVI finxerit in confessione aliquod mortale, mortaliter pec- cabit, & sacramentum erit reiterandum: decipit namque in re gra- ui iudicẽ, & ponit obiecm sacramento, & deest fidelis materia hu- ius sacramenti, quia peccatum fictum non est materia.

CONCLUSIO II.

QVI in Sacramento pœnitentiã finxerit aliquod veniale, nec peccabit mortaliter, etiam si intendat omnia peccata venialia con- fiteri, neque sacramentum hac de causa erit irritum: non enim de- cipit iudicem in materia graui, sed leui: neque veniale, cum non sit materia necessaria confessionis, tollit sufficientẽ materiam, dum- modò sint alia peccata, à quibus Sacerdos pœnitentem absolua- tur.

CON

CONCLUSIO III.

QVANDO pœnitens affirmat tanquam certum ex industria, quod sibi dubium est mortaliter peccat, & sacramentum est nullum. Ratio est: quia deficit fidelis, & necessaria materia, quæ est de essentia sacramenti.

CONCLUSIO IIII.

SI hoc facit eligens tutiorem partem, sacramentum erit validum, quanuis erret, & venialiter peccet: cõfessio enim est fidelis, quia non mentitur, cum non dicat falsum cum intentione decipiendi aliquem: pœnitenti namque cordi tunc non est confessio-rem fallere, sed partem certiore[m] eligere.

Nona diffic. An confessio ob defectum sufficientis confessoris sit reiteranda?

DD. dist. 17.
Ric. ar. 3. q. 3.
Dur. q. 11.

CONCLUSIO I.

CONFESSIO facta Sacerdoti non habenti iurisdictionem est nulla, & reiteranda. Definita est in Conc. Later.

Hinc concessio facta simplici Sacerdoti, vel non de licentia Curati, est reiteranda, etiam post Trid. Concil. APPEN. I.

Similiter, & cõfessio facta excommunicato denunciato, & excommunicato per manifestam Clerici percussio[n]em, non enim haber iurisdictione[m]: vt in extrauag. ad euitanda scandala, habetur: nisi excommunicatus habeat titulum curati, & communiter eius excommunicatio ignoretur, vtrumque enim, scilicet, titulus, & communis error facti, id est, excommunicationis requiritur. APPEN. 2.

Hinc omnes confessiones factæ religioso apostatæ denunciato, sunt nullæ, & reiterandæ, posteaquam fuerit nota eius excommunicatio, quia deest titulus. vide Caiet. verb. absolutio, vbi citat argumentum legis Barbarius Philippus. ff. de officio præsidis. APPEN. j.

CONCLUSIO II.

CONFESSIO facta Sacerdoti, nondum denunciato, & Curato, licet à pœnitente ad hoc inducto, non est reiteranda. Ratio est: quia subditus petit ministerium sibi à Curato debitum: & confirmatur per extrauag. ad euitanda, quam apud Caiet. ver. excommunicatio minor, reperies.

CONCLUSIO III.

CONFESSIO facta Sacerdoti excommunicato, nõ curato & parato

parato ad audiendas confessiones est nulla, & reiteranda: quia grauius peccat sacramentum administrando, quàm habendo voluntatem solam administrandi, cuius grauioris peccati est particeps, qui illi confitetur: actus enim distinctio præcepto à voluntatis desiderio prohibetur, vt patet in peccato adulterij: oppositum tenent multi graues DD.

CONCLUSIO IIII.

QUANDO Sacerdos tanta laborat ignorantia, vt vel absolue-
re nesciat, vel peccata mortalia, quæ sunt contra decem præcepta
Decalogi ignoret, confessio est nulla, & reiteranda: quia non po-
test ferre sententiam, cum non habeat clauem scientiæ.

CONCLUSIO V.

*Adria. q. 3. de
Confessione
dubio 9. Ca-
ietan. verbo
Confessionis
iteratio.*

QUANDO Sacerdos non habet absoluendi intentionem, est
etiã confessio reiteranda, sunt enim materia, & forma, & inten-
tio ministri de essentia sacramenti.

CONCLUSIO VI.

*Ricar. art. 3.
Medina C.
de Confessio-
ne.*

QUANDO confessio est nulla ex defectu cõfessoris sufficien-
tis in aliquo casu ex dictis, tenebitur Sacerdos pœnitentem admo-
nere, vt iterum confiteatur. Pater à simili de Sacramento Baptis-
mi: nam minister, qui non habuit intentionem baptizandi ali-
quem, tenetur illum admonere, vt iterum baptizetur.

*Decima diffie. Pœnitens qui ex negligentia, vel obliuione pœniten-
tiam iniunctam non impleuit, tenebitur ne
reiterare confessionem?*

*Palud. d. 17.
Syl. ver. Cõ-
fessio 1. §. 3.
Haba. d. 17.
quest. 1.*

PALVDANVS, & Syluest. tenent esse reiterandam. Con-
traria opinio est verior, quam Gabr. proponit. Verum de hac
difficultate infra in q. de clauibus disputabitur. Est autem consu-
lendū non omnibus pœnitentibus, qui iniunctam pœnitentiam
non impleuerunt, vt aliquas indulgentias consequantur ad satisfaciendum pro pœna peccatis debita & vt ab obligatione implendi pœnitentiam liberentur.

*Ric. d. 18. Sco.
d. 19.*

Vndecima diffie. Est ne utilis iteratio confessionis valida?

Dist. 18. q. 1.

DVÆ sunt opiniones. Prima Ric. & Sco. qui affirmare viden-
tur absolutionem iteratam nõ remittere pœnam temporalē.
Altera, & opposita est quorundam Doctorum, quos Gabr. adducit.

CON

CONCLUSIO.

TALIS confessionis iteratio est verum sacramentum, & utilis: habet enim materiam non necessariam, sed voluntariam, & formam: & virtus passionis Christi, quæ ibi applicatur, satisfactionem aliquando pro pœna temporali debita operatur, quod quidem Scot. & Ric. nunquam negarunt.

Art. VIII. De Ministro sacramenti confessionis.

DD. dist. 17.
c. 18.

¶ HIC Art. nonnullis difficultatibus positus absoluetur.

Prima diffc. Poterit ne, Sacerdote deficiente, laico fieri confessio?

TR ES sunt opiniones. Prima B. Hieronymi, & habetur in cap. Quem pœnit. de pœnit. dist. 1. & Mag. d. 17. & ibidem S. Th. qui tenent in articulo necessitatis sub pœna peccati faciendam esse laico, qui quantumvis confessionem audiat, non poterit sacramentaliter absolvere: adduntque teneri pœnitentem confiteri iterum Sacerdoti: interim verò à summo Sacerdote Christo absolui. Quæ autem in cap. citato habentur, intelligenda sunt, dummodo pœnitens habeat contritionem.

Scot. q. unica.
S. Th. q. 8. ar.
1. 2 c. 3. Du-
ran. quest. 11.
Alex. q. 78.

Secunda opinio est B. Bona. dicentis, hoc esse tunc laudabile, non tamen necessarium.

Tertia opinio est Scot. affirmantis, hoc plerumque nõ esse laudabile, & nunquam esse necessarium.

Dist. 17. q. 1.
art. 3.

CONCLUSIO I.

HÆRETICVM est affirmare potestatem absoluendi esse penes laicos. Definita est expressè in Con. Trid. cap. 5. & Can. 10. vbi anathematizatur asserentes laicos posse sacramentaliter absolvere.

CONCLUSIO II.

DEFICIENTE Sacerdote, laudabile, & dignum erit, aliquando ratione humilitatis, aut petendi consilij laico confiteri, non tamen necessarium. Est enim talis manifestatio, opus virtutis: & hac ratione interpretanda sunt autoritates, quæ à Magistro adducuntur: vt scilicet, ratione humilitatis, vel petendi consilij: & laicus audiens alienum peccatum tenebitur sigillum secreti sub pœna peccati mortalis seruare.

Apparet

F. r. q. f. 4.

T Hinc,

APPEN. Hinc, confutatus manet error Lutheri, qui omnes laicos fartores, piscatores, &c. omnésque mulierculas, Sacerdotes esse, & potestatem absoluedi habere docuit.

Secunda diffi. Laicus, si confessionem audiat, & sacramentaliter absoluat, efficietur ne irregularis?

*Dist. 17. q. 3.
Verb. Confessio
1. §. 1.*

DVÆ sunt opiniones. Prima Palud. qui tenet partem affirmantem. Contraria est Syluestri.

CONCLUSIO.

NEQUAquam efficietur irregularis, si ita absoluat, quominus ordinari possit. Ratio est: quia cum irregularitas sit pœna Ecclesiastica, nisi in casibus à iure expressis minimè contrahetur.

*Sot. d. 18. q.
4. art. 2.*

Tertia diffi. Erit ne satis simplici Sacerdoti confiteri, vel necessariò proprio Sacerdoti erit confitendum?

CONCLUSIO.

CONFESSIO debet necessariò proprio Sacerdoti fieri, vel alieno: petita tamen licentia à proprio, & obtenta. Definita est expressè in cap. Omnis utriusque sexus.

DD. dist. 17.

Quarta diffi. Quis nam erit sufficiens cuiuscunque status confessor.

CONCLUSIO I.

SVMMVS Pontifex poterit cuicunque Sacerdoti confiteri. Hæc conclusio suprà fuit demonstrata.

CONCLUSIO II.

CARDINALES iure communi confessores sibi eligere non possunt, sed Papæ, vel eius Pœnitentiario; vel alteri de licentia Papæ, siue Pœnitentiarijs, confiteri debent. de hac Caiet. in summa, verbo Absolutio. est legendus.

CONCLUSIO III.

FAMILIARES Papæ, qui in Romana Curia vitam degunt, Pœnitentiarium Papæ, tanquam proprium Sacerdotem, habent.

CONCLUSIO IIII.

ARCHIEPISCOPI, Episcopi, ceterique Prælati exempti
Abbatess,

Abbatem, ut Abbas Metinensis, Generales Ordinum habent facultatem eligendi sibi in confessorum quemlibet simplicem Sacerdotem. Definita est expressè in cap. finali de pœnit. & remissio.

Exempti dicuntur in præsentia, qui sunt Papæ immediati: & nominantur immediati, quia in foro conscientie non habent aliud Prælatum à Papa, quantum aliud in foro exteriori habeant, ut Prouinciales Episcopi, qui habent Archiepiscopum Metropolitanum, cui subiiciuntur.

DUBIUM I.

Poterunt ne Guardiani, Abbates, Priores, Prouinciales, &c. sibi confessores, quemadmodum Episcopi, eligere?

SILVESTER duas citat opiniones. Et prima est Panor. super cap. finale citatum, & summæ Angelicæ, qui tenet dictum priuilegium non extendi ad huiusmodi Prælatos.

Verb. Confessio 1. §. 3.

Contraria opinio est Hostiensis, Palud. quos citat, & sequitur Silvester, & Soto: utraque opinio est probabilis.

d. 18. q. 4. ar. 2.

CONCLUSIO I.

NEQVA QVA possunt tali priuilegio uti: alioqui enim non haberent Guardiani aliquem casum Prouinciali referuatum, præter excommunicationem in foro exteriori positam: nam quando aliquis confitetur de licentia Papæ, non potest superior referuare sibi aliquem casum. Dubium tamen videtur esse de Prouincialibus, propter rationem textus in cap. finali. d. 5. ne pro dilatione pœnitentiæ periculum imminet animarum, unde non posset Generalis minister referuare Prouincialibus aliquem casum à se soluendum.

CONCLUSIO II.

RELIQVI Prælati non exempti, sed Episcopo subditi, ut Curati, &c. autoritate Episcopi confiteri debent, quia proprius eorum Sacerdos est Episcopus, & de iure non habent aliquod priuilegium.

CONCLUSIO III.

PRÆLATI qui autoritate Rom. Pont. continentur non habent aliquem casum suo superiori referuatum, præter excommunicationem ab illo latam: quia inferior non potest superioris autoritatem

limitare: potest tamen Metropolitanus Episcopum excommunicare, vt ex iure patet.

CONCLUSIO III.

Caiet. Verb. Absolutio. CANONICI Ecclesie Cathedralis, Curati, & simplices sacerdotes olim poterant pro arbitrio eligere confessorem ex concessione ab Episcopo tacite approbata, tunc autem hoc reuocatum est per Concil. Trid. Sess. 23. cap. 15. de reformatione: vnde nullus Clericorum potest modò confiteri nisi Curato, vel confessori per Episcopum constituto.

CONCLUSIO V.

RELIGIOSI vnius Ordinis sine licentia petita, & obtenta suorum Prælatorum, Sacerdotibus alterius ordinis confiteri non possunt, etiam si sint confessores secularium constituti. Definita est expressè in extrauag. inter cunctas.

CONCLUSIO VI.

VNIVERSI religiosi non possunt, nisi suo prælato, vel alteri religioso, de licentia Prælati confiteri. Definita est in Conc. Lateranensi, & refertur in cap. omnis vtriusque sexus.

APPEN. 1. Hinc, poterunt monachi de licentia suorum Prælatorum, Sacerdotibus alterius religionis, etiã nondum institutis confessoribus secularium, sua peccata in confessione referare; nam Conc. Trid. quando præcipit, ne religiosus audiat confessiones Sacerdotum, nisi prius ab Episcopis idoneus iudicetur, intelligendum esse de Sacerdotibus subditis Episcopis videretur: religiosi verò non sunt Episcopo subditi, & ideo eorum approbatio non desideratur.

APPEN. 2. Hinc Guardianus poterit mihi concedere facultatem confitendi religioso, qui nondum est confessor institutus: quia Guardianus est mihi proprius Sacerdos, de cuius facultate, possum alieno confiteri instituto tamen in suo ordine.

CONCLUSIO VII.

Caieta. Ver. Confessio. NECESSITAS celebrandi, Sacerdoti alieno confitendi, facultatem non præstat. Ratio est: quia in articulo mortis tantum conceditur homini facultas, vt sine licentia proprii alieno confiteri possit. vt dicitur in Conc. Trid.

APPEN. 3. Hinc, si ratione scandali Sacerdos est celebraturus, vt in q. de suscipientibus Eucharistiam diximus, satis erit tunc, vt Deo reconcilietur.

CON

CONCLUSIO VIII.

IMPERATOR orbis ex tacita Rom. Pont. facultate proprijs Capellanis, et si simplices sint, confiteri potest. *Palud. est ubi supra.*

CONCLUSIO IX.

REGES proprio Episcopo diœcesis, ubi habitant, vel Curato, in cuius parochia domus Regia sita est confiteri tenentur: uterque enim est proprius regis Sacerdos.

CONCLUSIO X.

SCHOLASTICI Salmanticenses, Complutenses; Valentini, Illerderenses, &c. tenentur Curato illius parochiæ confiteri, ubi domicilium habent: quia proprius est illorum Sacerdos.

Hinc, quantum ad forum conscientiæ, subditi erunt Episcopo, vel Archiepiscopo, ita, ut fortassis posset Episcopus illorum vota commutare, aut dispensare: suo autem Cancellario subiiciuntur quantum ad forum exterius. *APPEN. 4.*

CONCLUSIO XI.

RATIONE delicti commisi in alieno Episcopatu, vel parochia tale delictum committens alieno Sacerdoti subiicitur, & illi confiteri tenetur. *Caue Sylvestrum ubi supra §. 8. quo loco opinatur posse aliquem de licentia proprii Sacerdotis præsumpta alieno Sacerdoti confiteri, quod est contra Conc. Later. ubi definitur, petendam esse prius, & obtinendam.* *Lege in 2. p. art. 4. q. de excommunicatione diffic. 8. Sylvest. cautè legendus.*

CONCLUSIO XII.

VAGABUNDI, peregrini, viatores, isti omnes possunt confiteri Curato illius parochiæ, ubi hospitantur, aut fratribus privilegiatis, aut confessoribus in illa diœcesi per Episcopum constitutis.

Definita est in *Extraag. Eugen. j. IIII.* cuius Caiet. meminit dicens, esse limitandam, quando confessio est sub præcepto, ut in quadragesima: sed extendenda est etiam ad confessiones spontaneas, ut dicit Soto quia quando lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.

Hinc, quantum ad casus reseruatios, eidem Episcopo, ubi confitentur erunt subiecti, nisi casus sit reseruatios proprio Episcopo: tunc enim quando à proprio Episcopatu discedit specialem facultatem petere debet, alioqui absolui non poterit. *APPEN. 5.*

DVBIVM II.

Propter malitiam, & ignorantiam proprij Sacerdotis poterit ne aliquis, non obtenta ab illo licentia, alieno confiteri?

CONCLUSIO.

NEMINI ob hanc causam, nisi, prius obtenta licentia à proprio, confiteri alieno licet. Definita est in Conc. Later. quod cum absolutè dicat, nisi prius petita, & obtenta licentia à proprio, absolutè erit intelligendum.

APPEN.

Hinc, si mulier timeat à Curato induendam esse ad malum, illi confiteatur, nequaquam alieno cõfiteri poterit, nisi obtenta prius licentia, vel à Curato, vel ab Episcopo: quam si obtinere non poterit, illo anno ad confessionem non obligabitur: quia non habet sufficientis confessoris copiam.

DVBIVM III.

Peccabit ne concubina proprij Curati, illi confitendo?

Ric. dist. 17.

art. 3. q. 2.

CONCLUSIO.

SI timet inter confitendum esse illi daturam peccandi occasionem, nequaquam potest: quia ponit obicem sacramento: si vero hoc non timeat, poterit eidem confiteri.

Quinta diffic. An, præter annuam confessionem teneantur Curati suorum subditorum, quoties confiteri voluerint, suas confessiones audire?

Ric. dist. 18.

artic. 1. q. 3.

Adr. q. 8. de

Confessione.

OPINIO Ric. est negans: contraria est Adriani.

CONCLUSIO.

Ezech. 34.

QUOTIES subditi voluerint per annum confiteri, curatus illos audire tenetur: quia ex officio illos pascere, & in viam charitatis reducere tenetur. vt constat Ezech. 34. Vx pastoribus Israël, qui pascebant semetipfos: nõne greges à pastoribus pascebunt? &c. & via alia ad charitatem certior non est, quàm per confessionem.

Sexta

Sexta diffi. Qui confessi sunt fratribus privilegiatis, tenentur ne proprio confiteri?

S. Tb. q. 8. ar.
5. Adr. ubi sic
pra Dur. d.
17. q. 2. Sco. d.
18. q. 4. ar. 3.

HENRICVS de Gandavo affirmavit, vt refert Adria. Papā non posse concedere facultatem parochianis, vt, proprio Curato confiteri non teneantur, saltem semel in anno teneri arbitrabatur. Quidam Ioan. nomine de Poliaco, multo deterius erravit dicens, neque Papam neque Deum posse parochianis facultatem concedere, vt alteri, quā Curato confiteantur.

Error.

CONCLUSIO I.

EPISCOPVS cuiusque Sacerdoti non impedito potest facultatem audiendi confessiones suorum subditorum, etiam Curatis contradicentibus, concedere: nam est etiam proprius Curatus, & superior. Definita est in Canone Cunctis fidelibus. 16. q. 1.

CONCLUSIO II.

QUI semel fratribus privilegiatis ab Episcopo approbatus confessus est, eodem anno non tenetur proprio Curato confiteri: quia confitetur autoritate proprii, vt patet in cap. Omnis vtriusque sexus, & in Extrauag. inter cunctas. de privilegiis.

DVBIVM IIII.

Qui potest confessor ab Episcopo approbatus efficere?

CONCLUSIO I.

PRÆSENTATIVS potest audire confessiones intra diocesim, in qua fuit approbatus. Definita est in Clementina dudum. de sepulturis, vbi ita legitur: Extra ciuitates & dioceses, in quibus deputati fuerint, confessiones non audiant.

CONCLUSIO II.

POTERIT etiam confessiones subditorum Episcopi, à quo fuit approbatus, audire: quia, vt Curatus potest extra suam Parochiam sibi subditos audire, ita & privilegiatus.

T 4

Septima

*Septima diffi. Potest ne habens bullam Cruciatâ simplicem
Sacerdotem in confessione eligere?*

CONCLUSIO.

NON potest nisi approbatum ab Episcopo eligere. Definita est in Conc. Trident. Sess. 23. Can. 15. vbi decretum est, vt nullus, etiam regularis, possit audire confessiones secularium, & Sacerdotum, nisi prius ab Episcopis per examen, aut alias videtur idoneus.

APPEN.

Hinc, si Episcopus dederit facultatem alicui audiendi confessiones virtute bullarum, tantum poterit habentes bullâ audire: quia Concil. non dicit, nisi fuerit institutus confessor, sed nisi prius ab Episcopo per examen, &c.

Octava diffi. Poterunt ne religiosi inuito Prælato per facultatem Episcopi audire confessiones?

DVÆ sunt opiniones: Angelus partem negantem tenet. Adfirmatê q. 5. de confessione dubio primo, vbi Angelû citat

CONCLUSIO.

REGULARIS non institutus confessor à suo Prælato, si non sit suspensus, vel excommunicatus, sola Episcopi autoritate confessiones audire poterit secularium, non tamen fratrum. Ratio est: quia habet potestatem ordinis indelebilem, per quam est capax iurisdictionis, quam illi Episcopus contulit: & valebit absolutio, etiam si Prælatus præcipiat, ne confessiones audiat: peccabit tamen contra obedientiam, & puniri poterit. Si vero fuerit excommunicatus, vel à suo Prælato suspensus, non poterit confessiones audire: quia excommunicati, & suspensi à iure prohibetur, ne actu iurisdictionem habeant.

Nona diffi. In art. mortis potest poenitens cuiusque Sacerdoti excommunicato, suspenso, apostata, siue heretico confiteri?

CONCLUSIO I.

QVICVNQVE excommunicatus in art. mortis absolui potest à quavis excommunicatione, etiam Papali, per quem

quemcunque Sacerdotem simplicem, etiam excommunicatum, & denunciatum. Definita est in multis textibus iuris Canonici: nam ubi-
cumq; in iure absolutio ab excommunicatione Rom. Pont. refer-
uatur, statim subiungitur: ne ab alio, nisi in art. mortis absoluat. ut ex Can. si quis suadente. 17. q. 1. constat.

C O N C L U S I O B I
Q V I T E V N Q V E peccator poterit in art. mortis per quemlibet Sacerdotem, simplicem etiam excommunicatum à reservatis ab-
solui, atque etiam denunciatum. Definita est in Concil. Trident. expressè sess. 14. cap. 7. quod est intelligendum cautè, scilicet, de-
ficiente Sacerdote, non impedito.

Hinc, degradatus idè efficere poterit: nā Cōciliū sine distinctio-
ne, & discrimine loquitur dicens: in art. mortis oēs Sacerdotes, &c.

Hinc, eandem potestatem Sacerdos hereticus, siue apostata à fi-
de, in tali articulo habere videtur. Ratio est: quia cū Cōc. Tri. non
distinguat, neque nos distinguere debemus. Est tamen intelligen-
da appendix dummodo hereticus, siue apostata habeat intentio-
nem faciendi, quod Romana Ecclesia facit. Hæc appendix est cō-
tra quosdam Theologos, quos citat Siluest. quos Cano parte 5. de
pœnitentiâ sequitur.

C O N C L U S I O Q U I I
S A C E R D O T E S simplices in art. mortis absolventes non ha-
bēt à Christo, siue à iure Diuino, sed à Papa, & ex institutione Ec-
clesiæ iurisdictionem. Ratio est: quia solus Rom. Pont. habet mo-
dò iurisdictionem à iure Diuino, & à Christo: reliqui verò Sacer-
dotes illam à Papa, & ex institutione Ecclesiæ habent. alioquin
enim potestas iurisdictionis esset indelebilis, ut potestas conficiē-
di Eucharistiā, quod est erroneum: absolutio siquidem est nulla
quæ à proprio Sacerdote, vel ab alio de licentiā proprii non im-
peditur. Hæc est Duran. & Soto contra Paludanum, quæ sequitur.
Cano ubi supra.

*Diffi. Potest ne Laicus in artic. mortis aliquem ab excom-
municatione absolvere?*

C O N C L U S I O.

Q V A N V I S Laicus possit habere in foro exteriori spiri-
tualem iurisdictionem, non tamē, si illa caret, potest aliquem

T 5 in art.

APPEN. 1.

APPEN. 2.

Verbo Con-
fessio 1. §. ult.

Dur. d. 19. q.
2. Sec. d. 18.
q. 4. art. 4.

in ar. mortis ab excommunicatione absoluere. Ratio est: quia si excommunicatus est conscius excommunicationis, & non contumax, sed dolet, &c. iam quoad Deum est absolutus, & quoad Ecclesiam, ut possit in loco sacro sepeliri: ut pro illo sacrificia offerantur, post mortem absolui poterit, ut in cap. ex nobis: de sententia excommunicationis definitur, atque ita tali absolutione non indigebit. Paludani est contra glossam in cap. Pastoralis. de officio Ordinarij.

dist. 20.

Caieta. Ver.
confessio ca. 3.

Diffi. Quando minister non habet iurisdictionem, confessio illi facta erit ne valida?

CONCLUSIO.

SI confessor habet titulum, & illius impedimentum communiter ignoratur, confessio valebit, v. g. si collatum sit beneficium Sacerdoti excommunicato, collatio erit nulla: confessiones tamen illi factae erunt validae, & non iterandae, etiamsi postea eius impedimentum manifestetur. Patet à simili, per legem Barbarius Philippus. ff. de officio praesidis. Si autem confessor non habet titulum, & c. quid tenendum sit, supra de confessione iteranda docuimus.

Art. vlt. De sigillo confessionis?

¶ HIC Arr. aliquot positis difficultatibus absoluetur.

Prima diffi. Quo iure Sacerdos, ad sigillum confessionis teneatur?

CONCLUSIO.

IUR E naturali, Diuino, & Ecclesiastico. Ratio est: quia cum sit hoc sacramentum de necessitate salutis, si aliquo modo liceret Sacerdoti confessionem reuelare, haud dubie homines à confessione territi, sine illa perirent. Est definita in cap. Omnis vtriusq;.

Hinc prius Sacerdos mortem subire, quam confessionem reuelare tenetur.

Secunda

Alex. Alz. q.

78. DD. d. 21

D. Bon. ar. 2.

Ric. ar. 4. q. 1.

S. Tho. q. 11.

Duran. q. 21

Ep. Sco. q. 4.

APPEN.

APPEN.

Secunda diffie. An Sacerdos peccatorum impœnitentem
silere teneatur?

q. 1. s. ar. 2. D.
Bon. q. 1. ar.
2. Sylu. Verb.
cōfessio. 1. §. 1.

DVÆ sunt opiniones. Prima Alexan. Alen. dicentis, quando peccator habet propositum committēdi aliquod peccatum, vt seminandi hæresim, à quo non vult recedere, tale peccatum cadit, inquit, non sub sigillo confessionis, Alex. sequuntur Panor. in cap. omnis vtriusque sexus, & Syluest. Cōrraria opinio est Scoti q. 2. & Ricar. & S. Tho. & Dur. vbi suprā, & Caiet.

Caiet. quod.
lib. 1. q. 2.

CONCLUSIO I.

CONFESSOR sub sigillo cōfessionis peccatum futurum, vel præteritū omnino impœnitentis, dummodo sacramentaliter proponatur, sub sigillo habere tenetur. Ratio est: quia cū sit talis confessio sacramentalis, obligabit necessariò ad sigillum cōfessionis, in cap. enim omnis vtriusque sexus: sine aliqua distinct. confessionis sigillum cuiuscunque pœnitentis præcipitur, dummodo accusando seipsum illud proponat.

Hinc, si hæreticus impœnitens suum peccatum sacramentaliter proposuerit, erit silentio inuoluēdum, etiamsi ex eius impœnitentia vniuersæ Ecclesiæ dispendium immineat: nō enim sunt faciēda mala, vt veniant bona, vel vt maiora mala vitentur, cū aliter possit remedium adhiberi. Hæc est contra Panor. & Syluest. dicentes: est crimen hæresis, quod nec confessio calat.

APPEN. 1.

CONCLUSIO II.

IN casu conclusionis, & appendicis, poterit cōfessor generaliter dicere Prælato: vt caueat diligenter, & vigilet, ne in sua Ecclesia hæreses oriantur: dummodo peccatoris reuelatio non timeatur: potest enim Sacerdos reuelare crimen, dummodo verbo, aut signo criminofum non indicet.

Ad Rom. 3.

S. Thom. est.

CONCLUSIO III.

SI peccator suum crimen non accusando se, sed inducendo Sacerdotem in suum errorem, proponat, non tacere peccatorem, sed Inquisitoribus illū reuelare tenetur: talis enim cōfessio non est sacramentalis, nec cōfessio dicenda, sed modus occultè dogmatizādi.

Caietan. &
Dur. est.

APPEN. 2.

Hinc, si quis in confessione suffragium confessoris ad aliquam dignitatem comparandam precibus, vel pecunia ambiret, tale peccatum non esset sub sigillo confessionis tenendum: & de similibus simile est iudicium.

Tertia

Tertia diffie. An possit Sacerdos reuelando confessionem, venialiter tantum aliquando peccare?

CONCLUSIO I.

SACRILEGIVM, est mortale peccatum, confessionem vel venialis peccati reuelare: daretur enim occasio deterrendi alios à confessione: vnde grauisima pœna in Can. omnis vtriusque sexus, reuelantes confessionem puniuntur.

CONCLUSIO II.

Caies. Verbo confessio.

QVI dicit, Ioannes confessus est mihi sua peccata, & non addit mortalia aut venialia, confessionem non reuelat: reuelatio enim non est nisi rei ignota: & pœnitentem sua peccata confiteri, omnibus est notissimum.

CONCLUSIO III.

SACERDOS non potest absolutè dicere, talem pœnitentem non absolui: reuelaret enim tunc illius impœnitentiam, nisi subiungat, quia nondum confessionem finiuit.

Quarta diffie. Licet ne confessori laudare pœnitentem?

CONCLUSIO I.

QVANDO ex eius laude, alium esse minus laude dignum insinuatur, haud licet: esset enim hoc alterius peccatū indicare.

APPEN.

Hinc, si Sacerdos, auditis duobus socijs, vnum præ alio laudaret, vel nihil de alio diceret, eius confessionem reuelaret.

CONCLUSIO II.

Medina. C. de pœnit.

QVANDO ex inelaboratione, vel inaduertentia aliquis reuelat confessionem, si nulla inde sequatur infamia, venialiter tantum peccabit. Ratio est: quia non animo reuelandi illud dicit, nec confessionis recordatur: sed, quasi aliunde peccatum nouerit, reuelat.

D. Bona. q. 2. ar. 2. S. Tho. q. 11. art. 2. Ric. art. 4. q. 4. Sco. q. 1. d. 31. Sylu. Verbo confessio 3. §. 6.

Quinta diffie. An Sacerdos in crimine participantem, etiam in populo sub sigillo confessionis calare teneatur?

CONCLUSIO.

SACERDOS & pœnitentem, & participantem in crimine tacere tenetur: aliter enim esset reuelata confessionis reus, & pœna

& pœna contra reuelantes statuta plectendus. Perinde namque ex reuelatione participantis, atque pœnitentis, homines à confessione reuocentur.

Sexta diffi. An integrum sit Sacerdoti dicere in generali, ego audiui peccata in confessione, sine vlla pœnitentis reuelatione?

CONCLUSIO.

LICITVM est, dummodo id cautè, & ob aliquam honestam causam fiat. Definita est expressè in cap. de officij. de pœnitent. & remiss. & in cap. omnis vtriusque sexus. dicitur, ratione consultationis hoc licere, dummodo pœnitens non reueletur: cæterùm citra consultationem, vel aliquam iustam causam, temerarium hoc est, licet pœnitentis persona non reueletur. & hac ratione erit vera Panor. opinio in cap. omnis vtriusque sexus. qui conclusionem negat.

Septima diffi. An possit Sacerdos ex facultate pœnitentis reuelare peccatum, quod in confessione tantum nouit?

DVÆ sunt extremæ opiniones. Prima est negans Alex. Sco. vbi suprâ, Dur. summæ Angelicæ. Secunda est affirmans B. Tho. Bon. quos citat Gabr. eadem dist. 21.

Alex. Alex.
ar. 5. Dur. q.
4. summa
Angelicæ
ver. confessio

CONCLUSIO I.

SINE aliqua causa, & generali, non potest Sacerdos tale peccatum reuelare, nisi pœnitens illud extra confessionem narret. Lex enim de sigillo confessionis est in fauorè totius Ecclesiæ introducta, cui non potest vnus pœnitens cedere: quemadmodum nõ potest Clericus renuntiare priuilegio Canonis, si quis suadente. quod in fauorem totius Ecclesiæ est concessum.

3. 5. 3.

CONCLUSIO II.

Ex legitima causa, & respectu alicuius peculiaris peccati, satis erit pœnitentem confessori facultatem concedere illud reuelandi, quanuis extra confessionem minimè narret. Tunc enim istæ sunt æquiuales. Concedo tibi facultatem reuelandi furtum, quod tibi confessus sum, & scias me tale furtum commisisse.

Octaua

*Ale. Alē. ar.
4. D. Bon. q.
3. ar. 2. S. Tb.
ar. 5. Et Scot.
ubi sup. Ric.
d. 21. ar. 4. q.
1. Et 2.
Soto dist. 18.
in fine.*

*Octava dist. An Sacerdos possit sine sacrilegio crimen, quod scit duplici via,
in confessione, scilicet, & extra reuelare?*

ALTISSIODORENSIS partem negantem defendit.
Communis autem opinio (vt docet Gabr.) affirmat.
CONCLUSIO.

POTEST Sacerdos proponere in iudicio crimen, quod in confessione, & extra nouit. Ratio est: quia tale peccatum non reuelatur, quatenus in confessione cognitum: ex opposito enim multa crimina impunita remanent, cum Sacerdos non posset in iudicio testificari crimen, quod ante confessionem nouit, si criminofus postea illi confiteretur.

A P P E N D I X. Hinc, Sacerdos habens in iudicio contra aliquem reum, poterit illum accusare quanuis postea fuerit illi crimen notum per confessionem. seruanda tamen est prudens cautela.

Nona dist. Licet ne vnam confessionem in alia reuelare, quando aliter integra confessio fieri non potest?

V. G. peccauit Sacerdos mortaliter absoluendo Episcopum sy-
moniacum, & integre confiteri non potest nisi Sacerdoti cognoscendi Episcopum.

CONCLUSIO.

*Scoti est ubi
supr.*

TYNE Sacerdos pœnitens tale peccatum confiteri non tenetur, quando non potest sine reuelatione confessionis, quam audiuit. Ratio est: quia respectu illius peccati non habet tunc Sacerdotis sufficientis copiam.

*Alex. Alen.
ar. 1. D. Bon.
q. 1. ar. 2. Ri-
car. Et Sco.
ubi sup. Dur.
ibi. q. 4. ad 1.*

*Decima dist. Sacerdos poterit negare, se in confessione crimen
alicuius pœnitentis audiuisse.*

IN CONCLUSIO.

SA CERDOS quod in confessione nouit, scit tantum vt Deus, id est, Dei minister. Definita est expressè in cap. si Sacerdos, de officio ordinarij. vbi dicitur. Interrogatum etiam iuramento, respondere posse illud crimen nescire: dummodo aliunde illud non agnouerit. Nemo enim dicitur scire, nisi quod visu, aut alio sensu

sensu experimentaliter nouit, vt constat ex Cano. testis 3. q. 9. confessor autem nouit per solam relationem. Ric. est, D. Bon. & Dur. Oppositum opinatur Gabr.

CONCLUSIO.

SACERDOS compulsus à Tyranno, vt respondeat non per verbum scio, sed audio, poterit se nihil in confessione audiuisset, respondere; nam hæc responsio habet duplicem sensum, non audiui, vel tanquam Minister Christi, vel tanquam purus homo, & iudex secundum allegata, & probata sententiam ferens, & in hoc sensu non mentitur.

Rursus; Si Tyrannus compellat respondere, an audierit tanquam Deus?

CONCLUSIO.

POTERIT respondere, nequaquam, vt Deus, audiui. Est enim responsio quoque amphibologica: nam non audiui, tanquam Deus, vt causa principalis, sed vt ministerialis causa.

Verum, Quid sit Tyrannus roget, an tanquam ministerialis causa audierit?

RESPONDEO, erit mors tunc potius subeunda, quam crimen detegendum, neque enim tacendo, aut illum acerbe reprehendendo crimen indicabit, sed Tyrannus ex sua malitia illud collegit: vel Deus tunc, qui in necessarijs nunquam deest, quid faciendum sit reuelabit. Hæc conclusio est Ric. quam sequitur Adr. q. vlt. de correct. frat. oppositum tenet Soto de sigillo secreti. m. 3. q. 3. dubio 1.

Vndecima diffi. An Sacerdos ob crimen in sola confessione cognitum possit penitentem ab aliquo actu tanquam indignum repellere?

V. G. publico suffragio in electione priuare? Olim Henricus Quodlibet. s. nullo modo hoc fieri posse tenuit.

CONCLUSIO.

QUANDO nulla negandi suffragij causa assignatur, bene poterit confessor illum in tali casu expellere: non enim aliquo modo crimen in confessione notum reuelatur.

Hinc,

APPEN.

Hinc, Prouincialis non poterit Priorem, aut Guardianum propter crimen illi in confessione notum deponere: bene tamen poterit ianitorem suo officio priuare: quia hoc ex libeta Prælati voluntate dependet.

Duodecima diffic. Poterit ne prælatus per notitiam aliquorum criminum, quam ex sola confessione habet, eorundem de nouo inquisitionem facere?

CONCLUSIO.

NEQVAQVAM poterit. Ratio est: quia ius inquirendi ex infamia, vel ex femiplena delicti probatione nascitur. Poterit nihilominus uisitationis tempore diligentius ad illud intelligendum attendere, & diligentius vigilare super gregem suum, præfertim, si crimen in damnum publicum resultat: nihil enim prohibet confessorem ex auditis confessionibus prudentiorem fieri.

Decimatertia diffic. Si Prælatus inuenerit peccata subditi scripta ad confessionem faciendam, poterit inquisitionem facere?

CONCLUSIO.

HAUD poterit: quia ad eò sacrum, & diuinum est confessionis sigillum, ut illa etiam, quæ ad confessionem ordinantur perpetuo silentio inuoluenda censeantur.

APPEN.

Hinc, iudex secularis, si duo vel tres pestilentissimi Sacerdotes crimen per solam confessionem notum apud illum deposuerint, omnino à iudicio cessare tenebitur.

Scot. q. 4. ubi supra.

Decimaquarta diffic. Licebit ne Sacerdoti communicare cum penitente aliquod peccatum extra confessionem in sola confessione notum?

ALEXANDER, & Scot. & Dur. dist. 21. affirmant, nullo modo de licentia penitentis licitum esse reuelare confessionem.

Paludanus in fine. d. 21. asserit, post rationem correctionis fraternæ illum secretò de peccato semel confesso admonere, quod est omnino falsum: quia confessionis sigillum quodammodo reuelat.

CON

CONCLUSIO.

NULLO modo licet, nisi prius à pœnitente petita, & obtenta facultate: quia illa, quæ Sacerdos in foro animæ, vt Christi minister nouit, vt purus homo haud potest: & hoc nullo modo in detrimentum pœnitentis fieri potest.

DVBIVM I.

Poterit ne pœnitens iurare se nihil confessori dixisse?

RESPONDEO, integrum erit dicere, nihil tale Sacerdoti in confessione dixi, intelligendo tanquam puro homini, cum illi tanquam Dei ministro dixerit.

DVBIVM II.

Quid si Sacerdos errorem aliquem intolerabilem absoluendo commiserit: vt si non sibi subditum, vel excommunicatum à casu referuato absoluerit, vel dixerunt alienum non esse restituendum.

RESPONDEO, conuenire debet pœnitentem dicens: grauem commisi errorem te absoluendo, proinde tibi consule, vel si ne iterum confiteri, vel mihi, vt te veritatem doceam sub eodem sigillo tractandi tuum negotium, facultatem concedere: si pœnitens tunc, quia Sacerdotis consilium amplecti tenetur, neglexerit, culpa Sacerdotis in pœnitentem transfertur: ceterum si error non fuerit ita grauis, & creditur pœnitentem absolutum fuisse, nihil de ipso amplius curandum est.

DVBIVM III.

Alia, quæ in confessione præter peccata dicuntur, cadunt ne sub confessionis sigillo?

RESPONDEO, quæ sibi sub sigillo confessionis traduntur, tacere tenetur, ne tanto sacramento detrimentum faciat: nam redderetur pœnitenti fraudulosa, & odiosa confessio: quæ autem non sunt de necessitate confessionis, & parum refert pœnitenti illa reuelare, silere minime tenetur, dummodo se in confessione illa audiuisse non dicat.

*Quae extra sacramentum sub sigillo confessionis committuntur,
 erunt ne sub tali sigillo tenenda?*

RESPONDEO, non debetur sub tali sigillo quicquam recipi: nam licet qui illa ita audit, fidem frangat, tamen in pœnas canonis non indicit: quia nulla fit sacramento iniuria, neque est confessionis sigillum. Tenetur nihilominus magis ad illud secretum seruandum, quàm ad alia: nam ex pacto nouum vinculum additur.

DD. dist. 21.
 S. Tho. 2. 2. q.
 69. ar. 2. C. q.
 7. art. 1. A. d.
 quodl. in so-
 lutione ad 2.
 principale.
 Soto de ra-
 tione legendi
 secretum.

*Decimaquinta diffic. Testis, qui secretè nouit aliquod crimen, tenetur
 ne in iudicio percontanti iudici respondere se nihil scire?*

CONCLUSIO I.

NON licet negare secretum in iudicio, aut extra: propterea quòd negans veritatem mētitur, quod nunquam est licitum.

CONCLUSIO II.

QUANDO iudicium est legitimum, tam reus, quàm testis non respondendo iudici mortaliter peccant: neque est reus durante iudicio, donec veritatem respōdeat, absolendus: nam cum iudex tunc interrogandi potestatem habeat, testis proculdubio respondere tenebitur.

CONCLUSIO III.

QUANDO iudicium est illegitimum, poterunt reus, & testis nimiam iudicis sollicitudinem verbis amphibologicis, veritatem tacendo, fallere: nam cum iudex tunc non possit interrogare, isti ad respondendum non obligabuntur: atque ita poterunt dicere: nescio hoc, quòd rogas, scilicet, scientia publica, vt tibi manifestem. Sic Christus IESVS apud B. Marc. interrogatus à discipulis de die illa, & hora, respondit: Neque filius hominis scit, vt vobis, tanquam publicum, & notorium reuelet. Hactenus de confessione.

Marci 13.

QVÆS

QVÆSTIO QVARTA DE SATISFACTIONE.

Art. I. De his, qua ad essentiam satisfactionis pertinent?

ABSOLVETVR ar. aliquot difficultatibus positis, ad quarum intelligentiam lege DD. modò citatos, & Con. Tri. Sef. 14.

Prima diffi. An possit homo Deo pro iniuriis, & peccatis in illum commissis satisfacere?

CONCLVSIO.

POSSIBILE quidem est hominem in hac vita pro pœna in Purgatorio infligenda satisfacere. Confirmata est multis sacra Scripturæ locis cap. 14. Sef. 6. Concil. Trid. cum enim homo per cõtritionem pro culpa, quod maius est, satisfaciatur, poterit quoque pro pœna temporali, quod minus est, satisfacere.

Secunda diffi. Potest satisfactio ex aliàs debito fieri?

DVÆ sunt opiniones. Prima Sco. cui adhæserunt Palu. Gab. Siluest. verb. satisfactio. §. 8. qui omnes affirmant, satisfactionem ex aliàs indebito esse faciendam.

Contraria opinio est Durand. d. 15. q. 1. quæ sequitur Caiet. tract. de satisfactione. q. 1.

CONCLVSIO I.

OPERA aliàs debita ratione præcepti, si in gratiam efficiantur sunt pro pœna Purgatorij satisfactoria: quia martyriũ, quando est sub præcepto remittit omnem pœnam: Iniuriam siquidem facit martyri, qui pro illo orat. Et de his operibus ratione præcepti est vera Dur. & Caieta. opinio.

CONCLVSIO II.

NON possumus pro vno peccato per opus, aliàs pro alio peccato debitum, satisfacere: si enim imposita esset alicui peregrinatio pro apostasia à fide, & iterum eidem alia pro blasphemia imponeretur, non posset pro prima, per secundum satisfacere: iam enim pro blasphemia debetur. Et hoc modo Sco. opinio, vt apertissimè eius verba declarant, est intelligenda.

Alex. Alen.
84. & S. Th.
à q. 12. in ad
d. vsque ad
15. Cast. ver.
satisfactio. Ve
ga lib. ult. su
per Conc.
Triden.
Alex. Alen.
q. 84. m. 1. S.
Th. q. 13. art.
1. D. Bon. q. 1.
& 2. art. 1.
Ric. ar. 1. q. 2.
Scot. & Dur.
q. 1.
Pal. q. 2. ar.
2. Gab. d. 6.
q. 2.

CONCLUSIO III.

QUANDO Sacerdos imponit pœnitentiam, ex alias indebito ratione præcepti, & ratione obedientiæ est adimplenda: quia pœnitentia obligat iuxta confessoris intentionem, qui semper satisfactionem ex operibus aliàs ratione præcepti indebitis esse faciendam, nisi contrarium exprimat, intelligit.

APPEN. Hinc, si ieiuniũ impositum fuerit non est intelligendum de ieiunio quadragesimali: & eidem est de aliis operibus debitis iudiciũ.

CONCLUSIO IIII.

POTEST Sacerdos pro satisfactione peccatorum opera aliàs debita imponere. Ratio est: quia vnico actu duplici obligationi satisfacere possumus: vt per ieiunium quadragesimale à Confessore impositum pœnitens præcepto Ecclesiæ ratione obedientiæ, & præcepto Sacerdotis ratione iustitiæ satisfacit.

Tertia diffi. An, qui adimplet pœnitentem audiens Missam de præcepto, satisfaciat?

DVÆ sunt opiniones. Prima negans quorundam Summistarum. Altera Adria. affirmans.

CONCLUSIO.

ADIMPLET quidem præceptum, & non peccat. Ratio est quia solùm tenetur Missæ sacrificio assistere: & quemadmodum potest alias preces effundere, debitas etiam poterit soluere: non tamen debitam reuerentiam seruare videtur: & intelligenda est concl. dummodo ad vtrumque attentionem habeat, & ab altero omnino non auertatur.

*Naua. in sũ.
c. 21. enim. 9.*

Quarta diffi. An dimisso peccato quoad culpam, maneat aliqua pœna, præ qua satisfaciendum sit ante gloria ingressum?

CONCLUSIO I.

*DD. vbi sup.
D. Bona. q. 1.
c. 2. art. 1.
Vega vbi supra.
1. Reg. 12.*

QUANDO contritio non est vsque adeo intensa, vt eius virtute omnis pœna remittatur, quemadmodum fuit Magdalenæ, & latroni remissa, aliqua pœna in purgatorio luenda remanet. Constat multis Sacræ scripturæ testimoniis: Peccatum enim Dauidis fuit morte temporali filij punitum.

CON-

CONCLUSIO II.

ANTE gloriam ingressum necessarium erit pro pœna temporali, vel in purgatorio, vel in hac vita satisfacere. Ratio est: quia quibusdam iustis manet pœna in purgatorio luenda, ut author est B. Pau. qui loquens de operibus imperfectis ait, si cuius opus, &c. ipse autem saluus erit sic, quasi per ignem, id est, prius quam ad gloriam transeat, per acerrimum purgatoris ignem transibit: quare qui ab illo torméto liberari voluerit: in hac vita pœnalibus actionibus pœnam illam redimere debet.

Hinc destruitur error Lutheri, qui affirmavit post dimissam culpam nullum in hac vita, aut in purgatorio temporalis pœnae luendae remanere reatum. *Hæresis.*

Quinta diffic. An. in peccato mortali existens, pro peccatis aliis dimissis, satisfacere possit?

QUINQUE sunt opiniones, de hac re. Prima est Sco. q. 1. art. 4. affirmatis, existentem in mortali posse pro pœna temporali peccatorum iam dimissorum satisfacere, licet, pro nondum dimissis satisfacere non possit: illi adhæsit Gab. d. 16. q. 2. Secunda est Palu. q. 1. ar. 3. qui docet, opera extra gratiam facta, aut relinquere post se aliquem effectum vsque ad aduentum gratiæ duratam: velut si post ieiunium corpus debile remaneat: & illa opera dicitur esse satisfactoria: aut nullum relinquere effectum, ut ieiunium quando non debilitat corpus, quæ opera dicitur non esse satisfactoria. Tertia opinio est Caiet. in tract. satisfactione q. 2. qui distinguit dicens: opera pœnalia in mortali ex propria liberalitate facta, neque quoad gratiam, neque quoad satisfactionem, accedente charitate, reuiuiscere: quæ autem à sacerdote imposta sunt, hæc adueniente gratia, & Charitate, quoad satisfactionem reuiuiscere affirmat. Quarta opinio est Adr. in materia de satisfactione in q. an vnum peccatum possit sine alio remitti, &c. qui distinguit inter liberalitatem, & iustitiam Dei: de iustitia, inquit, non sunt opera extra gratiam facta satisfactoria, bene tamen ex Dei liberalitate præter legem. Quinta opinio est Alex. D. Bon. & Ric. quos sequitur Sylu. verb. satisfactio. §. 7. qui affirmant nullum opus extra gratiam factum esse satisfactorium pro pœna temporali in purgatorio pro iam dimissis luenda. Hæc de opinionibus.

*Alex. Alen.
q. 85. m. 1. &
2. art. 1. & 2.
S. Tho. q. 10.
ar. 2. D. Bon.
q. 3. ar. 1. Ric.
ar. 1. quæst. 3.
Dur. q. 2.*

mod

F. r. q. f. 4.

V 3

CON

CONCLUSIO I.

EXISTENS in mortali, si pœnitentiam adimplet, præcepto de pœnitentia adimplenda satisfacit. Probat̃ur à simili: nam vt existens in mortali, & recitans horas canonicas, vel ieiunans, vel Missam audiens satisfacit præcepto de recitandis horis, ieiunandi, & audiendi Missam, ita à simili hic: vnde non tenebitur reiterare pœnitentiam.

CONCLUSIO II.

QVI adimplet pœnitentiam iniunctam, vel aliquod opus supererogationis extra gratiam facit, pro pœna in Purgatorio infligenda pro venialibus, siue mortalibus iam dimissis, nequaquam satisfacit. Ratio est: quia satisfactio non est solum actus iustitiæ, id est recompensationis, verum etiam reconciliationis: quoniam est tertia pars pœnitentiæ, de cuius quidditate est, offensam recompensare, & hominem Deo reconciliare: qui autem in peccato perseverat cum sit Dei inimicus, non potest actum amicitiae, siue reconciliationis efficere.

CONCLUSIO III.

EXISTENS in gratia pro vno mortali iam dimisso potest satisfacere, non satisfaciendo pro alio. v. g. si sit imposta oratio pro blasphemia, & etiam oratio pro furto, orando satisfacit pro blasphemia, & non pro furto. Hæc concl. suprâ fuit demonstrata.

S. Tho. in 3. p.
q. 89. ult.

Sexta diffic. An præcedentia opera, adueniente gratia,
sint satisfactoria?

Alex. Alen.
q. 85. m. 2. ar.
3. D. Bona q.
4. c. 6.

TRES sunt opiniones. Vna Paluda. Altera Caietan. de quibus proxima diffic. Tertia communis S. Tho. q. 89. art. vlt. D. Bona vbi suprâ, Adria. de satisfactione. q. quæ incipit, Ex dictis oritur. hi tenent opera mortua non reuiuiscere, nec quoad meritum, nec quoad satisfactionem.

CONCLUSIO I.

OPERA iniuncta, & impleta in mortali non reuiuiscunt quoad satisfactionem. Probat̃ur eadem ratione, qua concl. 2. præcedentis diffic. fuit demonstrata.

CONCLUSIO II.

OPERA facta extra charitatem in peccato non sunt alicuius boni

boni vel temporalis meritoria: quia meritum est opus, cui de iustitia præmium debetur, & peccator, pane, quo vescitur, non est dignus, & satis superque illi est Dei Opt. & Max. ineffabilem benignitatem ad pœnitentiam eum prouocare, & expectare.

CONCLUSIO III.

BONA extra gratiam facta sunt quorundam bonorum fortunæ impetratoria. patet in Exodo. vbi legitur, obstetricibus Egyptiorum Deum benefecisse, quia filios Hæbreorum suffocare noluerunt: & Romanis datum fuisse à Deo imperium propter bona eorum moralia, D. August. docuit.

Exod. c. 1.

Aug. lib. 3. de ciuit. c. 12.

Alex. Alex.

q. 58. Soto m.

3. S. Th. ibid.

ar. 4. D. Bon.

q. 6. Dur. q. 3.

c. 4. D. D.

ubi supr.

Septima diffi. An opera facta extra charitatem imminuant inferni pœnas?

CONCLUSIO.

SI huiusmodi opera sint obligatoria, minuunt quidem ad hunc sensum, scilicet, non accumulatur: Grauius enim punientur damnati, qui plurimum transgressionum, quàm qui paucarum rei extiterunt.

Art. II. Quibus operibus debet fieri satisfactio pœnalibus ne?

Alex. Alè. q.

84. m. 2. arti.

2. S. Th. q. 15.

ar. 1. D. Bon.

ar. 1. q. 3. Ric.

ar. 1. q. 3. Sco.

q. 1. Dur. 5.

Gab. d. 16. q.

1. A. dr. de satisfact. ar.

vlt.

Medin. q. 6.

de satisf. Silu.

verbo satisf.

q. 8.

COMMVNIS opinio est affirmans. Soto in 4. d. 19. q. 2. art. 1. opinatur quodcunque opus meritorium, quantumuis delectabile, vt comedere, bibere, &c. esse satisfactorium.

CONCLUSIO I.

DE ratione satisfactionis est, vt fiat per aliquem actum pœnalem. Ratio est: quia satisfactio fit ad corrigendam culpam, quæ non corrigitur nisi per pœnam.

CONCLUSIO II.

QUANVIS regulariter ita fiat satisfactio per actum, scilicet, pœnalem, aliquando tamen satisfacimus per actum feruentissimæ dilectionis Dei super omnia. Ratio Sco. est: quia acceptatione diuina æquivaleret actuali pœnitentiæ, & est pœnitentia virtualis.

CONCLUSIO III.

AD satisfactionem, vt sit actus nobis pœnâ aliquam, vel tristitiâ ingrens, non desideratur: quia ditissimus satisfacit per eleemosynam, & temperatissimus per ieiunium, & neuter illorû his actibus.

contristatur: satis enim est, vt sit priuatio alicuius boni utilis, aut delectabilis.

DD. d. 14. c. 15. S. Th. art. 1. ubi supr. Ric. q. 4. ar. 1. Medina de satisfactio. q. 5. Conc. Trid. Sess. 14. c. 9.

Prima diffi. Possumus ne pro peccatis dimissis satisfacere per quæ nobis à Deo mittuntur?

CONCLUSIO.

FLAGELLA, quæ à Deo propter peccata actualia mittuntur, pro peccatis iam dimissis, sunt iustis recompensatoria: nam vt tormenta animabus purgatorij inflicta sunt recompensatoria, ita & hæc: vtraque enim à Deo vindictam peccatorum mittuntur.

S. Th. c. Ric. ubi supra.

Secunda diffi. Sit ne satisfactoria iuxta quantitatem patientia, an flagellorum?

V. G. si duo inæqualiter patientur, vnus per diurnam, & grauisissimam infirmitatem, alter per incendium domus, &c. habeant tamen æqualem patientiam, est modo difficultas, an æqualiter satisfaciant.

CONCLUSIO I.

T V N C grauiora patiens mala plus satisfacit: quia cum hæc flagella à Deo in pœnam peccatorum mittantur, qui plura & maiora mala patitur, plus satisfacit; quemadmodum pœnitentes, qui maiores, & grauiores pœnitentias à Sacerdotibus impositas adimplent.

CONCLUSIO II.

FLAGELLA, quæ secundum generalem cõcursum ex naturalibus causis oriuntur, erunt secundum quantitatem patientiæ satisfactoria. Ratio est: quia cum non sint hæc mala actus iustitiæ, & vindictæ diuinæ, si ex natura rei oriantur, non erunt planè recompensatoria, nisi iuxta quantitatem patientiæ illa sustinentis.

APPEN.

Hinc latro, vel homicida, qui suspenditur, solùm satisfaciet secundum patientiæ quantitatem.

Tertia

Tertia diffi. Potest vnus pro alio satisfacere?

CONCLUSIO I.

QUANDO pœnitentia à Sacerdote pœnitenti imponitur, non solum in satisfactionem pro pœna peccati dimissi, verumetiam in medicinam contra morbũ spirituale: vt si auarò elemosynæ elargitio iniungatur, tunc vnus pro alio satisfacere non potest: medicina enim, & remedium contra morbum corporalem si alteri applicatur, tali morbo laboranti minimè proderit.

Alex. Alen.
q. 83. m. 1. ar.
2. & 85. m. 4.
S. Tho. q. 13.
ar. 2. reliqui
dis. 20. D.
Bon. ar. 1. q.
1. Ric. ar. 1. q.
3. Dur. q. 2.

CONCLUSIO II.

QUANDO pœnitens per seipsum satisfacere valet, per alium pœnitentiam adimplere non potest: pœnitentia enim iniuncta est obligatio personalis, quæ pro delicto imponitur. Dicitur namque in *Can. omnis* vtriusque sexus: Pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere.

CONCLUSIO III.

QUANDO aliquis per seipsum pœnitentiam iniunctam adimplere non potest, per alium satisfacere poterit: nam si viuus pro mortuo in purgatorio existente satisfacere potest, cur etiam pro viuo ad pœnitendum impotente non poterit?

CONCLUSIO IIII.

VT aliena satisfactio profit, oportet vtrumque satisfacientem, scilicet, & illum, pro quo fit satisfactio, in charitate existere. Ratio est: quia satisfactio vnus pro alio à Deo admittitur, quatenus ambo vnus corporis mystici, vt pote. Christi sunt membra: vt enim manus aliquando ob contumeliam alteri illatam abscinditur, ita vnum membrum vnus corporis mystici, cuius Christus est Caput, pro alio potest Deo satisfacere.

CONCLUSIO V.

POTEST vnus in charitate existens pro alio per opera supererogationis, applicando illi sua opera satisfactoria, Deo facere satis: sic solèt religiosi aliis sua opera satisfactoria applicare ad pœnæ temporalis remissionem. Patet exemplo Christi, qui nulli pœnæ obnoxius pro peccatoribus ineffabiles sustinuit pœni.

CONCLUSIO VI.

POTERIT pœnitens per se, vel per alium pœnitentiam adimplere,

Gabriel. &
Paluda. est.

implere, si Sacerdos illam imponens, istud concesserit. Ratio est: quia quando preceptum ponitur sub disiunctione, electio est debitoris.

Quarta diffic. Sunt ne tria operum satisfactoriorum genera?

CONCLUSIO.

TR I A quidem sunt, oratio, scilicet, ieiunium, & elemosyna: quia omne peccatum, vel est concupiscentia carnis vel concupiscentia oculorum, vel superbia vitæ.

ORATIO INTER PARTES

satisfactionis primum sibi vendicat locum: quia ordinat pœnitentem magis propriè ad Deum. Secundus verò locus conceditur ieiunio: quoniam ordinat pœnitentem ad se ipsum. Et tertio loco succedit elemosyna, qua pœnitens ordinatur ad proximum.

FLORES

TRACTATUS DE ORATIONE.

AD hunc tract. legendi sunt Doctores Scholastici præsertim Alex. in 4. p. q. 88. & aliquot sequentibus. quaest. & S. Tho. 2. 2. q. 83. & Ricar. & reliqui dist. 15. 4. sum. verbo oratio. Nauar. super c. quando, & in lib. de horis canonicis: Castro contra hæreses verbo oratio. Medina tract. 6. de oratione. De oratione verba facturi, quam Christus Redemptor noster mirabiliter exercuit pernoctâs in oratione, vehementer commendauit dicens: Oportet semper orare, & nunquam deficere: in qua etiam B. Paul. Sine intermissione perseverandum esse docuit, operæpretiû duximus, primû Deum Optimum Max. orare, vt difficilia, & obscura, quæ de oratione scripta, sunt, nobis facilia, & peruia reddantur, & in ea nobis perfectam, perpetuamque perseverantiam concedere dignetur.

Luc. 6.

Luc. 18.

1. Thes. 5.

QUESTIO I.

Quidnam est Oratio?

DD. ubi sup.

CUM nomē oratiōis multas habeat significatiōes: aliter enim à Grammaticis, aliter apud Rhetores, aliter quoque à Theologis.

logis accipitur, de qua significatione est modo instituta disputa-
tio, variè que in hac acceptione, diuidatur, methodo Arist. Prius-
quam titulo quaestionis respondeamus, aliquot propositionibus
positis eius diuisiones amplectemur.

PROPOSITIO I.

ORATIO sumitur tribus modis: communissimè cõmuner,
& propriè, vt Alex. Alen. & D. Bon. docent: vel vt alij asserunt ge-
neralissimè, generaliter, vel specialiter. Hæc propositio colligitur
ex sacris literis. De generalissima, quæ dicitur quodcunque bonu
opus, constat apud Lucam: Oportet semper orare, & c. nam semper
qui bene operatur, orat. Oratio generalis, quæ significat quemcun-
que actum cõtemplationis, meditationis & laudis Dei, & Sancto-
rum, vel gratiarum actionis Sanctis que eius facta, & quamcunque
petitionem, quæ à Deo, vel à Sanctis eius aliquid postulamus: col-
ligitur ex illo loco Matth. Vigilate, & orate, ne intretis in tentatio-
nem: vbi orare significat non solum petere, verum etiam res diui-
nas meditari, & cõtemplari: & ex illo etiam Matth. & Marc. Abiite
in montem orare, id est, ad cõlestem gloriam cõtemplandam: non
enim Christus I E S V S in montem ad petendum solummodo af-
cendebat. Tertio specialis oratio petitio facta Deo est.

PROPOSITIO II.

TRIPLEX est oratio mentalis. Vna, quæ sola mente sine ver-
bis fit. Altera vocalis tantum quæ fit solis verbis sine conceptuum
formatione. Tertia mixta, quæ ex vtraque cõstat. Hæc etiam diui-
sio ex sacra Scriptura elicitur, nam de prima extat exemplũ. i. Reg. i.
i. m. Anna matre Samuelis, de qua legitur loquebatur in corde
suo. De secunda intelligitur locus: Populus hic labijs me hono-
rat, cor autem illius longe est à me. De tertia sunt infinita loca
in vtroque testamento vt locus Psal. Clamauit ad me, & ego exau-
diam eum.

PROPOSITIO III.

ORATIO duplex, publica, siue sacramentalis, siue canonica
vna. Altera singularis siue priuata. Prima quæ fit à ministris Ec-
clesiæ pro populo nomine ipsius Ecclesiæ, quæ necessariò est fu-
tura vocalis. Particularis est, quam offert aliquis particularis, non
vt minister Ecclesiæ pro se, vel pro alio. Hæc diuisio non indiget
probatione, lege S. Tho. & Caiet. & reliquos.

PRO-

Alex. 4. p. q.
94. m. 1. c. 9.
9. 88. m. 1. ar.
2. Bona. ar. 1.
9. 4.
Cap. 18. Luc.
glo. 1. ad Ti.
5. cap.

Matth. 26.

Mat. 14. c. 6.
Marc. 6.

1. Reg. 1.

Isai. 29.

Psal. 90.

Alex. Alen.

9. 90. m. 2. ar.

6. Ricar. 9. 5.

S. Tho. ar. 12.

vbi supra.

S. Tho. art. 2.

vbi supra c. 9.

Caiet. art. 4.

ibi.

PROPOSITIO IIII.

ORATIO alia bona, in qua, quod bonum est, benè petitur. Alia mala, in qua vel, quod malum est, petitur, vel quod bonum est, non benè petitur: nam vt bonum est ex integra causa, malum erit ex defectu vnus circumstantiæ, earúmque ad rei bonitatem desiderantur, Bona, vt illa Publicani. Deus propitius esto mihi peccatori. Mala, vt illa Pharisei, de qua dicitur, Et oratio eius fiat in peccatum.

*Luc. 18.
Psal. 108.*

PROPOSITIO V.

ORATIO diuiditur rursus in viam, mortuam, & mortiferam. Vna est oratio facta ab homine existente in gratia, cui nulla circumstantia deest. Mortua, quæ fit ab homine existente in peccato mortali, licet, sit oratio omnibus numeris absoluta. Mortifera, siue mortalis, vt illa, quæ est peccatum: quia deest illi aliqua circumstantia necessaria. Hæc diuisio communi Scolaſticorum Doctorum schola probatur.

PROPOSITIO VI.

DIVIDITVR oratio tanquam in partes integrales, in obsecrationem, orationem, postulationem, & Gratiarum actionem. Hæc propositio est D. Paul. & S. Thom. nam in oratione, vt fit integra, & perfecta, quatuor desiderantur. Primum, vt oculos mentis eleuemus in Deum, contemplantes eius bonitatem, omnipotentiam, vel aliud attributum, quod magis petitioni nostræ conueniat: quod significatur nomine orationis. Secundum, vt simul gratias illi pro omnibus beneficijs exhibeamus, quod intelligitur per gratiarum actiones. Tertium est, vt statim petamus, quod cupimus, quod insinuat, vox, postulationes. Et vltimum est, vt ad impetrandum, quod petimus, dicamus vt id nobis concedere dignetur vel propter se, vel propter Christi humanitatem sanctissimã, vel amorem sanctorum: & hoc continetur in verbo obsecrationes. Illustrat hæc S. Thom. vbi supra, exemplo collectæ festi Sanctissimæ Trinit. nam primum continetur illis verbis, Omnipotens, &c. Secundum, vbi dicitur: Quid dedisti, &c. Tertium ibi: Præsta quæsumus. Et quartum cum dicitur: Per Dominum nostrum IESVM Christum: hæc forma orandi esse ab omnibus diligenter obseruanda, & maximè exercenda.

*ad Tim. 2.
S. Th. vbi supra.
Act. 17.*

His positis propositionibus, restat ut quaestioni, in qua orationis definitio quaeritur respondeamus, & cum unius rei una sit natura, & una definitio, quae illius naturam declarat: affert tamen Alex. Alé. *Alex. Alen. 1. ar. 1.* ubi supra, multas definitiones: quia ut ipse ait, cum oratio multis, modis consideretur, multis etiam modis secundum varias considerationes à Doctoribus sanctis eius natura, & vis declaratur, quas omnes qui voluerit expositas legere, videat Alex. loco citato.

CONCLUSIO.

ORATIO est petitio facta Deo: hæc definitio est orationis proprie, vel specialiter sumpta, de qua est instituta disputatio, & loco generis ponitur petitio, quia omnis oratio est petitio: non tamen omnis petitio est oratio: ut quæ Regi fit, non est oratio: differentia vicem gerit reliqua pars definitionis, qua excluduntur omnes petitiones, quæ hominibus fiunt, quæ licet summo Pontifici fiant, non dicuntur orationes: & est intelligenda differentia hæc, scilicet, facta Deo, nempe immediatè, ut quando sine ullo medio oramus Deum, vel mediatè, ut quando oramus angelos, & sanctos: tunc enim Deum oramus, & fit illis petitio, ut mediatoribus, & intercessoribus nostris: ut interpellent pro nobis ad impetrandum, quod petimus, & desideramus.

Ex distinctionibus positis facillè conciliabis varias definitiones orationis, & varia loca sanctæ Scripturæ intelliges.

Prima diffi. Cuius potentia anima oratio dicitur actus?

TRES sunt opiniones. Prima dicit esse actum rationis, siue intellectus. Secunda tenet esse actum voluntatis. Et tertia utriusque potentia actum esse affirmat: & ita variè ab iis oratio definitur. vide Alex. & Ricar.

CONCLUSIO.

ORATIO utriusque potentia est actus: & ratio est, quia, licet sit ab intellectu petitio, non tamen est ab illo purè speculativo, sed practico, quia ratione intellectum, & voluntatem complectitur: non enim est petitio, siue oratio, ab intellectu absolutè, sed ut à voluntate inclinatur, cum non orer quis, nisi quod vult, nec postulet, nisi quod vult: quod Ric. confitetur dicens, esse actum intellectus, ut elicentis: & voluntatis, ut moventis.

Alexan. Alé. q. 95. S. Tho. ar. 1. & Ric. q. 1. ar. 4. Med. q. 2. ubi supra.

Alex. q. 88. 1. ar. 1. & Ric. quorū est opinio.

Secunda

Secunda diffi. Est ne oratio virtus, an virtutis actus?

CONCLUSIO.

*Aug. ad Pro-
bam. de oran-
do Deo.*

ORATIO est virtutis actus. Et ratio est: quoniam à nobilif-
simis virtutibus, Fide, scilicet, Spe, & Charitate elicitur: vt
author est D. August. nam Fide inquit, Spe, & Charitate, continua-
to desiderio, oramus.

Tertia diffi. Est ne actus virtutis Theologicae an cardinalis?

QUIDAM defendunt esse actum virtutis Cardinalis, & spe-
ciem iustitiae: alij actum esse pietatis tuentur.

CONCLUSIO.

Augustinus.

ORATIO est actus Theologicae virtutis non vnus solù, sed
trium, nempe fidei, & Spei, & Charitatis. Et ratio est: quia istae tres
virtutes simul ad eliciendum orationis actum concurrunt: Fide
enim incipit, & Spe continuatur (vt D. August. loco proximè cita-
to docuit) & in Charitate oratio terminatur.

Quarta diffi. Oratio erit ne vnus specialis, generalis?

CONCLUSIO.

ORATIO actus est specialis: quoniam est Fidei, & Spei &
Charitatis actus, vt ex proximis conclusionibus constat: &
nota non esse actum istarum virtutum proximum, & principalem,
sed secundarium, & subsequenter principalem actus: & ideo po-
test ex iis tribus elici, & manere vnus actus: nam actus principa-
les sunt, qui multiplicantur ad multiplicationem habituum, non
autem actus secundarius, & subsequens principales: ex eo enim
quod credimus Deum esse omnipotentem, infinitae misericordiae,
spetamus in illo, & amamus illum, subsequitur, vt oremus illum, &
coram illo fundamus preces.

Quinta diffi. Est ne quoque Oratio patriae suae religionis actus?

CONCLUSIO.

EST quidem patriae actus. Et ratio est: propterea quòd, adoran-
do Deum, exhibemus illi honorem, testificantem summum
Dominum,

Dominum, in quantum ipse solus est creationis, & conseruationis principium: & profiteamur nos eo indigere, sicut authore suorum bonorum, quod ad religionem, siue patriam pertinet, licet, quatenus oramus, vt pro peccatis satisfaciamus, dicatur esse pœnitentiæ actus: idem enim actus diuersimodè consideratus, teste Arist. diuersorum vitiorum est: nam qui mechatur lucrandi gratia, auarus est, qui propter concupiscentiam, luxuriosus appellatur.

Arist. s. Ethic. cap. 4.

QVÆSTIO II.

An Oratio & eius vsus sit utilis?

Alex. Alex. q. 99. m. 1. ar.

1. s. Th. ar. 2.

vbi supra.

Med. in hac

quæst.

CONCLVSIO.

ORATIO vtilissima est, & ex eius vsu vbertimi fructus emanant. Probatur inductione: nam Oratione dæmonia expelluntur. Matth. Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, nisi per orationem, & ieiunium: Oratione iniquitates nostræ curantur: vnde Psal. Dixi confitebor, &c. Pro hac orabit sanctus in tempore opportuno. Oratione gratiæ augmentum promeremur Act. 1. & 3. Cùm orarent Apostoli, repleti sunt Spiritus sancto. Oratione à Patre luminum anima orantis copiosissimè illustratur: vt constat exemplo Salom. cui oranti, & postulanti datum est cor sapiens & intelligens. Et Danielis exemplo: Oratione ianua cœli aperitur, etiam quoad salutem animarum: vt patet Iacob. cap. vlt. Orate pro inuicem, vt saluemini. Oratione impetramus, quod à nobis habere non possumus, teste August. vbi nostram miseriam, & Dei misericordiam confitemur. Oratione cor nostrum inflammatur, & desiderium nostrum excitatur, capacésque redimur ad Dei beneficia suscipienda. Sunt & aliæ multæ vtilitates, quas breuitatis causa, cui in hoc opère studemus, prætermittimus.

Matth. c. 17.

Psal. 31.

Act. 1. & c. 3.

3. Reg. 3.

Daniel. c. 9.

Iacobi c. 5.

Aug. Alex. loco citato.

Hugo de virtute orandi, in principio.

Hæresis.

Hac conclusione labefactatur hæresis Pelagianorum, & aliorum, qui destruebant orationem, & affirmabant esse profus inutilem, nulliusque virtutis lege lib. de hæresibus, & de nominibus hæreticorum. D. August. & S. Th. vbi supra, & Castro verbo oratio hæresis 3.

Prima

Quinta

Alex. Alen.
ar. 2. ubi sup.

Prima diffie. Verum orationis vsus sit necessarius ad salutem?

NECCESSARIUM ad salutem tribus modis dicitur. Primo illud sine quo salus non habetur. Secundo illud, quo perfectè salus acquiritur. Et tertio illud, quo perfectè, quod necessarium est ad salutem, impetratur. Deinde reuoca in memoriam diuisionem in principio primæ quæstionis positam, qua oratio dicitur sumi communissimè, &c.

CONCLUSIO I.

Matth. 19.

ORATIO communissimè sumpta est necessaria ad salutem primo modo. Et ratio est: quia oratio eo modo, est idem, quod bona vita & bona vita est necessaria ad salutem. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, &c.

CONCLUSIO II.

COMMUNITER sumpta est necessaria ad salutem secundo modo. Et ratio est: quia per orationem, si ad sit charitas, perfectè salus acquiritur.

CONCLUSIO III.

ORATIO propriè sumpta est tertio modo ad salutem necessaria. Et ratio est: quia per illam perfectè, quæ necessaria sunt ad salutem impetramus.

Hæresis.

Hinc ineptissima esse demonstratur hæresis eorum, qui tantum tribuebant orationi, vt eam solam sufficere ad vitam æternam habendam dicerent, cuius author fuit quidam Adelpius. lege Cast. ubi supra. hæresi prima.

Alex. Alen.
m. 1. & S. Th.
ar. 15. ubi supra.
Medin.

q. 17. vsque
in fin. tract.
pro tota hac
quæst.

Grego. super
Ezechielè.

D. Bern.

Secunda diffie. Efficacia orationis ad dictos effectus producendos, est ne ex puris naturalibus, vel ex gratia?

CONCLUSIO.

TALIS efficacia non est ex puris naturalibus, sed ex gratia. Et ratio est: propterea quòd oratio, quæ fit ex charitate cum necessitate incitante, vel dirigente, non est sine aliquo gratiæ dono, & confirmatur autoritate D. Gregor. super Ezechielè. dicenti. Ipse creat in cordibus sanctorum amorem, & ex amanti bus cordibus suscipit precem. & D. Bern. de diligendo Deo, inquit, Tapida est oratio, quam non præuenit inspiratio: ex quibus locis colligitur apertè gratiæ donum semper præcedere orationem.

Dom. Tertia

Tertia diffic. Quae nam sunt, quae desiderantur, ut oratio sit efficax ad impetrandum?

CONCLUSIO.

DESIDERANTUR praeter gratiam, quatuor, nempe: ut piè, & pro se, & perseveranter, & pro salute animae fiat oratio: ut efficax sit ad impetrandum: confirmat conclusionem Alex. auctoritate Ioan. ubi dicitur: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis: nam cum dicit, patrem, insinuat necessarium esse debere ad salutem, quod à patre petitur: per verbum, petieritis, perseverantiam denotat: nam est verbum futuri temporis: & cum dicitur, in nomine meo, quod est I E S V S, ut iustè, & piè petatur, docuit Christus Dominus: quia I E S V S salus interpretatur, & voce, vobis: ut pro se fiat oratio, consuluit: impetrat autem talis oratio, quia Pater à quo petimus est infinitae liberalitatis, & prior est, ad dandum, quam homo sit ad recipiendum: Et est summa veritas, nec enim est Deus. (Num. 22.) quasi homo, ut mentiat: & promisit sic petentibus dare: est quoque eius amor immensus: & amatus amantis voluntatem: & potestatem habere, quodammodo dicitur. Unde Iosua cap. 10. hac potestate confusus, quasi praecipiendo dixit: Sol ne mouearis contra Gabaon. Alex. tota quaestione citata, & S. Th. ubi supra, & nota non semper orationem statim exaudiri. nam quaedam non negantur, ut auctor est D. August. sed ut congruo tempore dentur, differuntur.

Quarta diffic. Talis oratio est ne efficax ad satisfaciendum?

CONCLUSIO.

TALIS oratio est quoque satisfactoria. Et ratio est: quia est opus pœnale, quod promisit Deus recipere in satisfactionem pro peccatis, sicut praemium operibus bonis reddere: per illam enim caro, & sensualitas affligitur, & mens in Deum eleuatur: & quia Divina iustitia placatur, cum sit quoddam sacrificium Deo oblatum: & tandem quia est opus humilitatis, homo namque per illam incognitionem suae miseriae, & perdita vitae venit.

F. t. q. l. 4.

X

Quinta

Alex. Alen.
m. 2. & 3. S.
Tho. ar. 15. &
16. Ric. art. 7.
ubi supra.
Nau. c. 20. in
c. Quando &
19. Med. ibid.
Alex. Alen.
est. Ioan. c. 16.

Num. 22.

Iosua cap. 10.
Alex. & S.
Th. ubi supr.
D. Aug. ho-
mil. 102. su-
per Ioan.

Alex. Alen.
m. 4. ubi sup.
Nau. c. 20. in
cap. Quando.
Med. ubi sup.

S. Tho. ar. 9.
Ric. q. 8. ubi
supr. August.
ver. oratio.
Nauar. c. 19.
concl. 11. in c.
quãdo Med.
ubi sup. q. 10.
Matth. c. 6.

Aug. ad Pro-
bam.

Quinta diffie. Vtrum oratio Dominica sit cæteris
orationibus efficacior?

CONCLUSIO.

ORATIO Dominica est cæteris efficacior: confirmatur ali-
quot rationibus. Prima est authoris dignitas. Christus enim
illius author fuit, illamque discipulos docuit. Secunda est breui-
tas sententijs plenissima, quæ maximè ad perfectionem orationis
vocalis desideratur. Tertia, quia omnia, quæ à nobis desideranda,
& petenda sunt, in ea continentur, & eo ordine, quo desiderari, &
peti debent, sunt collocata.

S. Tho. ar. 16.
Ric. q. 7. ubi
supr. Aug.
verb. oratio.
Nau. c. 8. ad
omnia sequen-
tia. & c. 20.
in c. quãdo à
num. 44. vs-
que in fi. cap.
Med. ubi su-
pra.

D. August.
Prouer. 28.

Sexta diffie. Vtrum oratio peccatoris sit efficax ad
impetrandum aliquid à Deo?

IN peccatore sunt consideranda duo, scilicet, natura, quam Deus
diligit, & culpa quam odio habuit.

CONCLUSIO.

ORATIO peccatoris in quantum peccator est, id est, secun-
dum desiderium peccati, non auditur ex misericordia: auditur ta-
men aliquando ad vindictam, dum Deus permittit peccatorem
adhuc amplius ruere in peccata. Oratio autem, quæ ex bono de-
siderio naturæ ortum habet, auditur, non ex iustitia, sed ex pura
misericordia, si cum prædictis quatuor circumstantijs fiat. Prima
pars conclusionis probatur autoritate D. August. dicentis: Deus
quædam negat propitius, quæ concedit iratus. Vnde Prouerb. 28.
legitur: Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius
execrabilis erit. Secunda pars conclusionis, scilicet, quod non ex
iustitia. Patet: quia peccator hoc non meretur, nec est dignus pane,
quo vescitur.

Doct. &
Nau. cap. 19.
concl. 4. &
cap. 20.
Med. ubi su-
pra.

Septima diffie. Si peccator orat pro alio, exauditur ne eius oratio?

CONCLUSIO.

SI vt minister Ecclesiæ orat, exauditur, non autem si vt priuata
persona orat. Hæc conclusio habetur in Can. dictum, & Cano.
ipsi Sacerdotes, & Can. necesse. 1. q. 1.

Intelli

Intelligitur secunda pars nempe, si pro alio orat, dummodo ducens peccatorem ad orandum non sit bonus: nam si Dei amicus est inducens, exauditur peccatoris oratio, non pro desiderio peccatoris, sed inducentis, & poscentis pro se orationem fieri: ita habetur in Can. dictum proximè citato.

Limitatio.

Animaduerte etiam intelligi conclusionem de peccatore, qui nec contritionem, nec propositum relinquendi peccatum habet: nam qui contritus est, & vult deferre peccatū, & pro illo satisfacere, proculdubio exauditur. vt D. Aug. Homil. 44. super Ioan. docet exemplo Publicani, cuius oratio fuit Deo placita, & descendit de templo iustificatus.

Limitatio.

D. August. Lucas 18.

Octaua diffi. Quando oratio existentis in peccato est mortalis, & exauditur aliquando in malum orantis?

Alexan. q. 6. ar. 4. §. 4.

RESPONDEO cum Alex. Alen. Primo quando in ea illicitum petitur. Psalm. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. & Iacob. 4. Petitis, & non accipitis, eo quòd male petatis, &c.

Psal. 6. Iacob. 4.

Secundo quando ex præsumptione dicitur. Constat exemplo Ozia, qui voluit adolere incensum super altare Thymiamitis.

2. Paral. 6. Matih. 6.

Tertio, quando oratio ortum habet ex hypocrisis, cum oratis, non oretis sicut hypocrita.

Quarto quò fit propter Auaritiam, & Gulam. Vae vobis Scribae & Pharisei hypocritae, qui comeditis domos viduarum, &c.

Matih. 23.

Quinto, quando est occasio scandali, vt in publico peccatore, qui orat publicè in Ecclesia, tanquam minister illius: peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, &c.

Psal. 4.

Ex difficultatibus positis de orationis efficatia sequentes appèdices scitu dignissimæ colliguntur, ad quas melius intelligendas, relegenda sunt propositiones quarta in principio primæ quæstionis huius tractatus posita & quinta.

Nauar. c. 30.

APPEN.

Hinc oratio viua de rigore iustitiæ semper meretur augmentum gratiæ, & aeternæ gloriæ, & satisfacit pro peccatis, & est quoque impetratoria: eorum, quæ in ea petuntur, concurrentibus tamen conditionibus supra positis.

APPEN. 2. Hinc oratio mortua non meretur de rigore iustitiæ gratiam, vt
Scot. m. 2. d. 26. q. 27. S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 1. in 2. d. 16. communis opinio docet, licet, quò ad satisfactionem sit contra-
 ria opinio inter S. Tho. & Scotum, & illorum discipulos: sed de
 his in floribus lib. 2.

Hinc oratio mortua, quæ ex sua natura est bona, & debitis cir-
 cunstantiis ornata, est efficax ad multos effectus producendos, ve-
 rum non ex iustitia, sed ex Dei misericordia: & quia hoc Dei boni-
 tatem infinitam decet, vt Sacerdoti in mortali existenti prodest
 soluisse horas canonicas, vt non peccet de nouo, non satisfaciendo
 præcepto Ecclesiæ de horis dicendis, & habetur Can. Quid ergo,
 de pœn. d. 3. qui est D. Chryl. & Can. omnes. 28. q. 1. qui est D. Hier.
 & ad alios effectus, quemadmodum, & alia opera mortaliter bona
 profunt ad multos effectus: nam mediis iis operibus Deus, quæ sua
 etiam infinita misericordia inspirat aliqua, quibus operans ad gra-
 tiam & Dei amicitiam consequendam disponitur. Secundo euita-
 tur nouum peccatum, quod committeretur si opus ex præcepto
 debitum omitteret. Tertio ad suffragia sanctorum comparanda,
 quia mouentur ad intercedendum pro illis, qui eos tanquam pa-
 tronos orant. Quarto ad impetrandam salutem, honorem, & alia
 temporalia bona, & tandem profunt vt bonis operibus affluant
 & malis inclinationibus resistere discant. Naua. vbi supra.

*Chrysof.
Hier.*

*Nauar. c. 20.
num. 65.*

APPEN. 4. Hinc oratio mortifera, siue mala nec de rigore iustitiæ, nec ex
 Dei misericordia exauditur: adde iis, quò etiam si soluens horas
 canonicas propter omissionem circumstantiæ temporis, loci, finis,
 &c. peccet, etiam mortaliter, satisfacit præcepto Ecclesiæ, quò ad
 effectum nõ peccandi de nouo, & non tenetur illas reiterare: quia
 præcepta diuina, & humana possunt seruari, quò ad effectum eui-
 tandi nouum peccatum sine obligatione iterum obseruandi quan-
 tum ad substantiam actus, quæ cadit sub præcepto: licet, non quan-
 tum ad intentionem, & finem præcipientis, qui non cadit sub præ-
 cepto, vt latius in flor. 2. lib. patet.

*Lege Naua.
c. 10. nu. 47.*

*Ale. Alen. q.
91. q. 94. S.
Th. ar. 2. An.
verb. oratio.
Med. q. 7. 8.
9. & 11.*

QVÆSTIO III.

An oratio sit sub præcepto, ita vt omnes ad illam teneantur:

VLDERICVS docuit omnes teneri ad mentalem ora-
 tionem.

CON

CONCLUSIO.

IURE naturali Diuino omnes ad mentalem, & vocalem orationē tenemur. Ratio est: quia sicut iure naturali Diuino tenemur velle, & desiderare, nostram salutem: ita eodem iure tenemur velle & desiderare, & efficere omnia, sine quibus non possumus illa consequi: nam qua necessitate tenemur velle finem, obligamur ad media præstanda necessaria ad illum finem, & oratio est huius generis iuxta illud. Petite, & dabitur vobis.

Matth. 7.
Lege Canon.
contineri. 23.
quæst. 4.

Prima diffie. Erit ne semper orandum?

Alex. Alen.
q. 94. S. Tho.
art. 14.
Med. ubi supra.

REVOCA in memoriam diuisionem orationis in communissimam, &c. quam Alex. hoc loco repetit.

CONCLUSIO I.

SI orare communissimè accipiatur, semper est orandum. Patet: Oportet semper orare & non deficere, id est, semper est bonum, dum adest facultas, faciendum: & Psal. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, & dicebat Samuel. Absit autem à me hoc peccatum, ut cessem orare pro vobis: item, Non impediaris orare semper B. Paul. Sine intermissione orare: & Iacobi ultimo: commendatur assidua iusti oratio: & Act. 1. Apostoli erant in oratione perseverantes.

Luc. 18.
Psal. 33.
1. Reg. 11.
Eccles. 18.
1. Ad The.
cap. 5.
Iacobi ult.
Act. 1.

CONCLUSIO II.

SI orare communiter sumatur, non semper est orandum. v.g. contemplationi insistendum: quia vita contemplatiua non est in præcepto: nam dicit D. Gregor. Sine contemplatiua vita intrare possunt ad cœlestem patriam, qui bona possunt operari, & non intelligunt: nihil ago modò de vita, instituto, & perfectione religionum.

D. Gre. apud
Alex. Alen.
m. 1.

CONCLUSIO III.

SI orare proprie dicatur, non est in præcepto semper orare. Et ratio est: quia nec iure naturali, diuino tenemur semper orationi insistere: præceptum namque de oratione est affirmatiuum, & obligat semper, sed non ad semper, siue pro semper. Semper, inquam obligat, debet ad suam causam, quæ est desiderium charitatis, quod debet esse in nobis continuum, vel actu, vel vir-

S. Thom. ubi supra.

tute: non tamen quantum ad ipsam orationem: esset verò, si humana infirmitas pateretur, semper orandum.

Hæresis.

Hinc cõuincitur hæresis Messalianorum, siue Psalianorum, qui semper oratione vocali, nauandam esse operam docebant: nec enim possibile est, vt homo semper oret: necessarium siquidem est dormire, quo tempore nullus est mentis vsus: atque etiam comedere, & bibere, & salutis suæ & proximi necessaria comparare: & pro his acquirendis laborem aliquem moderatum, quanuis non sollicitudinem adhibere: & cùm hæc percipiuntur nullus est orationi vocali locus: vide Castro. verb. oratio. hæresi 2.

Aug. Alex. m. 3. q. 91. Palu. in 4. d. 15. q. 5. Naua. cap. 3. ubi supra. Med. ubi supra.

Secunda diffic. Quando erit orandum?

SI solum ius naturale consideratur perdifficile est explicare quando homo pro se, vel pro suo proximo sub pœna peccati mortalis orare teneatur: deinde vide propositionem. 3. in prima. q. de oratione positam.

CONCLUSIO I.

ORATIO communis, & canonica, suum habet tempus determinatum. Hæc conclusio probatur infrà. q. vlt. de horis canonicis.

CONCLUSIO II.

PECCAT mortaliter, attento solo iure naturæ, qui orationem priuatam omittit, quoties sibi videtur, præter illam, nullum esse remedium ad comparanda, quæ salutis suæ, vel proximi sunt necessaria. Et ratio est: quia quemadmodum iure naturæ tunc tenemur eleemosynam petere, quando nullum aliud remedium restat ad conseruandam vitam nostram corporalem, & eorum, qui sunt nobis cura: ita etiam tenemur orare, & petere bona spiritualia, nostræ salutis necessaria, quando præter orationem, nullum aliud suppetit remedium: atque etiam rationis iudicium dicit, hoc esse necessarium. Illustro exemplo. v. g. si quis vehemensissima impatientiæ, honoris luxuriæ, vel alterius vitij tentatione vexaretur, & nullum aliud sibi superesse remedium videretur ad vincendas huiusmodi tentationes, præter auxilium Diuinum, teneretur illud à Deo orando postulare: sicut tenet S. Thom. iure naturæ esse ieiunium sub præcepto, quando vel ad vincendam tentationem aliquam, vel ad eleuandam mentem in Deum est necessarium ieiunium.

S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 3.

Hinc

Hinc, qui est in peccato mortali, & non orat, vt à peccato liberetur, non peccat mortaliter: neque qui definit orare pro proximo in mortali existente, vt peccatum deserat: neque qui considerans se esse in peccato mortali, non conteritur, dummodo peccatum illi non placeat, & probabiliter credat se tempus conterendi, & pœnitendi habere. Et ratio istorum trium est: quia est aliud remedium, vt à peccatis liberetur, præter orationem.

Tertia diffi. Quid si iurauit, vel vouit, &c. Orare?

CONCLUSIO.

SI quis iurauit orare, vel orationem à confessore loco pœnitentiæ iniunctam acceptauit, iure diuino tenetur tempore, quo vouit, vel iurauit, vel acceptauit orationem, orare. Redditio enim voti est de iure diuino: Vouete, & Reddite Diuino Deo vestro. Et ratio est: quia, vt ius canonicum, & ciuile docet, quod certo tempore deberetur, non licet postea, vel antea soluere, nisi sit in fauorem, vel creditoris, vel alicuius tertij, cuius est habenda ratio. lege cap. maxime, de voto. & c. si verò, de iure iuran. & Can. admonere. 33. q. 2.

Psal. 75.

Hinc non licet horas canonicas, missas, processiones, & alias orationes iure humano debitas, sine iusta causa antepone- re, vel postponere: quia sunt horis interpositis instituta, non solum ad subleuandum laborem orationum eorum, qui sunt debitores, verum etiam ad solationem populi Christiani, & ad diuinum cultum & deuotionem, & attentionem augendam.

APPEN. 1.

Hinc ille, cui iniuncta est pœnitentia recitandi, vel totum Psalterium, vel septem Psalmos pœnitentiales in tribus. 6. feriis, siue tribus mensibus, vt minori cum labore illâ adimpleat, vel qui medio iuramento, siue voto, ad idē est obligatus, poterit tempus præuenire. Et ratio est: quia temporis protractio & diuisio fuit determinata in suū fauorem: verum si talis dilatio temporis fuit determinata, vt diutius duraret memoria, & dolor peccatorum, vel passionis Christi, vel causæ, quæ ad vouendum, siue iurandum mouit, non satisfacient, si non suis diebus, & temporibus recitent.

Intellige de horis in choro: nã priuatum ab ea est ratio, vt infra in q. de horis canonicis.

APPEN. 2.

Hinc Sacerdos, cui imposita est pœnitentia post missam adimplēda, satisfaciet, si ante missam illam faciat: quia tēpus in suam

APPEN. 3.

fauorem assignatum esse videtur, non autem ante missam: quia non videtur tempus in suum fauorem tunc esse determinatum, sicut quando post missam: nam videbatur verisimile imponenti penitentiam non posse suppetere illi locum, ante missam celebrandam.

Quarta diffi. Quo alio tempore erit oratio sub precepto?

CONCLUSIO.

OMNES, cessante iusto impedimento, tenemur iure humano, diebus ab Ecclesia præceptis assistere Sacerdoti celebranti, & oranti pro populo. Definita est in Canone missas. dist. 1. alias autem horas non tenentur seculares, vel audire, vel dicere præfatis diebus, nisi esset talis consuetudo inducendi obligationem præscripta.

APPEN.

Hinc multi obligantur ad certas processiones, missas, & orationes certis diebus, & horis propter statuta, siue constitutiones, religionum, vel ciuitatis, vel confraternitatis, leges alicuius Regni, quibus alij non comprehenduntur.

*Alex. Alen.
m. 2. S. Th. q.
84. ar. 3.
Nauar. c. 5.
ubi supra.*

Quinta diffi. Est ne determinatus, & præscriptus orationi locus?

CONCLUSIO I.

HORIS canonicis publicè dicendis definitus est locus. Hæc conclusio probatur infrà. q. de horis canonicis.

CONCLUSIO II.

NULLUS locus ab aliis orationibus, siue mentalibus, siue vocalibus excluditur, dummodo aliæ circumstantiæ concurrant. Probat per Psal. In omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino: & cum in omni loco dominetur, omnis locus erit ad orandum aptus, & B. Paul. ad Ti. 2. Volo viros in omni loco orare, & in præfatione missæ, Verè dignum, &c. Nos tibi semper & vbique gratias agere. Veruntamen, cæteris paribus, si commodè fieri posset, esset locus sacer multas ob causas eligendus: nempè, propterea quòd Christus dixit Matth. 21. Domus mea domus orationis vocabitur: & propter mutuam ad orandum conformationem. B. Paul. Col. 3. Commouentes vosmetipsos in Psalmis, &c. Tum ratione maioris deuotionis, dicente D. Chryf. Templum est maioris deuotionis excitatio:

Psal. 102.

1. Ad Ti. 2.

Matth. 21.

*B. Pau. Col.
3.
Chrysof.*

tio: præterea, quia ibi causa honorandi corpus sanctissimum Christi est maior angelorum frequentia: adhæc vt facilius, quæ petimus impetremus, quod manifestè. 3. Reg. legitur. Aliæ sunt etiam causæ, quas apud S. Tho. inuenies vbi supra. Dicitur notanter in conclusione, dummodo aliæ circumstantiæ concurrant: quia si in alio loco oratio daretur occasio scandali, vel hypocrisis, esset peccatum ibi orare, vt D. Amb. & Aug. docent, quos citat Vval. de sacra. c. 143. & 147. vt si quis in loco publico, vbi est maximus hominum concursus publicè, sine vlla causa, & cum certis cæremoniis impertinentibus oraret.

Ex hac conclusione sequitur contra quosdam, posse fieri etiam vocalem orationem, dum venter exoneraretur, & aliis in locis immundis: propterea quòd non est ius diuinum, nec humanum, quo id prohibeatur, nec ratio efficax, qua oratio ibi facta mala esse persuadeatur: quid? quòd, necessitate compellente, id fieri potest: & tunc, si esset lex humana in cõtrarium, cessaret Can. Sicut. de conf. d. 1. & c. quanto. de consuetu. tum etiam, quia melius est ibi Deum mente, & lingua laudare, quàm animam immundis cogitationibus maculare: & posset talis locus corporalibus immunditiis infectus esse occasio, vt orans humiliaret se, considerando humanam immunditiam, & Dei infinitam pulchritudinem, & munditiam: attamen, vt D. Amb. & Aug. docent, semper opportunior locus esset quarendus.

Sexta diff. Sint ne certi corporis gestus in oratione seruandi?

ORATIO, quatenus sacramentalis, & satisfactoria, habet virtutem impetrandi, & significandi: Impetrandi ratio residet penes deuotionem, & seruorem orantis: Significandi verò ratio penes, id quod exterius apparet.

CONCLUSIO I.

Ex parte Dei, qui à nobis oratur, congruentissimè gestus corporis, quibus ad orientem respicimus, obseruatur. Et ratio est: quia per istos gestus significatur orationem nostram esse ad Deum, super omnes creaturas excellentissimum, dirigendam: propterea quòd, in ea parte sol omnium creaturarum corporalium nobilissimus oritur: lege D. Aug. in serm. De monte. lib. 2. & c. Ecclesiasticorum. 11. dist.

3. Reg. c. 8. &
9.
S. Th. vbi supra & in 1. p.
q. 85. ar. 3.
D. Amb. &
August.

APPEN.

Ambros. &
Aug.

Alex. Alen.
q. 94. m. 3.
Naua. c. 4. in
c. Quando,
Hugo 2. de
sacrament.

Damas. lib.
4. c. 11.

August.

CONCLUSIO II.

Ex parte nostra appositissimè corporis gestus diuersi ad significandum adhibentur. Ratio est: quia curuatione. v.g. genuum, vera humilitas, & reuerentia, repræsentatur: expansione manuum crudelis passio Christi, & obedientia illi debita, significatur: tunctione pectoris pœnitentia debita insinuat. Et confirmatur exemplo Christi, qui orando in faciem procidisse apud Matth. legitur, & in Psal. Venite adoremus, & procidamus ante Deum, &c.

Matth. 26.
Psal. 94.

Nota tales gestus non esse de essentia orationis: quia hoc tempore gratiæ nullo iure humano, vel diuino præcipiuntur. Caterùm cum sint introducti ab vniuersali consuetudine, erit in officio publico, quod publicè celebratur, consuetudo prouinciæ, siue Ecclesiæ, seruanda: at verò oratio siue officium Diuinum priuatim dicendum poterit sine peccato dici stando, sedendo, recumbendo, iacendo, ambulando, equitando: dummodo reliquæ circumstantiæ seruentur, & occasio scandali non præbeatur.

QUESTIO III.

An sit vtendum oratione vocali, vel mentali tantum?

CONCLUSIO.

ORATIONE vocali & mentali vt integrum est. Et ratio est: quia licet oratio sine voce sufficiat, vt à Deo exaudiatur: dicitur enim Isai. 65. e. Antequam clament, ego exaudiam: nihilominus tamen voce quoque orandum est, propter multas vtilitates, quæ ex oratione vocali emanant: eæ siquidem cor nostrum accenditur, intellectus illuminatur, recordatio temporis orandi renouatur, iustum corporis, & animæ obsequium exhibetur, deuotio excitatur, proximus instruitur. Vide D. August. ad Probam. Bedam. Matth. 6. super Nolite assimilari illis, & super Scit enim Pater vester, &c. eodem cap. Doct. vbi supra.

Alex. Alè. q.
90. m. 2. ar. 1.
S. Tho. ar. 12.
Ric. q. 5. Med.
vbi sup.

Isai. 65. e.

Aug. ad Probam.
Bed. Matt. 6.

Prima diffi. Vtrum sit necessarium vocali oratione vri:

MEMENTO propositionis. 3. in 1. q. posita de oratione communi, & particulari.

CON

X

CON-

CONCLUSIO I.

COMMUNIS oratio necessario est futura vocalis. Ratio est: quia debet innotescere populo pro quo offertur: vt ad deuotionem excitetur, & ne Sacerdotes suspicentur debitas laudes omittere, cum enim Ecclesia ex sensitiuis creaturis constet, oportet sensibiles, id est, vocales orationes per eius ministros Deo offerri: alioquin cum non iudicet de occultis, nesciret, an Sacerdotes suum officium facerent: & ita ab Ecclesia fieri præcipitur *Isido.* do. de sum. bono. cap. 7.

Hinc malè faciunt qui missas ita celebrant, & horas canonicas in Ecclesia persolunt summissa voce, vt ab auditoribus intelligi nequeant, nisi aliqua iusta causa interueniat: hoc tamen diligenter seruetur, quoquo modo hæc dicantur, vt sensus verborum distinctè à se, & ab alijs percipiatur, vt Ecclesiæ deuotio excitetur. APPEN.

CONCLUSIO II.

SINGULARIS oratio, non est necessario futura vocalis, nisi homo ad talem orationem voto obligetur, constat *Psal. 26.* Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, & *1. Reg. 1.* exemplo Annæ, quæ corde suo loquebatur: vbi de oratione mentali sacra loquitur Scriptura: licet vocalis, vt in prima concl. huius. q. demonstraui-
mus, vtillissima sit.

Secunda diffic. Est ne vocalis magis exercenda, & vtior mentali:

Alex. art. 6.
vbi supra.

MEMINERIS propositionis 2. in principio tract. collo-
catæ de oratione mentali, &c.

CONCLUSIO I.

MENTALIS oratio perfectior est, & vtior simpliciter oratione purè vocali. Et ratio est: quia mentali loquitur cor Deo, purè vocali labia tantum. Populus hic labijs me honorat, &c. *Isai. 29.*
Matth. 15.

CONCLUSIO II.

SI verba in oratione mixta impediunt affectum, vtior est mentalis: at verò, si verbis iuuatur affectus, & magis animus inflammatur, vocalis erit vtior iudicanda. Ratio est: quia verbis & alijs signis ad augendum desiderium sanctum nos ipsos acrius excitamus: quamobrem, si mens per hoc distrahatur, vel aliquo modo impediatur, erit ab ijs cessandum. Verum si oratio est particularis mentalisque pura, vtior erit tunc vocali oratione mixta. *Loquitur de priuata non canonica.*

CON

COMMVNIS oratio vocalis vtilior est pura mentali, Ratio est: quia desideratur interior, & exterior affectus ad excitandos animos omnium fidelium ad bonum: quod, cum sit commune, praefendum particulari bono est: quæ quidem nunquam est sine particulari affectu, si non Sacerdotis, saltem alicuius membri Ecclesiæ: semper enim in Ecclesia est aliquis, qui affectum mentis in Deum habeat.

APPEN. Ex ijs colligitur orationem particularem mentalem viri perfecti, qui sic inflammatur, vt in Deum totaliter feratur, vtiliorem esse vocali: quia non indiget voce ad deuotionem excitandam, & effectum inflammandum: viri autem imperfecti vtiliorem esse vocalem: nam ad hominum parum spiritualium affectos prouocandos, sunt orationes vocales ab Ecclesia praefertim instituta.

Alex. art. 2.
ubi supra.

Tertia diffi. Conuenienter ne tradita fuit forma vocaliter orandi?

CONCLUSIO.

Matth. 6.

CONVENIENTISSIME quidem tradita fuit. Pater Cōclusio exemplo Christi I n s v. Matth. 6. Qui docuit Apostolos orandi formam dicens: Sic orabitis, Pater noster, &c. & exemplo Ecclesiæ, quæ innumeras orationes composuit, ex quibus, quid petendum sit, innotescit, & multiloquium euitatur, & desiderium orandi, atque deuotio excitantur.

Med. ibid.
Syluest. ver.
oratio.

Quarta diffi. An sit necessarium orandum secundum formam, à Christo in oratione Dominica traditam?

¶ DVÆ sunt opiniones. Vna negans. Altera affirmans.

CONCLUSIO.

August.

FORMAM Dominicam orandi, eo ordine quo tradita est, scire, & iuxta illam orare saluberrimum est, non tamen videtur iure diuino, sub pœna peccati mortalis præcepta: confirmatur communi Doctorum sententia, & D. Aug. autoritate in epistola 89. ad Hilarium: tum etiam, quia Christus Dominus illam non præcipiendo, sed docendo tradidit, & Ecclesia non dicit præceptis salutaribus iussi, vel coacti, sed moniti: tandem sicut non est ad salutem.

salutem necessarium symbolum memoriter retinere, cum satis sit, ad singulos articulos etiam sine ordine propositos respondere, ita quoque sat erit, ut interrogatus, quis de singulis petitionibus illic contentis, sciat illa esse petenda, nempe, quod fiat voluntas Dei, quod det nobis panem quotidianum, &c. securior tamen est contraria opinio.

Quinta diffi. An sit in oratione multiloquium licitum?

NON intelligitur titulus de oratione canonica, quæ est sub præcepto, sed de voluntaria oratione.

C O N C L U S I O.

Si multiloquium fit, ad fastidium, vel otium tollendum, vel ad deuotionem excitandam, licitum est. Hæc conclusio est D. Hier. ad Rusticum monachum, & Hugo. de virtute orandi. 11. cap.

D. Hier.

Hinc damnatur multiloquium infidelium, existimantiu Deum multiloquio inclinari, vel si absens est, vocari, vel si nescit doceri; non autem condénatur multitudo lacrymarum, & preces multæ, continuæque cum cordis puritate, & intètionis synceritate factæ.

A P P E N.

Sexta diffi. An sit mentalis oratio necessaria.

BAPTISTA verbo oratio. §. 10. varias Doctorum sententias reconciliare conatur.

Medin. ibid.

C O N C L U S I O.

MENTALIS oratio non est necessaria sub præcepto, nisi quando vocalis priuata est quoque sub præcepto, propter eisdem rationibus, quibus vocalis obligat ad mortale peccatum. supra in difficultate, quando erit orandum, &c.

Ale. Alè. ar.

s. S. Th. ar. 13.

Ric. q. 6. An.

§. 10. & 11.

Soto lib. 10.

de iustit. &

Iure. q. 5. art.

5. Nau. 13.

ubi supra.

Med. hac ea.

quest.

Q U Æ S T I O V.

An requiratur attentio in oratione vocali?

NOTANTER dicitur in titulo. q. in oratione vocali: nam de mentali frustra quaeretur, cum ipsamet oratio mentalis sit attentio: nam tandiu durat oratio mentalis, quandiu perfectur

uerat

uerat attentio: impossibile siquidem est mente orare, & non attendere. Deinde animaduertendum est aliud esse attendere, aliud deuotionem habere: nam attendere est ad id, quod dicitur mentem habere praesentem, nempe, ut hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Deuouere autem, unde deuotio deducitur, est habere quandam animi propensionem, & applicationem in alterius obsequium: ut v.g. cum quis est promptissimus, & paratissimus in Dei, vel alicuius sancti obsequium, ex iis emanat quaedam anima delectatio, quam vulgus deuotionem vocat.

CONCLUSIO I.

ATTENTIO est in praeepto, seu reatu mortali obligandi omnes clericos canonicè orantes, & canentes. Definita est ab Innoc. c. dolentes. de celebrat. miss. vbi dicit sum. Pont. Districte praecipimus in virtute obedientiae, ut diuinum officium nocturnum, pariter & diurnum, quantum eis Deus dederit studiosè celebrent, pariter & deuotè: idem iudicandum est, quando sub poena peccati mortalis ad orationem, ut supra diximus, aliquis tenetur: nam eodem praeepto, quo tenetur ad orationem, obligatur etiam ad attentionem.

CONCLUSIO II.

QUANDO oratio non est sub praeepto, sed est libera, orans debet attendere. Et ratio vtriusque conclusionis est: quia cum oratio sit actus virtutis, ut ex 1. q. constat, necesse est, ut fiat, quò, & vbi, & potissimum quo modo oportet: quibus circumstantiis qualibet virtus constat: & modus nullius naturae orationis magis quadrat, quam attentio: tenetur enim quilibet, dum orat, pro dignitate orare, ne irrisor, & contemptor apud Deum esse videatur, non erit in mortalis culpa, indecèter tunc orare, animo distracto, dum modo absit contemptus, sed erit venialis culpa dumtaxat, & intelligitur, si voluntariè diuagetur, & volens alia diuersa considerat: nam si non scienter, nec ex proposito, sed vel contra voluntatem, vel praeter distrahitur, excusationem habet, propter intellectus nostri volubilitatem: contra Gabrielem, super Can. est. Vide Nau. cap. 13. num. 38. & infra vbi multas colligit illationes.

APPEN.

Hinc multi Missas voluntariè audiètes, & preces fundètes, peccat ex proposito distracti, qui non peccarent omittètes, cum nullo praeepto ad Missas illas audiendas, precesue fundendas teneantur.

Prima

Prima diffit. An attentio per totam orationem sit necessario habenda? DD. ubi sup.

NECCESSARIUM duobus modis sumitur. Primo dicitur necessarium simpliciter, sine quo res suum finem attingere non possunt: vt cibus ad vitam. Secundo vocatur necessarium illud, quo melius, & decentius ad finem peruenitur: vt equus ad iter agendum. Tres sunt alij interim prætermisiss, orationis fructus. Primus, vt actus sit mortaliter bonus, si extra gratiam fiat, idemq; meritorius, si procedat ex gratia. Secundus orationis effectus est impetratio. Tertius, & præcipuus est spiritualis quædam mentis resectio, dulcissimaque recreatio, quæ ex oratione Deo facta effluit.

CONCLUSIO I.

AD primum, & secundum effectum consequendum, non est necessaria simpliciter attentio, quæ totam orationem concomitur. Et ratio est: quia habere mentem semper fixam, vt non diuagetur, non est in nostra potestate, de qua re conquærebatur. Dauid dicens: Cor meum dereliquit me: quamobrem diuagatio, *Psal. 39.* cum quis non aduertit, non imputatur ad culpam: satis namque est, vt oraturus in principio, quid facturus sit, attendat, vt oratio sit moraliter bona, & impetratoria: tunc enim vis, & robur attentionis actualis in principio habitæ per totam orationem durat, & vocatur virtualis, de qua infra.

CONCLUSIO II.

EST tamen attentio per totam orationem durans ad dictos duos effectus secundo modo necessaria. Et ratio est: quia splendidissimum decus, & ornamentum est singulis verbis, quis quid, & cum quo loqueris, attendere.

CONCLUSIO III.

ATTENTIO, quæ fit indiuiduus orationis comes, est simpliciter necessaria, vt orans tertium orationis effectum consequatur. Ratio est: quia huiusmodi mentis resectio, & delectatio non consistit in habitu, sed in actu vitæ spiritualis. Vnde B. Paul. Si ore *1. Cor. 14.* lingua (scilicet sola) mens mea sine fructu est.

Secunda

Secunda diffie. Ad quid debet attentio, qua necessaria orationi est, referri:

ATENTIO triplex est. Prima ad verba. Secunda ad sensum verborum. Tertia ad Deum, ad quem oratio dirigitur. Hæc diuisio est S. Thom. & Ric. locis citatis, quam sequentiam Doctorum agmen amplectitur.

CONCLUSIO I.

PRIAM attentionem habere debent omnes, qui ex præcepto ad vocalem orationem obligantur. Ratio est: quia, hac attentione deficiente, orans exponit se periculo non dicendi, quod dicendum est, vel non rectè illud pronuntiandi quod quidem culpa non caret in eo, qui ex proposito ad verba non attendit. Hæc est sequentibus inferior, & doctis, & indoctis communis, & sæpè indocti, qui alia misteria non callent, inter orandum ad Diuinâ maiestatem, cum qua loquuntur, mentem eleuant, quod viri docti sola verba ponderantes, & perpendentes, quandoque non faciunt. Deberent tamen idiotæ linguâ, in qua orant scire: vt rectius hanc attentionem haberent, & tardio, quo in choro propter ignorantiam afficiuntur liberarentur. Sic enim in Conc. Trid. Sess. 23. c. 11. & 13. traditur.

CONCLUSIO II.

SECUNDA attentio non est semper ab omnibus necessario habenda. Ratio est: quia multi clerici, & religiosi, & moniales, Græcè, vel Latinè orantes, nec sensum verborum intelligunt, nec intelligere possunt: satis enim illis est, si ad verba: vt rectè pronuntiant, & ad Deum, cum quo loquuntur, attendant.

CONCLUSIO III.

NEQVE viri Docti, qui orationibus ab Ecclesia ordinatis, tanquam illius ministri vtuntur, ad hanc secundâ attentionem videntur obligari. Ratio est: quia cum in his orationibus nihil illicitum, aut ineptum cõtineatur, satisfaciunt, ita orantes: si in genere intendant à Deo petere, quod ibi cõtinetur, licet particulariter ad contenta minimè attendant. Hæc secunda attentio est melior prima.

Notanter dicitur in conclusione, orationibus Ecclesie, &c. quia si oratio non est talis, vel aliunde benè ordinata, sed proprio composita Marte, & ex tempore Deo offeratur, necessariû erit ad sensum

sum verborum, quibus orans vtitur, attendere; ne, tali attentione deficiente, verba inepta, & imprudentia proferat; maiorem enim culpam committeret, quàm qui à Rege terra per verba inepta, & imprudentia aliquid peteret, atque periculo non impetrâdi, quod petit, se exponeret.

CONCLUSIO IIII.

TERTIA attentio, quæ omnium præstantissima, omnibusq; communis est maximè necessaria censetur. Ratio est: propterea quod finis, & scopus orationis in Deum ipsam, eiusque gloriam, qua ipse beatus existit, est referendus: ita vt non tam ad nostrum bonum, quod esset amor concupiscentiæ, quàm ad eius gloriam, quod ad amorem amicitia attinet, orationem nostram referamus: nempe vt sua voluntas, qua voluit suam propriam felicitatem in nos effundere, adimpleatur, atque ita, & quando inchoantur horæ, & in fine cuiuslibet Psal. Gloria Patri, &c. cantatur.

Hinc licebit prima, & secunda attentione vti, tanquam medijs ad hanc tertiam consequendam, si Deus, quæ sua est infinita misericordia, illam cõcesserit: sunt enim duæ priores huius tertiæ tanquam comites, & ministra. APPEN. 1.

Eodem etiã modo integrum erit in Virginem sanctissimam, & alios sanctos attendere, Beatissimamque Christi IESU humanitatem, eiusque acerbissimæ passionis mysteria inter orandum contemplari, & meditari: vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilem amorem rapiamur. APPEN. 2.

Hinc, licet fas quodammodo sit, ad temporale, quod petitur, attendere, non tamen est diutius ibi immorandum, ne diuinam maiestatem illuc referre videamur. APPEN. 3.

Tandem, hinc neque sempiterna gloria, neque virtutes, quibus illuc peruenitur, neque proximè dicta tanquam finis vltimus orationis meditanda sunt, vt ex vltima conclusione constat. APPEN. 4.

Tertia diffie. An sint omnes tres attentiones necessaria simul, vt præcepto Ecclesie satisfiat? Doct. & C. iet. ubi sup.

CONCLUSIO.

NON sunt omnes tres necessariò simul habendæ, vt Ecclesie præcepto fiat satis, cum quælibet illarum sit sufficiens ad

satisfaciendum. Probat ex proxima difficultate: quia idiotæ secundam habere nequeunt: & confirmatur communi Doctorum sententia.

Limitatio.

Est tamen limitanda conclusio dummodo in prioribus attentionibus, & in alijs, quæ licitè contemplari posse inter orandum diximus, finis ultimus non constituatur: tunc enim non fieret satis Ecclesiæ præcepto, ut proxima difficultate fuit declaratum.

DD. ubi supra.

Quarta diffie. Quando omnes, quæ sunt sub præcepto, ob defectum attentionis erit reiteranda?

PRIMVM notabile in principio orationis, ut sit etiam satisfactoria Ecclesiæ præcepto desideratur actuale, & expressum, siue virtuale, & tacitum attendendi propositum: nam oratio est actus humanus, & debet fieri cum deliberatione, & proposito & sine convenienti: alioquin esset brutalis actus. v. g. si quis accipiat Breuiariũ cum proposito expresso dicendi horas, ut Ecclesia præcipit, sufficiens propositum attendendi habet in principio, quamuis non expressum: perinde etiam sufficiens habet propositum, qui sciens, & prudens, accipit Breuiarium, & confert se ad Ecclesiam, vel quid simile facit: qui si interrogaretur, responderet, se illa facere, ut seruet Ecclesiæ præceptum, de horis dicendis: quod est virtuale, siue tacitum propositum. Secundum notabile supradictum propositum dupliciter deperditur actualiter, & expressè, siue virtualiter, & tacitè. Primo modo, si actu, & expressè nolit attendere, quod habere solent, qui iam semel soluerunt pensum horarum, & secundo recitant in choro, vel cum alio, quod fit sine peccato veniali, ut supra, de oratione voluntaria diximus: vel qui cum alijs inepte recitantibus soluit diuinum officium, & determinat secum, iterum debitum officium soluere. Secundo modo virtualiter, & c. deperditur ab illo, qui ex proposito in ipsa horarũ continuatione ad alia indevota, aut viciosa diuertitur contemplanda, vel aliquo negotio occupatur, quòd suapte natura orationis attentioni aduersatur, & vidès se, hac de causa, nullã habere attentionẽ, non curat attendere. Probat hæc duo notabilia cõmunis Doctorum opinio.

CONCLUSIO I.

QUANDO data opera, nullum habetur attendendi propositũ, sunt

sunt horæ canonicæ, & aliæ orationes aliàs debitæ, reiterandæ. Ratio est: quia non seruatur Ecclesiæ præceptum de attentione debita habenda: & ex superioribus, & ex primo notabili constat.

CONCLUSIO II.

Q V A N D O inter orandum exercetur opus attentioni orationis repugnans, sunt horæ, & debitæ orationes, reiterandæ. v. g. si quis dum orat, scribat, pingat, legat, aut aliud opus simile faciat, quod peculiarem attentionē exoptulat. Ratio est: quia hoc faciens, & aduertens se distrahi, caret proposito attendendi: & ea cōsequenti nō satisfacit præcepto Ecclesiæ. Idem censendum de illis, qui in choro adinuicem loquuntur, vociferantur, &c. quia hæc attentioni debitæ repugnant: vt secundo notabili patet. Ex iis, quæ posita sunt in hac difficultate sequuntur aliquot appendices.

Hinc, qui horas dicit, non animo soluendi debitum, sed recreationis in legēdo capiendæ, vel intelligendi, quæ ibi scripta sunt, & etiam qui in progressu orationis mutat propositum satisfaciendi præcepto, tenetur illas reiterare. Hinc, qui recitat horas vestiendo se, abluendo manus, deambulando, sedendo, equitando, &c. dummodo vnā triū attentionū conetur habere, non tenetur reiterare: quia non facit opus attentioni contrarium: peccat tamen venialiter aliquando sic recitando propter orationis dignitatē: dixi aliquando, nempe, si non mediocrem attendendi diligentiam adhibeat, vel non interueniat iusta causa: vt si quis præter spem summo mane excitetur, ad celebrandum, necessitate urgente, & inter vestiendum dicat horas vsque ad primam. Hinc, qui recitant ex præcepto, & videntes se parum attentos, & deuotos extitisse, & perinde absoluunt horas cum proposito reiterandi male faciunt: quia cum mediocrem diligentiam adhibuissent, satisfecerunt præcepto: quia purarunt se non satisfecisse, tenentur illas iterum dicere.

Hinc qui sæpissimè distrahitur, & curat quantum in se est, attendere, non tenetur horas redicere. Hinc, qui attendentes ad verba, ita festinanter pronunciant, vt socij licet linguam calleant verborum sensum percipere nequeunt, non satisfaciunt præcepto Ecclesiæ: quia festinatio illa præceptis impedit, quominus illa attentio, sit, medium ad alias attentiones: quod Clement. 1. de celebr. Miss. verbo transcurrendo, prohibetur. & c. dolentes, eod. titulo.

Hinc, qui cum sociis in choro, & extra versus anticipant, non se

APPEN. 1.

APPEN. 2.

APPEN. 3.

APPEN. 4.

APPEN. 5.

APPEN. 6.

iplos expectantes, donec versum finiant, non satisfaciunt, & re-
Lege Naua. terare tenentur, propter causam proximè dictam, si notabilem
c. 10. ubi sup. parte horæ ita absoluerint.

D V B I V M.

*Si quis dubius propter mentis euagationem, dixerit psalmum aliquem,
 vel horam, tenebitur ne illam reiterare?*

CONCLUSIO III.

TENEBITVR quidè, si non recordatur, nec probabilè ali-
 quã coniecturã, siue rationem habet, qua credat se dixisse redi-
 cere: alioqui enim nõ tenetur reiterare, què admodum non tenetur
 iterum confiteri peccata, qui nõ recordatur, se illa cõfessum fuisse,
 dũ modo sufficientem cõiecturã habeat, quòd fuerit illa confessus.

APPEN. 7.

Hinc, non tenebitur ad reiterandum psalmos vel horã, qui du-
 bius est, & non recordatur se non dixisse, & habet iustam causam
 credendi, quòd illam dixerit, & in principio habuit propositũ at-
 tendendi, vt in primo notabili dicitur, licet vana meditatus fuerit,
 & animaduertens mentis diuagationem, statim attendere curare-
 rit: perinde qui recordatur se incepisse talẽ horã, & non attẽdens
 ad finem peruenit, legendo illam in libro, vel memoriter recitan-
 do, ea in quibus communiter errare non solet, potest iustè crede-
 re se illam dixisse, & malè faceret reiterando: nam hinc in suo ani-
 mō impertinentes scrupuli pullularent.

APPEN. 8.

Idem iudicium est de Sacerdote eodem modo dubitante an in
 Missa verba, vel signa aliqua omiserit. Non potui me continere
 hæc corrigens, quin errorem quendam communem in recitandis
 horis à viris doctis, ex inaduertentia commissum, & ab indoctis
 eorũ malo exẽplo imbutis obseruatum, & est, & quòd sapissimè
 multarum dictionum syllabas detrahunt, & ex primis personis
 addẽdo. t. tertias faciunt, & ex tertiis personis secundas detrahen-
 do. t. cum enim dicendum sit in fine orationum filiam tuam, pro-
 nunciant tum: & cum dicendum sit salutare tuum, dicitur quoque
 tum, & peregrinationis meæ dicitur me, & loco seruus tuus, dicitur
 seruus tuus: & cum legẽdũ sit à calũniis hominũ profertur à ca-
 lũnis: & seruauĩ mãdata, seruauit: & si de sententia Nauarri mu-
 tare accentum dictionis: vt dicere Lucia, pro Lucia, est veniale
 peccatum: quã graue veniale erit, & accentum, & significationem
 modo

nem modo supra dicto destruere? aduertant amore Christi & definant post hac tam ineptè proferre, ne Deus Opt. Max. passim, vt fit, hoc modo offendatur.

Quinta diffi. An interruptio, siue interpositio horæ sit peccatum, & hora tunc reiteranda?

Nau. c. 16. & Med. vbi supra.

MERITO hoc quæritur propter abusum maximum interponentium: & quia Can. nihil i. q. i. quod est Conc. Tolero. & Clem. i. de celebra. Miss. quod est Concil. Viennens. vbi præcipitur, vt sine interruptione diuinum officium soluatur: & quia, quod interponitur, distrahit à debita attentione.

CONCLUSIO.

QUANDO, quod interponitur breue est, ^a vel ad officium ipsum ^b siue finem eiusdem officij pertinet, vel salutem ^c spirituali, corporali, temporali, honori, vel bonis fortunæ orantis, siue proximi competit, & commodè protrahi non potest: dummodò sine scandalo, & cum proposito continuandi horam fiat interpositio, non erunt horæ interpositæ, tunc redicendæ, nec culpa aliqua committetur. Probatur conclusio à simili: nam testamentum, & stipulatio ^d sine interpollatione fieri debent: nihilominus tamen, si quod interponitur parum est, vel ad testamentum pertinet, vel salutem testatoris, vel testium, fuerit necessarium: testamentum, & stipulatio vim suam, & robur obtinent, vt locis in margine citatis habetur.

a Arg. l. cõtinuus in prin. ff. de ver. sig.
b Arg. l. heredes palam. §. si ff. de test.
c Arg. l. cum antiquitas. C. de test. & l. heredes citata.
d Leg. cõtinuus in prin. ff. de ver. sig.

Hinc, licebit chorum ingredientes salutare: quia est opus breue, & honestum, & vnum, aut alterum verbum famulo respondere, & aliquid breue præcipere, cuius postea fortassis non recordabitur, aut si non continuè præciperet, vix posset mentem ab illius cogitatione amouere.

APPEN. 1.

Hinc poterit, qui solus recitat in contemplatione alicuius ver-
sus immorari, & accendere cereos, lectiones, & psalmos querere, & alia id genus interponere: quia hæc licitè, durante officio, fiunt cum ad illud, vel eius finem pertineant.

APPEN. 2.

Hinc integrum erit aliquod opus misericordiæ spiritualis, aut corporalis interponere, saltè quãdo tale op^o differri cõmodè haud potest: eadè quoque ratione poterit quis exonerare ventrem, vel

APPEN. 3.

portionem aliquam sumere, atque etiam adiuuare proximum, vel eius animal, si ceciderit, respicere hospitem, cui, vt expectet, sine scandalo dici non potest, alia opera charitatis, pietatis, & virtutis interponere: quoniam non potest tale opus commodè differri, vel ex dilatione damnum aliquod sequeretur, propter eandem causam, & Iudici licet inter orandum aliquid breui ordinare, præcipere, & providere: quoniam hoc comodè dilatare non valet. Omnia hæc in hac secunda appendice posita confirmantur ex conclusione: quia saluti spirituali, vel corporali, &c. competunt.

Notanter dicitur in conclusione sine scandalo, quia si multi in choro, vel extra simul recitant, nihil potest ab vno sine consensu aliorum interponi: nam socij ob id scandalizarentur, & à debita attentione distraherentur. Tandem nota vltimam partem conclusionis. scilicet cum proposito continuandi: nam qui aliquod opus prædictorum interponeret, decernens non continuare horam, & satisfacere pro tunc obligationi, quam habet, tenetur, absoluto opere, horam interpositam redicere: quia operariorum labores, vel opera non latius se extendunt, quàm eorundè intentio. Unde fit, vt multi teneantur horas reiterare, quæ non essent reiteranda: quia existimantes se non satisfacere, mutarunt intentionem, nolentes pro tunc satisfacere.

*e Leg. nõ om-
nis. ff. si certũ
pet. c. l. in
agris. ff. de
acqui. rerum
domi.*

D V B I V M.

Quando igitur interpositio erit peccatum, & hora reiteranda?

PROPOSITIO I.

QVANDO interpositio est impertinens, & potest commode protrahi, quantumvis sit brevis, non caret culpa, saltem veniali. v. g. si risus insolens, verbum inhonestum, rixa, negotium aliquod, allocutio famuli, præcipiendo illi, fac hoc, vel illud, egressus sine iusta causa è choro, & aliud, id genus, interponatur. Ratio est: quia oratio debet esse continua, & huiusmodi interpositiones debitam attentionem impediunt.

PROPOSITIO II.

OB talem interpositionem, si fiat cum animo continuandi cum præcedentibus sequentia, non erit hora redicenda. Ratio est: quia
parum

parum temporis, siue breue opus, licet impertinens, non discontinuat aliud opus, quantum ueniale, uel mortale efficiat.

PROPOSITIO III.

QUANDO interpositio est adeò longa, ut iudicio boni uiri, discontinuet officium, erit tunc hora reiteranda. Cæterum fatius erit in dictis propositionibus horam redicere. Sunt & aliæ causæ redicendi horas supra diffi. proximis traditæ. Animaduertant autem, qui timidam conscientiam habent, non teneri ad reiterandas horas in casu, quo existimant se, uel non integrè pronunciasse, uel aliquo modo syncopasse, uel uerba aliqua non uoce, sed guttore dixisse, dummodo defectus non sit ualde notabilis: nam tunc satis erit, ut de huiusmodi defectibus pœnitentiam agat.

Sexta diffi. Qui recitat horas, dum audit Missam de præcepto tenebitur illas ob defectum attentionis redicere:

OLIM fuit opinio negans: quia unico actu non putabatur duobus præceptis satisfieri posse.

CONCLUSIO.

HORÆ, & aliæ orationes debitæ cum sufficienti attentione dictæ, dum Missa de præcepto auditur, non sunt reiterandæ. Ratio est: quia ibi solum præcipitur, ut Missa attentè audiatur, non autem, ut simul, quæ à Sacerdote dicitur, audiantur, & intelligantur: cum longè distantes ab altari, & Græcam Missam audientes, præcepto de audienda Missa satisfaciunt: neque per solutionem orationum præceptorum attentio Missæ debita tollitur: & qui reddunt creditori extrema necessitate laboranti debitum, eodem actu iustitiæ, & charitatis præceptum adimplent.

Hinc, qui dum Missa solennis cantatur in choro, tempore, quo Sacerdos tacet, recitant, cessando, quando dicitur oratio, Epistola, & Euangelium, & deinde proseguendo usque ad finem, non tenentur horas reiterare, nec propter interpositionem: quia talis interpositio quodammodo ad dictum officium pertinet.

APPEN.

Naua. c. 16.

Naua. c. 10.

Septima diffi. An seruida, & intensa deuotio, ita sit orationi necessaria, ut quæ debita est, sine illa, sit reiteranda?

DVÆ sunt opiniones, Adria. vna, qui affirmat talem deuotionem esse necessariam. Altera est Medina negans.

CONCLUSIO.

SUFFICIT remissa deuotio, modo sit efficax ad agendum, quod agendum est, ut orans nec peccet, nec orationem redicere teneatur. Ratio est: quoniam præcepta non obligant nos nisi ad eorum obseruantiam, ad quam sufficit voluntas efficax, quantumuis remissa: præcepto enim de diligendo Deum super omnia satisfacit homo, si Deum efficaciter diligit, licet eius dilectio non sit valdè intensa: neque enim præcipitur, ut intensè diligamus, sed ut diligamus: & illis verbis, ex toto corde; &c. non intensio, sed integritas voluntatis insinuat. Idem patet exemplo pœnitentiæ, quæ quantumlibet breui tempore gesta non despicitur à Deo. Can. talis. de pœn. d. 1.

D. Chrysof. Verum enim uero, ut utramque opinionem amplectamur, & clarius veritatem explicemus, nota quæ de attentione, & eius proposito hactenus diximus, eadem deuotioni esse tribuenda: eodem enim modo attentio desideratur, & deuotio, & nemo proponit attendere, qui non proponat, & deuotè attēdere, atque quoties est peccatum, & est oratio debita reiteranda, deficiente attentione, erit & deuotione deficiēte: & locus Apoc. 3. Utinam calidus esses, &c. hoc confirmare videtur: nam calidus dicitur, qui amore licet remisso præceptum adimplet, frigidus qui saltem timore præceptum seruat: rapidus verò, qui vel propter negligentiam non satisfacit præcepto, vel non cum debitis circumstantiis, qui dignè in sacra scriptura damnatur.

Apoc. 3.

Ale. Alen. q.

91. S. Th. art.

10. & 11.

Medi. hac q.

Naua. c. 1. &

20. & reliqui

ubi sup.

QVÆSTIO VI.

Quibus conuenit orare?

HÆC quæstio, nonnullis difficultatibus explicatis, absoluetur.

Prima

Prima diffi. An conueniat Diuinis personis orare?

CONCLUSIO.

D I V I N I S personis oratio non potest competere. Patet primo: quia nemo petit aliquid à se ipso, & tres personæ sunt vnus Deus, & vna, & eadem essentia. Secundo quoniam qui petit, est inferior illo, cui fit petitio, & totæ tres personæ coeternæ sibi sunt coæquales. Tertio qui petit indiget re, quam petit, & Deus bonorum nostrorum non indiget, cum sit fons omnium bonorum: & quando D. Paul. dicit: Spiritum sanctum postulare pro nobis, intelligitur ab effectu: propterea quòd facit nos postulare, & gemere, cum ipse nec postulet, nec gemat.

D. Bon. Ric.
& Soto. d. 45.
Alex. m. 1. S.
Th. & reliqui
ubi supra.

Psal. 15.
Rom. 8.

Secunda diffi. An Christus in hac vita mortali degens conuenienter orauerit?

D. D. ibi.

CONCLUSIO I.

C H R I S T V S Redemptor noster, vt homo conuenienter orauit. Probatum primo: quia sua postulatione merebatur nobis, vt digni efficeremur ad susceptionem diuinorum beneficiorum. Dama. lib. 3. c. 24. Secundo, vt discipulis, & nobis exemplum orandi daret. Ambr. super Psal. Beati immaculati. Tertio, vt se ostenderet verum hominem, & verè à Deo missum. Ioan. 11. Gratias ago tibi pater, &c. Vltimo, quia quatenus homo erat, erat summus Sacerdos & pontifex, & sibi ex officio competeat orare pro peccatoribus, sicut & pro peccatis sacrificium offerre. ad Hebr. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, &c.

Dama.

Ioan. 11.

Ad Hebr. 5.
& 7.

CONCLUSIO II.

N V N C in dextera Patris sedens, secundum eandem naturam humanam, est noster aduocatus, & interpellat pro nobis. patet 1. Ioan. 2. & ad Heb. 7. quoniam in celo filius ostendit patri vulnera, & mater filio pectus, & vbera: atque ita mater monet filium, & filius patrem, vt miseriae nostrae condescendat: & possumus dicere hoc modo, ora pro nobis, sed ad evitandum errorem Nestorij, & Arrij, dicimus: Exaudi nos, vt est Deus.

1. Ioan. 2.
Ad Heb. 7.

Bernar.
S. Th. in 4. d.
25. q. 4. ar. 6.
q. 2.

Hæresis.
Castro.

Hinc confutatur hæresis eorum, qui Christum verum hominem esse diffitebantur. Contra quos Castro contra hæreses verbo Christus. hæresi. 2. 4. & 5. copiosissimè, vt solet, inuehitur.

*Alex. ubi su.**Tertia diffi. Cur Christus orans non semper fuit exauditus?*

SI, vt proximè diximus, conueniens fuit Christum orare, meritò, quæritur, cur non fuerit exauditus semper?

CONCLUSIO I.

ORATIO Christi IESU, procedens à volûrate rationis, semper in omnibus fuit exaudita. Ratio est: propterea quòd semper illa voluntas fuit conformis Diuinæ voluntati, & dignè ac sanctè petebat, & ita ad Hebr. Exauditus est pro sua reuerentia.

Ad Hebr. 5.

CONCLUSIO II.

CHRIStI oratio à voluntate pietatis, & à voluntate carnis procedens non semper impetrauit. Ratio est, quoniam secundum has voluntates non in omni voluto diuinæ voluntati se conformabat. Vnde, qñ orauit voluntate pietatis pro crucifixoribus, non omnes salui facti sunt: neque quando orauit eadem voluntate pro discipulis, & pro illis, qui in se credituri erant, vt à malo liberarentur, omnes liberati fuerunt: nec quando voluntate carnis orauit dicens: Transeat calix iste, impetrauit: quid? quòd orauit Christus, non tam ad suam auditionem, quàm ad nostram instructionem: nam voluntate pietatis erudiebat nos ad benignitatis, & misericordiæ promptitudinem: & voluntate carnis instruebat nos, vt tempore angustia orationi incumberemus, & fiduciam in Domino haberemus.

*Luc. 23.**Ioan. 17.**Matth. 26.**Hæresis.*

Hinc destruitur hæresis, asserentium Christum solum corpus, & non animam habuisse, & eorum qui profitebantur in Christo vnam tantum voluntatem, nempe, diuinam esse. Verùm Cast. ubi suprâ, hæresi 5. & 6. istas hæreses impugnat.

Cast. ver. Christus.

*Alexan. Alè.
m. 2. ar. 1. &
S. Th. ar. 11.
Med. & Na.
ua. ubi supr.*

*Quarta diffi. Vtrùm sanctis Angelis & animabus
beatis, conueniat orare?*

CONCLUSIO I.

ANGELI, & animæ beatæ orant pro se, non ad malum amouendum: quia in illis nullum reperitur malum, sed orant. Angeli pro bono habito, vt continetur, & animæ pro bono non habito, vt habeatur, nempe, pro corporis resurrectione, & pro consummatione numeri electorum, & pro iustitia de reprobis exequenda. Hæc

da. Hæc conclusio colligitur ex D. August. cap. 12. super Gen. ad li-
teram, & probatur Apoc. c. 6. Vsq̄e quo Domine non iudicas, & *D. August. Apoc. 6.*
vindicas sanguinem nostrum, & c.

CONCLUSIO II.

ANGELI, & anima beata pro nobis quoq; orant. Patet: Tho-
biæ cap. 12. Quando orabas cum lachrymis, & c. obtuli Domino, *Thobias 12.*
id est, supplicavi illi, vt eam adimplere dignaretur. Sunt alia sacra
Scripturæ loca. Vide Medi. in q. An sit orandus Deus: & confir-
matur Ecclesiæ autoritate, quæ Angelos, & Sanctos inuocat, vt
orent pro nobis, & orat dicens: Omnes sancti tui, quæsumus Do-
mine, nos vbique adiuuent, & c. Et adiuuant suis præteritis meri-
tis, & orationibus præsentibus, quæ ex præcedentibus meritis, &
ex diuina acceptatione efficaciam impetrandi habent: & ideo in-
uocamus illos nominibus, quibus hic vocabatur, licet solæ anima *S. Th. ad ult. ubi supra.*
sint in cælo, & petunt existimantes Deo, quod petunt, placitum:
& de hoc orantes consulunt Diuinam maiestatem: quo fit, vt absq;
discordia voluntatum contraria petant, adunati ad Dei benepla-
citum. Vnde Daniel. 10. dicitur: Princeps Persarum restitit mihi. *Daniel. c. 10.*
lege 2. parte prope finem. q. de suffragijs art. 4.

Hinc impugnatus manet error Vigilantijs asserentis post mor-
tem non esse orationi locum, quia nullius pro alio post hanc vitam *Hæresis.*
est exaudienda oratio, quod est contra loca Scripturæ apud Medi.
citata. lege S. Tho. in hoc art.

Quinta diffiç. Quo modo Angeli, & anima sancta orant pro nobis?

Alex. m. 2. art. 2.

CONCLUSIO.

ORANT per desiderium, signo, siue métali nutu expressum. *D. August.*
D. August. est in lib. de cura pro mortuis agenda: Sancti
(inquit) orant pro nobis in voto, id est, in desiderio, & gloss. super
locum. Vnde venis Sathan. Iob cap. 1. ait: Animæ loquuntur Deo *Iob 1.*
per desideria.

Sexta diffiç. Vtrum conueniat viatoribus bonis & malis orare?

Alex. Alen. m. 3. & reliqui ubi sup.

CONCLUSIO.

CONVENIT vtrisque orare. Ratio est: quia vtrique indi-
gent gratia Dei, Boni quidem, ne cadant, & mali vt à pecca-
to resur-

1. Ioan. 1.

Matth. c. 6.

to resurgant: non enim est homo, qui non peccet, & si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus: atque ita omnibus conuenit quotidie dicere: Dimitte nobis debita, & libera nos à malo. Medina loco citato tenet Peccatores obstinatos de nouo, orando Deum offendere. Verùm enim uero quæst. proxima ostensum est, posse orare, quemadmodum possunt alia bona opera facere: & proderit eorum oratio ad effectus, ad quos talia opera sunt uitalia, licet non sint gratiæ & uitæ æternæ meritoria: lege Can. quid ergo. de pœn. d. 3. & Can omnes 28. q. 1.

Alex. Alen.
m. 4. reliqui
ubi supra.

Septima diffi. Vtrum animabus existentibus in Purgatorio conueniat orare?

ORATIO tres ob causas, alijs interim prætermisissis, fieri solet: nam vel fit ad degustandam aliquam spiritualem dulcedinem, vel ad exfoluendum debitum, vel tertio ad aliquid impetrandum.

CONCLUSIO I.

ORARE primo modo non conuenit animabus Purgatorij. Ratio est: quoniam ita in tantæ sunt punitioni, & afflictioni ex dilatione cœlestis gloriæ, atque etiam solutioni pœnæ, ut nullus eis locus contemplationi, & dulcedini relinquatur.

CONCLUSIO II.

ORARE secundo modo illis haud competit. Ratio est: propterea quòd, oratio tunc est sacramentalis, cum sit pars satisfactio- nis, quæ est tertia pars Sacramenti pœnitentiæ, quo quidem modo solis uiuatoribus conuenit.

CONCLUSIO III.

Gregor.

Psal. 76.

ORARE tertio modo animabus Purgatorij integrum est. Ratio est: quia si animæ (teste D. Greg. lib. dialogorum) petunt à uiuatoribus, ut adiuentur, multò magis à Deo petent, & orabunt, non pro alijs, sed pro se: nota non orare respiciendo merita acquirenda, quoniam sunt extra statum merendi, sed aspiciendo ad superabundantiam Diuinæ largitatis: Deus enim non cõtinet in ira sua misericordias suas: sciunt quæ Deum non esse facturum contra id, quod facere disposuit: sed pœnas suas absolurè cõsiderantes, petunt, ut si placuerit maiestati diuinæ citius liberentur, quod non est

est contra Diuinam iustitiam Iohel. 2. Quis enim scit, si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? lege. c. cum Martha. de celebr. Miss. Iohel. 2.

Octaua diffi. Vtrum conueniens fuerit animabus patrum, quæ erant in limbo, orare?

S. Th. & Ca. ie. ubi supr.

CONCLUSIO.

IN sanctis, qui erant in limbo, locum habuit oratio. Probat: quia erant viatoribus superiores, quoad charitatem, quæ est radix orationis in sanctis: erant enim tunc in charitate confirmati, & impeccabiles, & nullæ propriæ, seu nouæ pœnæ subiecti: nam pœna damni illis, & viatoribus est communis.

D V B I V M.

Quæ ergo erât differentia inter ipsos, & sanctos in patria modo pro viatoribus orantes?

RESPONDEO hæc, nèpè, quòd sanctis in patria proprium est videre orationes viatorum, sibi directas, non autem in limbo existentium. Vnde Hierem. tunc orasse dicitur, non autem orationes, & preces eorum audisse. lege in 2. p. in. q. de beatitudine. 4. differ.

2. Macha. 15.

Nona diffi. Vtrum demones, & damnati orare possint.

Alex. Alen. m. s. & reliqui ubi supr.

TRES sunt opinioniones: Medina tener non posse propriè orare. Nau. defendit posse, orare, sed non bene: alij non posse orare affirmant.

CONCLUSIO.

DÆMONES & damnati propriè orare possunt. Ratio est: quia oratio, propriè sumpta, est actus intellectus, & voluntatis, vt ex. q. 1. huius tractatus constat: atquè ita, vt possunt petere de sententia eiusdem Medina: poterunt & orare: & definitio orationis propriè sumpta, si diligenter perpendatur, eorum petitionibus competit. Hæc fuit sententia D. Tho. in 4. d. 15. q. 4. art. 1. q. 2. tum etiam quia oratio propriè sumpta in bonam, & malam diuiditur.

CON

CONCLUSIO II.

D. Aug.
Dama.
Psal. 75.

DÆMONES, & damnati non possunt bene orare. Ratio est: quoniam cū oratio (teste D. Aug.) sit pius mentis affectus in Deum, & secundum Dam. sit ascensus mentis in Deum, & ipsi cōtinuè moueantur propter suam prauitatem per contemptum contra Deum: Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper: sint- que penitus auersi à Deo, nullus profecto in eis poterit esse pius affectus, & ex consequenti non poterunt benè orare.

CONCLUSIO III.

Iob. c. 1.

POSSUNT tamen malè orare. Patet exemplo diaboli, qui petiit, vt tentaret Iob, & obtinuit. Vnde glo. 2. Cor. 12. Super locum, Ter Dominum, &c. exauditur diabolus, Iob petens tentandum: & non exauditur Apostolus, petens stimulum amouendum: & exemplo diuitis Epulonis, qui petiit ab Abraham, vt mitteret Lazarum, & non obtinuit: quia respondit: Recepisti bona in vita tua, &c. & orauit, vt Abraham mitteret ad quinque fratres suos, quos in seculo relinquerat, &c.

Luca 16.

Alex. ubi su-
pra §. 9. 92.
m. 2. ar. 1. &
S. Th. loco ci-
tato.

Ultima diff. Vtrum brutis animalibus, & reliquis creaturis inanimatis orare conueniat?

CONCLUSIO.

Psal. 146.
S. Thom.

NULLO modo illis orare conuenit. Ratio est: propterea quòd, oratio est opus intellectus, & voluntatis, quibus hæc omnino destituta sunt. Tum etiam, quia cū huiusmodi creaturæ productæ sint ad recipiendum duntaxat, non tenentur se præparare per orationem, quemadmodum rationales creaturæ, quæ fuerunt procreatæ ad recipiendum & faciendum. Et pupilli coruorum dicuntur inuocare Deum propter naturale desiderium, quo, omnia suo modo desiderant bonitatem diuinam consequi, quo etiam modo dicuntur obedire Deo propter naturalem instinctum, quo à Deo mouentur.

Alex. Alē. q.
92. S. Th. art.
4. Ric. q. 3. &
d. 43. Soro
ea. d. Medin.
in hac. q. &
Nau. ubi sup.

QVÆSTIO VII.

Qui nam sunt à nobis orandi?

QVÆS. hæc, quibusdam difficultatibus enodatis, finietur.

Prima

Prima diffic. Virum Deum sit a nobis orandum?

*Alex. m. 2.
art. 1. & re-
liqui ubi sup.*

CONCLUSIO.

ABSQVE dubio est orandus. Ratio est: quia est de necessitate salutis ad Diuinam bonitatem orando confugere, vt nobis suum Diuinum auxilium, & fauorem, ad salutem aeternam consequendam, concedere dignetur: quoniam sine ipso nihil possumus facere, & Propheta orauerunt, & Deum Christus etiam orauit, & nos orare docuit, & Ecclesia Christi sponsa orat Deum.

Ioan. 15.

Secunda diffic. Sit ne solus Deus orandus?

*Alex. Alen.
art. 2. & ce-
teri locis ci-
tatis.*

ORATIO bifariam fit alicui: vel fit primo, quasi per ipsum implenda: vel secundo quasi per ipsum impetranda S. Tho. & Ric. est diuisio.

CONCLUSIO.

SOLVS Deus principaliter, & absolute est orandus. Et ratio est: quia solus ipse, quæ in oratione principaliter petuntur, potest dare: gratiam enim, & gloriam dabit Dominus: & quia ipse est Alpha, & Ω, id est principium omnium bonorum, & origo: & ideo ab ipso bona in oratione petuntur: & est finis etiam. Vnde tanquam fini, fit illi gratiarum actio.

*Psal. 83.
Apocal. 1. &
22.*

Tertia diffic. Potest ne Diuina essentia orari?

*Alex. Alen.
art. 3. ubi sup.*

CONCLUSIO.

POTEST oratio in diuinam essentiam dirigi. Probatur ex proximè dictis: quoniam cum Deus Opt. Maxim. qui est vnus Deus, sit orandus, & Deus sit ipsamet essentia Diuina, poterit quoque Diuina essentia orari.

Quarta diffic. An conueniat, vt singulas personas separatim oremus?

*Alex. Alen.
art. 3. & alij
ubi supra.*

CONCLUSIO I.

ORATIO singulis personis separatim fieri potest. Confitetur exēplo Sanct. Eccles. Ro. quæ in suis litanijis singulas personas separatim orat dicēs: Pater de cælis De^o miserere nobis: Fili

Fili Redemptor mūdi Deus miserere nobis. Spiritus sancte Deus miserere nobis. Sunt enim æquales, & ita omnibus, & singulis oratio fieri poterit, vt fit omnibus simul: Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis.

CONCLUSIO II.

CONGRVENTIVS, & vtiliūs sunt orationes, quæ collectæ nominantur ad personas Diuinas factæ. Ratio est: quia veritas sanctissimæ Trinitatis euidentiūs in orationibus ad personas Diuinas directa ostenditur: & animus noster efficacius in fidei necessitate informatur: nulla enim est collecta, in qua non fiat trium personarum mentio: nam, si ad Patrem dirigitur, in fine, per Dominum nostrum IESVM, &c. & in vnitare Spiritus sancti, ponitur. Si autem Filio fiat, in fine, qui viuus, & regnas cum Deo Patre in vnitare Spiritus sancti Deus, &c. collocatur.

Alex. ibid.

Quinta diffc. Cur in collectis in fine dicitur per Dominum nostrum IESVM Christum, & non per Dominum Patrem, vel Dominum Spiritum sanctum?

CONCLUSIO.

MERITO per Dominum nostrum IESVM Christum in fine ponitur. Et ratio est: quia per ipsum Diuina beneficia, quæ poscimus, ad nos perueniunt: & quia est mediator Dei, & hominum, & per illum preces nostræ exaudiuntur, quæ ratio nec Patri, nec Spiritui sancto conuenit, cum neutra illarum personarum Diuinarum naturam humanam sibi in vnitare suppositi assumpserit.

1. Thim. 2.

Ad Hebr. 7.

Sexta diffc. Cur multò plures sunt collectæ, quæ ad Patrem, quam, quæ ad Filium referuntur, & in fine illarum. P. D. N.

IESVM Christum collocatur?

CONCLUSIO.

RECTISSIME hoc Ecclesia Catholica hætenus præstitit. Causa huius rei est: propterea quod Christi doctrina edocta hoc fecit: nam Christus Dominus hanc formam orandi tradidit, quado dixit: Quodcumq; petieritis Patrem in nomine meo, dabit

Ioan. 14.

dabit vobis. & ideo Ecclesia Patrem orat, & in fine orationis Christi nomen inuocat, dicens. Per Dominum nostrum I E S V M Christum, &c.

Nota cum Alex. ibid. varietatem finis collectarum ex diuersitate compositionis earundem ortum habere: quoniam si oratio fiat Patri, & nulla Filij, vel Spiritus sancti mentio ibidem contineatur, cum per Dominum nostrum I E S V M Christum, & in vnitae Spiritus sancti, &c. concluditur. Si autem mentio Filij fiat: per eundem Dominum, &c. additur. Si autem Spiritus sanctus nominetur, eiusdem Spiritus sancti, apponitur. Et si ad Filium oratio dirigatur, cum, Qui vivis, & regnas, &c. clauditur.

Nota, quod, cum Spiritus sanctus sit donum, in quo omnia nobis donantur: ideo petendus est ipse, & non est ei porrigenda petitio.

Nota collectam dici: quia fit super populum collectum, vel quia in ea colligitur populi oratio, seu deprecatio.

De modo autem concludendi collectas dantur sequentes versus.

PER Dominum dicas, cum Patrem presbyter oras.

Cum Christum memoras: Per eundem dicere debes.

Cum Christo loqueris: Qui vivis dicere quæras.

Qui tecum, si fit collecta finis in illo.

Si Spiritus almus, Eiusdem dicere debes.

Verum enimvero, vt breui comprehendamus, quæ de oratione Deo facienda, dicenda supersunt, nota sequentes propositiones.

PROPOSITIO I.

ALIVD est quemquam docere, aliud autem ad eum loquendo, id, quod optamus, representare.

Hinc cum Deum oramus, non illum docemus: quia ab æterno omnia nouit: Scit enim, dixit Christus Redemptor noster, pater vester, quid vobis opus sit, ante quam petatis. Sed representamus ei vota nostra, humiliantes nos, vt digni efficiamur, ad allequendum, quod petimus.

APPEN.
Matth. 6.

PROPOSITIO II.

DEVS determinat aliquid facere dupliciter. Primo modo simpliciter, & absolute, ita vt ad volendum non determinetur ab operibus nostris, quæ voluntatem non possumus mutare, nec in alia flectere: de qua voluntate intelliguntur multa Sacra scriptura loca: vt

F. t. q. f. 4.

Z

Num. 2.

Num. 2. Num. 2. non enim Deus, &c. ut mutetur. Secundo modo vult aliquid facere iuxta exigentiam nostrorum operum, quæ si bona fuerint, dabit præmium, si mala supplicium: & hanc voluntatem dicitur mutare secundum nostram mutationem: quæ voluntas, potius conditionata, quam absoluta videtur: de qua loquuntur varia loca sacrarum literarum, ut illud: Noli subtrahere verbum: si fortè audiant, & conuertantur vnusquisque à via sua mala: & pœniteat mali, quod cogito facere eis, propter malitiam studiorum eorum: vnde B. Greg. Nouit Deus mutare sententiam, si tu noueris mutare delictum. Can. commutabilis 22. q. 4. quoniam hac voluntate hodie ordinat secundum præsentem iustitiam, Ioannem ad gehennam, quem erat pœnitentem ordinabit ad gloriam.

APPEN. 2. Hinc cum Deus dicitur mutare sententiam, non est mutatio realis in Dei voluntate, sed in nobis.

APPEN. 3. Hinc quando Deus decreuit non dare aliquid nobis, nisi medijs orationibus nostris, quando illud confert nobis preces fundentibus, absque mutatione reali ipsius Dei fit.

APPEN. 4. Hinc non erunt superflue orationes nostræ: nam sicut ab æterno decreuit dare vitam æternam hominibus, medijs tamen bonis operibus, ita quoque elargiri multa bona eisdem vult, media oratione.

*Alex. Alen.
ar. 4. D. Bon.
Ricard. Naua.
c. 18. ubi sup.*

Septima diffc. Virum sancti, qui in cælis negnant, sint orandi:

HANC difficultatem inuenies in 2. p. florum, in q. de suffragijs art. 4. Cæterum ad maiorem explanationem, nota quæ sequuntur.

CONCLUSIO.

SANCTI sunt à nobis orandi, tanquam mediatores, & intercessores, ut suis precibus, quæ petimus, assequamur. Hæc conclusio multis Sacræ scripturæ testimonijs, & Ecclesiæ Catholicæ definitionibus contra hæreticos confirmatur: vide citatos auctores, & Castrum: & in Litanijs ita ait: sancta Maria, ora pro nobis: Omnes sancti beatorum spirituum ordines, orate pro nobis: & tandem: Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.

APPEN. I. Hinc malè orant Reginâ cælorum, & Dominam Angelorum, qui eam tanquam principalem collatricem gratiæ spei, vitæ, salutis,

tis, &c. inuocāt: est enim mediatrix, & aduocata inter Angelos, & Sanctos præcipua, & quanuis ab Ecclesia, Vita dulcedo, & spes nostra, & salus, &c. appelletur, non hoc fit, eo quod ipsa sit salus, &c. sed propterea quod ex ipsa natus est Christus, salus, vita, & resurrectio nostra, &c. & quia ceteris creaturis dignior, & Deo gratior est ad hæc ipsa impetranda.

Ioan. 11.

Hinc etiam errant qui à S. Rocho, vel S. Sebastiano suis orationibus petunt à peste liberari, existimantes, ex se ipsis tãquam principales causã, id efficere posse, quod ignorantia, & inaduertentia potius quàm infidelitatis vitium censendum est.

APPEN. 2.

Hinc quoque errare dicuntur, qui tanquam mediatores sanctos orant, sed cum vanis cæremoniis, & certis quibusdam superstitionibus.

APPEN. 3.

Lege Nau. c.

6. nu. 46. &

infra.

APPEN. 4.

APPEN. 5.

Hinc errant, qui credunt à quibusdam sanctis impetrari aliqua, quæ non possunt ab aliis: licet Deus quibusdam sanctis aliqua peculiariter concedat, vt sanctæ Appolloniæ sublatio doloris dentium.

Hinc etiam errant, qui tempore siccitatis afferunt secum imaginem alicuius sancti, ad illam in flumen submergendam, quousque pluat, vel ad deponendum illam iuxta flumen cum fidei iussoribus, quod si spatio 24. horarum non pluat, submergatur: propterea quod talis submersio nec ex virtute naturali, nec diuina ordinatione, potest talem effectum producere.

APPEN. 6.

Hinc etiam errant sanctos orando, qui sui, v.g. ordinis, vel patriæ sanctos, non sine aliorum contemptu præferunt, vt qui, dum Ioannem Baptistam laudant, Euangelistam Ioannem deprimunt, vel è contra: neque enim sancti sunt ambitiosi, neque inuidi, & dum illos ita volumus laudare, & honorari, potius, quantum in nobis est inhonoramus.

APPEN. 7.

Hinc tandem sequitur orantes, & offerentes eis Pater noster, & Aue Maria non errare: quia non offerunt verba sanctis, sed Pater noster Deo, & Aue Maria Virgini, ad honorem sanctorum, quorum patrociniũ postulant: & viri idiotæ, quanuis actualiter non referant hæc verba, vt diximus, virtualiter tamen offerunt: quia si rogarentur de sua intentione, dicerent esse eandem cum intentione Doctorum virorum, & Ecclesiæ.

Alex. Alen.
ar. 3. Ric. D.
Tho. Soto. d.
45. & reliqui
ubi supr.

Octaua diffi. Vtrum anime existentes in Purgatorio sine oranda, vt pro nobis orent?

DVÆ sunt celebres opiniones: Vna affirmans Ric. Medina, & Gabriel. le Et. 56. super Can. Altera Alex. Alen. S. Thom. Soti, & Naua. & aliorum negans.

CONCLUSIO.

ANIMÆ, quæ sunt in Purgatorio non sunt orandæ, vt pro nobis orent. Et ratio est: quia hæcenus Ecclesia nullam orationem ad hunc finem composuit: vide alias rationes proxima in difficult. conueniat ne animabus iis orate.

Alex. verò ubi suprâ subdit, sine præiudicio aliorum affirmari posse, animas orare pro aliis posse, quando pœna nō est tã intensa.

Nona diffi. Vtrum iusti, qui sunt in via, sint à nobis orandia

Alex. Alen.
m. 1. art. 1. S.
Th. Medi. &
alij ubi supr.

SANCT. Thom. in sol. ad vlti. tenet partem negantem: nam dicit à viuis nos petere colloquendo.

CONCLUSIO.

CONVENIT illos à nobis orari. Ratio est: quia cum possint pro nobis impetrare, conuenienter poterunt, vt impetrent, orati. Confirmatur hæc veritas, multis sacræ Scripturæ testimoniis. vt est illud Iob. cap. vlt. vbi amicis Iob, qui illum increpauerant, dixit Dominus: Iob, seruus meus orauit pro vobis faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia vestra: & subsequitur, Dominus autem conuersus est ad pœnitentiam Iob: cum oraret ille pro amicis suis.

Iob c. vlt.

Poteris si volueris interpretari S. Tho. vt intellexerit non esse orandos tanta veneratione, quanta oramus sanctos patriæ: quia illi sunt iam impeccabiles, viatores autem minimè.

QUESTIO VIII.

Pro quibus est à nobis orandum?

Alex. Alē. q.
93. S. Th. art.
7. & S. D. Bo
na. Ric. Soto.
d. 45. & 46.
Me. in hac q.

HVIC quæstioni eodem modo, quo proxima quæstioni finis imponetur.

Prima

Prima diffic. Vtrum conueniat unicuique viatorum pro se orare?

Alex. Alen. m. 1. ubi sup.

CONCLUSIO.

VNICUIQUE conuenit pro se ipso, etiam si sit peccator, orare. Et ratio est: quia cum ratione, & ordine charitatis debeamus nobis ipsis bona precipue desiderare, debemus, & illa orando à Deo pro nobis ipsis petere: & est vna ex conditionibus bonæ orationis, vt ex superioribus constat, vt pro se fiat, quod autem, & peccatori hoc competat ex dictis supra perspicuum est.

Secunda diffic. An debeamus pro alijs orare?

Alex. Alen. m. 2 art. 1. & reliqui ubi supra. Iac. cap. 5. Matth. 6. Ioan. 17.

CONCLUSIO.

DEBEMUS pro alijs orare. Patet Iac. c. 5. Orate pro inuicem, vt saluemini: & Christus Redemptor noster: petendum esse panem nostrum, non meum: dimitte nobis, non mihi: & libera nos, non me, à malo, docuit: & pro ijs etiam, qui in eum credituri erant, orauit: & tandem quia inde, vt D. Greg. lib. 33. moralium scribit: citius, & vberius meremur exaudiri.

D. Greg.

Tertia diffic. An sit pro inimicis orandum?

Alex. Alen. art. 2. S. Tho. art. 8. reliqui ubi supra.

CONCLUSIO.

PRIMUM, & Evangelicum est pro inimicis orare. Hanc conclusionem Christus Dominus, Matth. 5. verbo docuit, dicens: Orate pro persequentibus, & calumpniantibus vos, & exemplo confirmauit Luca 23. pro crucifixoribus orando: & cum omnis Christi actio, teste B. Greg. nostra sit instructio, debemus, & nos pro inimicis preces effundere. vide Alex.

Matth. 5.

Luc. cap. 23.

D. Greg.

Hinc non debemus inimicos ab oratione generali excludere, vt, v. g. dicendo: Pater noster, imo tenemur habere propositum orandi pro illis, quando sunt in extrema necessitate: ita, vt sola oratione possint liberari: nam, qua charitate tenemur illos in extrema necessitate existentes diligere, eisdemque benefacere, tenemur quoque, vt dictum est, pro illis orare.

Hinc prostratus manet error eorum, qui dicebant non esse peccatum inimicis damnū referre. vide Castr. verb. inimicus, cōtra hæreses.

Error.

Alex. Alex.
art. 3. 4. & 5.

Quarta diffie. An pro peccatoribus incorrigibilibus, & in Spiritum
Sanctum peccantibus sit orandum?

CONCLUSIO.

PRO ijs omnibus integrum est orare. Ratio est: quia ex præcepto charitatis tenemur omnem proximum diligere, sicut nos ipsos, & omnis viator noster proximus est, atque ita tenemur illis animæ salutem optare, & pro illa orare, & pro illis imprudenter non oratur, de quibus non desperatur. Aug. in lib. Retract. & de nemine in via desperandum est, quin possit Deo inspirante, in momento conuerti: & cum misericordia Dei, quæ est infinita, nemini in via præcludatur, erit pro animabus imploranda.

D. Aug.

APPEN. 1.

Hinc pro obstinatis erit quoque orandum, quia dum sunt in via, de eorum salute non est desperandum: peccatum enim ad mortem, de quo prima Ioan. 5. habetur: Pro quo non dico, ut oret quis. de finali impænitentia intelligitur: quia pro obstinatis decedentibus in mortali, ut statim dicitur, non est orandum: vel ut Alex. docet, hoc dixit Apostolus: Propter magnitudinem peccati, quæ tanta est, ut vix pro illo sit orandum: atque ita dicitur peccatum in Spiritum Sanctum irremissibile: non quod simpliciter, & secundum legem remitti non possit, sed propter difficultatem remissionis.

1. Ioan. cap. 5.

APPEN. 2.

Hinc erit pro præscitis eadem ratione orandum: non enim illos à prædestinatis discernere possumus, cum ignoremus, quis sit, quem Deus simpliciter, & absolute proiecerit: nam si hoc sciremus, pro illo orare non deberemus.

APPEN. 3.

Hinc etiam licet pro infidelibus, Iudæis, Agarenis, Paganis, Hæreticis orare. Ratio est: quia Ecclesia in die Parasceux pro ipsis orat: & ex consequenti pro excommunicatis, non tamen orationibus pro membris suis institutis, quales sunt orationes missarum & horarum canonicarum, sed specialius pro illis compositis, quibus licet nobis uti, vel alijs à nobis ad hunc finem ordinatis, verum in oratione tantum particulari, & priuata, non autem publica oratione poterimus tanquam ministri Ecclesiæ, pro illis orare.

Quinta

Quinta diffi. Vtrum Pralati pro suis subditis debeant orare?

CONCLUSIO.

Alex. ar. 8.

DE BENT quidem: & probatur 1. Reg. 12. Absit à me hoc peccatum, vt cessem orare pro vobis: vnde colligitur cessare ab oratione esse peccatum: sed non erit mortale, nisi quando aliud remedium superesse non videtur, præter orationē de hac re suprà.

1. Reg. 12.

Sexta diffi. Vtrum profint defunctis viuorum orationes?

*Alex. Alen.
& Medin. &
reliqui vbi sit
pra.*

Septima diffi. Vtrum sit pro demonibus, & pro damnatis, & pro existentibus in limbo orandum?

Octaua diffi. An sit pro sanctis orandum?

HÆ tres difficultates sunt expositæ in 2. p. florum in q. de suffragiis. ar. 2.

Cæterum ad maiorem explicationem pro 6. diffic. lege c. visum est. de consecra. d. 1. & Castr. verbo suffragium, contra hæreses, vbi multa Concilia citat, in quib. conclusio definita fuit, agens in Lutherum, cui non satis visum fuit nocere viuis, nisi etiam & mortuis noquisset, suscitando ab inferis errorem dicentium, suffragia pro defunctis oblata nihil illis prodesse.

Hæresis.

Pro 7. diffic. lege quoque Castrum verbo diabolus, hæresi 2. & verbo infernus hæresi, 2. vbi duas hæreses destruit, vnam affirmantium, diabolum aliquando liberandum fore à pœna inferni: alteram asserentium inferni pœnam non esse perpetuam. cum Matt. c. 25. scriptum sit: Ite maledicti in ignem æternum, &c.

Hæreses.

Matth. 25.

QVÆSTIO IX.

De iis, que in oratione sunt à Deo petenda?

*Alex. Alē. q.
90. ar. 1. 5.
Th. ar. 5. & 6.
Ric. q. 4. Me.
q. 3. Nau. c. 6.
& 19. & reli-
qui vbi sup. r.*

CONCLUSIO.

CH R I S T V S: Redemptor noster, omnia, quæ à Patre luminum petenda sunt, in oratione Dominica docuit. Ratio

est:

Z 4

est: quia septem petitionibus contentis, quæque ante aduentum Christi, petita à Deo leguntur in sacra pagina, & vsque ad finem mundi petentur, comprehenduntur: nam licet aliis verbis, & separatim perantur, generaliter tamen in hac oratione postulantur: nec bonum, & iustum est, quod petitur, si ad illam orationem non refertur. hæc Aug. ad Probam approbat.

D. Aug.

Prima diffi. Quæ erunt ex prædictis primo petenda?

QUAE in summa in oratione Dominica petuntur, duo sunt, boni collatio, & mali remotio: & cum bonorum diuersa sint genera, merito de ordine, quo hæc postulada sunt, quaritur, quem quidem Christus Redemptor noster in dicta oratione declarauit: & primū, vt Dei nomen sanctificetur, volumus, peteremus, id est, vt in omnibus, & ab omnibus, & per omnia honoretur, & eius sanctissimum nomen laudetur, & perenni obsequio glorificetur.

CONCLUSIO I.

SIMPLICITER, & per se, & primò bonum spirituale, nempe, vitam æternam à Deo petere debemus: Ratio est: quia hoc est per se bonum, & secundum se appetibile: & quod ita petitur, debet esse superius, & perfectius illo, qui petit, & hoc bonū est excellentius humano spiritu, qui petit: & confirmatur, dicente Christo: Adueniat regnum tuum, & Primum quarite regnum Dei.

Matth. 6.

CONCLUSIO II.

QUAE immediate, & per se ordinata sunt ad tale bonum spirituale comparandum, vt sunt gratia, & virtutes, sunt deinde petenda à Deo: Patet Psalmo 26. Dirige me in semitam mandatorum tuorum. Et exemplo Ecclesie orantis, Da nobis Fidei, Spei, & Charitatis, augmentum: & Domine adauge nobis fidem.

Psal. 26.

Luca 17.

CONCLUSIO III.

QUAE necessaria sunt ad vite sustentationem, & nō immediate, sed ex consequenti ordinata ad dictum bonum spirituale acquirendū, sunt deinceps, non cum magna sollicitudine, postulada. Patet exemplo Salomonis. Prou. 30, qui orando petebat, dicens: Victui meo tribue necessaria. Et in oratione Dominica petim⁹, Panē nostrum quotidianum da nobis hodie, quod intelligitur etiam de pane corporali, vt glos. ibidem, & S. Thom. de hac materia docent.

Proverb. 30.

Matth. 6.

cent: & Ecclesia orat pro pluvia congruente, & ut fructus terra
daret, & conseruare dignetur, & Matth. 6. Christus, cum dicit: *Matth. 6.*
Nolite solliciti esse, non prohibet petitionem, sed nimiam solici-
tudinem vetat.

Hinc integrum erit etiam orando superflua petere, ut diuitias,
referendo illas ad bonum spirituale: propterea quod, licitum est
cas habere, & in pias causas, & ad Dei gloriam expendere: est ta- *Psal. 36.*
men periculosa huiusmodi petitio: ynde Dauid. Melius est modi- *Prou. 30.*
cum iusto super diuitias peccatorum multas: & Salomon, Mendi-
citatam, & diuitias ne dederis mihi.

Hinc etiam licebit bona corporis, & fortunæ orando petere, ad
eundem finem, ut melius Deo seruiatur, & castius, iustius, tempe-
rantius, studiosius, & sanctius viuatur: & si talis finis actualiter, vel
expressè, & virtualiter, siue tacitè non praefigatur, erit vitiosa pe-
titio: nam constituetur in eis finis principalis contra Christum, di- *Matth. 6.*
centem: Primum querite regnum Dei. Sunt tamen hæc, ut infra di-
cetur, sub conditione petenda.

Secunda diffi. Licet ne in oratione petere, ut malum pena
proximo eueniat?

CONCLUSIO II.

Q V A N D O homo est extra viâ, licitum est hanc poenâ oran-
do petere: hoc enim modo petunt sancti Diuine iustitiæ cõ-
gaudentes: iuxta illud, Letabitur iustus, cum viderit vindictam. *Psal. 57.*

C O N C L U S I O N I I I.
S I homo sit in viâ haud licet hoc malum, quatenus malum est,
illi: ut eueniat, petere. Ratio est: quia malum, ut malum, nec licet
alicui optare, neque petere, nec debet. Deum dare illud, hæc ratio
est B. Greg. 2. Moralium, dicentis: Homo peccato subiacet, qui hoc
petit à Deo fieri, quod omnino facere non potest, vel si potest, mi-
nimè decet.

CONCLUSIO III.

P E T E R E in oratione malum iustè infligendum ratione pro-
pria vindictæ, non licet. Ratio est: quoniam non quereremus tunc
Dei honorem, sed propriae impatientiæ, & libidinis satisfactione.

APPEN. 1. Hinc malè orant, qui cum non possint de inimicis vindictam aliunde sumere, vel non audèt, petunt à Deo: Domine vindica me.

CONCLUSIO IIII.

NON licet petere tale malum inimicis viatoribus, iustè infligendum propter Diuinæ iustitiæ executionem. Ratio est: quia adhuc est tempus miserendi, & non desperatur de peccatorum salute: & ideo magis debemus petere misericordiam, vt conuertantur, quàm iustitiam, vt puniantur: & Christus Redemptor noster pro crucifixorib. orauit, non vt punirentur, sed vt conuerterentur.

Luc. 23.

CONCLUSIO V.

INTEGRVM, & catholicum est petere orando tale malù iustè infligendum ad vtilitatem peccatorum, vt conuertantur, & non pereant in æternum: innumera testimonia sacrae Scripturæ hanc conclusionem probant: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. & passim, Propheta hoc petebant, vt corrigerentur, & conuerterentur, quod est opus misericordiae: & hæc quoque mala sæpissimè populo nunciabant, non imprecando, sed prædicando, & non optando, sed prophetando: & D. August. in quadam homilia, de martyribus dicit: Vltus sum eos, & c. quomodo me vindicauit: occidendo in eis errorem, suscitando fidem.

Psal. 82.

D. August.

APPEN. 2. Hinc fas erit petere à Deo, vt mittat mala, & damna temporalia inimicis nostris, & aliis peccatoribus: vt agnoscant peccata sua, & conuertantur: & propter bonum ipsorù peccatorum, ne tantum peccent, & propter Reipublicæ tranquillitatem: & quâdo scimus, & sumus certiores facti, quod peccent in Deum, parando nobis insidias, & alia mala machinando.

APPEN. 3.

Hinc etiam licebit inferre illis mala, atque illos occidere, seruata iuris forma: quia hoc possumus iustè facere, atque ita iustè petere. non tamen è contra: nam possumus sanctè orare, vt Deus è vita tollat Turcàm, aut Tyrannum aliquem, vt cessent eorum peccata: & hæresiarcam, vt finem eius hæreses habeant quando saltem aliud remedium non subest: nihilominus tamen non quilibet potest illos occidere, vt Concil. Constantien. Sessi. I. determinauit.

Tertia

Tertia diffc. An liceat petere à Deo adiutorium in malum culpa?

SENSVS tituli est an liceat peccatori grauiſſima peccata committenti petere à Deo auxilium, vt in minora peccata committat.

CONCLUSIO I.

NON potest hoc peti. Ratio est: quia cum agentes, & consentientes pariter in scelere inuoluantur, ita Deum orare, esset velle Deum constituere peccati authorem, & quod cooperaretur peccato, quod nec somniare licet: tum etiam quia peccatum nõ habet efficientem causam, sed defficiẽtem, nempe voluntatem nostram, quæ peccans declinat à primo efficiente, scilicet à Deo.

Ad Rom. 1. c.

CONCLUSIO II.

ERIT tamen petendum adiutorium, vt non peccet, & à tentationibus non vincatur: constat ex oratione Dominica: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo.

Matth. 6.

Quarta diffc. Est ne aliquid à Deo determinatè petendum?

CONCLUSIO I.

ILLA, quibus non possumus malè vti, sunt determinatè, & absolutè petenda. Ratio est: quoniam sine vlla conditione possumus velle, desiderare, & appetere, & orare illa, ad quæ per diuina præcepta obligamur: talia sunt gloria Diuina, gratia, liberatio à culpa mortali, &c.

CONCLUSIO II.

ILLA, quibus benè, & malè vti possumus, nõ sunt determinatè petèda, sed cum remissione ad Dei voluntatẽ: confirmatur exemplo Christi **I**ESV orantis in horto, & dicentis: Non mea, sed tua voluntas fiat: quid enim oremus, vt oportet, nescimus: vt est author D. Paul. vnde gloss. 2. Corint. 12. Quando temporalia petitis, cum modo petite, & cum timore ei committite: vt si proſit, det, si scit obesse, non det: quid enim proſit, vel obſit, medicus nouit, non ægrotus. hæc gloss. nam qui hæc bona temporalia, siue corporis, siue fortunæ, absolutè, & determinatè peteret, potiùs suam, quàm Dei voluntatem, fieri vellet.

Luc. 22. 42.

Rom. 8.

CON

CONCLUSIO III.

ILLI A quibus nullo modo benè vti possumus, nullo modo neque absolutè nec sub conditione petere debemus, talia sunt peccata. Patet ex proxima difficultate.

APPEN. 1. Hinc liberalitas, & magnificentia, quæ sine bonis fortuna: & virtus bellica, quæ sine armis, & corpori robore: & castitas conjugalis, quæ sine coniuge: & vno verbo reliquæ virtutes morales, quæ sine bonis corporalibus, aut temporalibus haberi nequeunt, non sunt absolutè, & determinatè petenda.

APPEN. 2. Hinc licebit mortem propriam, siue alienam petere conditionaliter, nempe, si homo finaliter non sit corrigendus, ita B. Anastasia orabat Deum, vt vitum suum Publium de medio tolleret.

APPEN. 3. Idem etiam, & eodem modo licet iusto petere, si creditur, quòd diu viuens sit peccaturus: est enim Dei beneficium, iustum de hoc seculo nequam rapere: iuxta illud Sapientia: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius, aut fictio deciperet animam eius: nam de duobus eligendis, quod melius est, præligendum esse videtur.

Sap. 4.

Quinta diffic. Que oratione vocali petuntur, debent ne semper voce exprimi?

CONCLUSIO.

NON hæc necessariò sunt exprimenda. Ratio est, quia Deus scit ante quam petamus: Scit enim pater vester cælestis, quia ijs omnibus indigetis: est enim signum maioris Fidei, & Spei, necessitatem in genere Deo proponere, eo modo, quo proxima difficultate exposuimus: vnde à Doctoribus sanctis oratio Martha, & Maria, qua dixerunt. Ecce quem amas, infirmatur, nihil amplius addendo, & oratio Cananea, Filia mea malè à dæmonio vexatur, miserere, & Centurionis oratio: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, maxime commendantur Psal. 37. Domine ante te omne desiderium meum, &c.

Nota dupliciter orantes petere solent à Deo vel formaliter, qui petunt explicando, vel interpretatiuè, vt quando desiderium suum Deo aperiant, & pandunt.

QVÆS

Matth. 6.

Ioan. 11.

Matth. 15.

Matth. 8.

Psal. 37.

QVÆSTIO X.

De horis Canonicis.

PRO tota hac q. lege Summist. præsertim Ang. & Siluest. ver- *Soto. ar. 1. &*
bo, Hora canonica. & eodem verbo Castro contra hæreses, & *3. Nau. c. 7. in*
verbo, Templum: & Nauar. super. c. quando. & de horis canonicis, *per c. quãdo.*
& Soto lib. 10. de iust. & iur. q. 5.

*Prima diffi. An clerici sacris initiati teneantur ad horas
canonicas persoluendas?*

CONCLUSIO.

AD Ecclesiæ decorem, & populi Christiani salutem perneceffarium fuit Clerum instituere, cui præter alia officia, nomine totius populi horas canonicas Deo offerre ex præcepto competeret. Definita est conclusio expressè, c. presbyter. de celeb. Miss. quod est Concilij Agathen. anno quadringentesimo vigesimo à Christo nato celebrati. Ratio est: quia cum populus variis rerum curis, & negotiis, & occupationibus impediatur, decuit, vt Sacerdotes inter populum, & Deum mediatores incessanter pro populo orarent, & subsidia necessaria, remissionemque peccatorum à *Osee. 4.* Deo peterent. Ideo enim Osee 4. Peccata populi comedere dicuntur: atque ita ad horas soluendas tenentur.

Secunda diffi. Qui nam sunt per sacris initiatos intelligendi?

CONCLUSIO.

PER sacris initiatos Subdiaconus, Diaconus, & Presbyter veniunt intelligendi: conclusio est cõis glos. super. ca. presbyter. citatum, & omnium Canonistarum maximi nominis, & S. Tho. & omnium Theologorũ: & confirmatur. c. dolentes, quod est Inno. & d. 92. c. fi. vbi expressè definitur. licet. c. presbyter, de solo presbytero loquatur: ij enim tres cultui Diuino mancipantur, qui ad Diuinas laudes constitutus est: iuxta illud Isaia 43. Omnẽ, *Isai. 43.* qui inuocat nomen meũ, in laudem meam creauit eum. Tenentur quoque omnes habentes beneficium Ecclesiasticum, & omnes, professi,

professi, & professæ choro deputatæ ex antiquissima, & sancta cõsuetudine religionum, & non ex vi professionis: alioquin professi societatis I E S V tenerentur, cum non obligentur, quousque sacro ordine inicientur, neque ex vi præcepti: quia tale præceptum non reperitur: præter quàm professi nostri, qui ex præcepto regulæ ad id etiam obligantur, quo etiam ligantur & laici nostri: nam tenentur certum númerum Pater noster pro qualibet hora canonica dicere. lege Can. sic viue. & Can. si clericatus. 16. q. 1. & Nau. ca. 7. nu. 4. vbi suprâ. & ex rationabili causa possent aliquando moniales nostræ soluere horas per Pater noster: vt habetur in 1. regula. c. 3. & in 2. regula sanctæ Claræ rubrica 6. Prima conclusione confutatur error Vvitelesitarum, & Vvaldensium, qui asserbant frustra tempus in horis canonicis cantandis consumi. Soto vbi suprâ, & Castro verbo hora canonica.

Hæresis.

Tertia diffi. Quot nam sunt numero horæ canonice?

*Nau. c. 3. sup.
Soto art. 1. q.
Cast. ver. Ho
ra canonica.*

DVÆ sunt opinioniones. Prima, quæ tenet esse septem numero. Altera, quæ defendit Nau. cum aliis, qui matutinum à laudibus separant, & dicunt esse octo.

CONCLUSIO.

Psal. 118.

HORÆ canonice septenario numero comprehenduntur. Patet conclusio per Psalmum, vbi dicitur: Septies in die laudem dixi tibi: vbi dies pro naturali die accipitur, qui noctem etiam includit. Rationes item multas affert. gl. super c. presbyter. sup. citatum. Item quia iis horis Christi I E S V passionis memoriam recolimus, vt sequentibus versib. explicatur.

Matutina ligat Christum, qui crimina purgat.

Prima replet sputis, causam dat Tertia mortis.

Sexta Cruci necit, lotus eius Nona bipertit.

Vespera deponit tumulo: Completa reponit.

Et tandem Christus Redemptor noster easdem horas mysteriis consecrauit. Media siquidem nocte nascitur ex Virgine Maria. Hora prima mane surrexit ex sepulchro rediuius. Tertia hora Spiritus sanctus venit super Apostolos, & alios discipulos. Hora sexta crucifigitur. Hora nona mortuus est. Vespere cum discipulis cœnat, illosque suo sacratissimo corpore reficit. Completorij tempore, quod prima est noctis vigilia, in montem secessit solus orare, vt pararetur tentationi, quæ illa nocte erat superuentura.

Luc. 22.

Quarta

*Quarta diffi. An peccent qui septem horas, vel aliquot illarum
singulis diebus non persoluunt?*

*Syl. & Nau.
cap. 7. & 11.
ubi suprè.*

COMMUNIS est opinio affirmans: licet Henricus Angli-
cus, & Angelus de Clauasio dubitent.

CONCLUSIO I.

PECCANT quidem mortaliter, nulla interueniente iusta cau-
sa, si omnes septem, vel aliquam illarum omitant. Patet: quia te-
nentur ex præcepto Ecclesie, vt ex proximè dictis constat: illas re-
citare, quæ sit autem iusta causa omittendi horas, Sylu. loco citato,
& Naua. docent, & ex suprædictis colligitur.

CONCLUSIO II.

PERINDE etiam peccant mortaliter, qui notabilem partem *Palud. est.*
illarum omitunt. Patet: quia quantû ad effectum peccandi mor-
taliter, idem communiter censetur, dimittere totam horâ, vel no-
tabilem partem illius: quemadmodû qui notabilem partem Missæ
non audit, non satisfacit præcepto Ecclesie de audienda Missa. In-
telligitur hæc conclusio, quando pars omittitur, pura negligentia
interueniente, vel ex cõtemptu: nam si ex ignorantia, vel inaduer-
rentia, aut obliuione dimittitur, non est nisi venialis culpa: &
quando in ignorantia non est culpa, neque in omisione erit.

*Quinta diffi. Qui omittit septem horas vno die, quot
peccata committet?*

*Syl. & Nau.
ubi supra.*

CONCLUSIO.

QUI omittit septem horas vna die, vnum tantum peccatum
mortale committit, grauius tamen quam si tres, vel duas, vel
vnam horam, vel partem notabilem omitteret: cõmunis est opi-
nio. Et ratio est: quia cum septem horæ canonicæ sint vna oratio
in septem horas diuisa, omisio illarum erit vnum peccatum, vt
dictum est.

Et nota hanc conclusionem esse intelligendam, de peccato
omisisionis: nam, de peccato commissisionis, perspicuum satis su-
perque est, toties peccare mortaliter, quoties determinat, &
proponit non recitare omnes, vel aliquot illarum, vel notabilem
alicuius

alicuius horæ partem: & tenetur illas determinationes confiteri, licet deinde mutauerit sententiam, & illas, vt decebat, soluerit: quemadmodum peccant mortaliter, qui proponunt non ieiunare, quando tenentur, vel non soluere debitum, tempore præfixo, vel non seruare, quæ iurarunt, siue promiserunt, & alia id genus: quauis postea ieiunent, vel soluant, siue iuramentum seruent. hæc notent diligenter confessores, & pœnitentes.

Sexta diffi. An in Ecclesia hæc septem horarum institutio sit antiqua?

CONCLUSIO.

ANTIQUISSIMA est Ecclesiæ consuetudo dicendi huiusmodi horas canonicas. Patet primùm de matutino, & laudibus testimonio Dauidis multis in Psalmis: Media nocte surgebam ad cõsistendum tibi, & Memor fui nocte nominis tui Domine, & Christus Redemptor noster Luc. 6. Et pernoctans in oratione, & Matth. 26. legitur media nocte in montem Oliueti ad orandum exiisse, & Luc. 12. & Marc. 13. vigilandum præcepit: quæ omnia Christianum populum ad nocturnas orationes omnino excitare deberent: ne iure nobis, quod Apostolis à Christo dictum fuit, adscriberetur. Non potuistis vna hora vigilare mecum? Deinde prima constat ex Psal. Ad annunciandũ mane misericordiam tuam: de tertia Act. 1. legitur, Apostolos vnanimiter orasse, quod non solum cordium vnitatem, verum etiam vocum concordiam significat, vt modo fit in choro, quãdo oratio solennis celebratur, vnde colligitur destinatos Psalm. ab Apostolis fuisse tunc dictos, & cum Spiritus sanctus illis eadem hora apparuerit, hinc canit Ecclesiæ hymnum: Nunc sancte nobis spiritus. De sexta verò patet Act. 10. vbi habetur D. Petrum circa horam sextam ascendisse, vt oret. De nona quoque manifestum est Act. 13. vbi legitur Petrum & Ioan. ascendisse in templum ad horã orationis nonam: quas etiã horas apud Hebræos obseruatas fuisse colligitur ex B. Cyprian. & ex Isidoro. De vespertina hora & completorio extat testimoniũ D. Hier. dicentis: Neminem esse, qui nesciat: eo quod esset res antiquissima, quod & B. Ambr. super Psal. 118. Exemplo auium illustrat, quæ semper manet, & in solis occasu, quo

Psal. 118.

*Psal. 118.
Luca 6.
Matth. 26.
Luca 12.
Marc. 13.*

*Marc. 14.
Psal. 19.
Act. 1.*

*Act. 10.
Act. 13.
Cyprian. in Cal.
lib. de ora.
tione Domi.
nica. Isidor.
lib. 1. de offic.
cap. 1. Hier.
ad Euseb. B.
Ambro.*

quo possunt modo, suum laudant creatorem: vnde Psal. Vesperè, *Psal. 54.*
& mane, & meridie, &c.

Hac conclusione refutata manet hæresis Vvicleffitarum, & *Hæresis.*
Vigilantijs hæretici, qui asserabant, nocte non esse orandum, nec
psallendum, eo quod nox quieti, & somno esset indulgenda.

Septima diffi. An fuerint semper determinata tempora ad horas psallendas? *Sylu. ubi sup.*

CONCLUSIO.

FERVNT semper determinata tempora ad horas canoni-
cas persolvendas. Ratio est: nam si omnia tempus habent, & est
tempus stendi, &c. oratio etiam suum tempus habebit: & cum
omnia honestè, & secundum ordinem fieri debeant, vt docet D.
Paul. Et oratio fiet secundum ordinem: quæ si certum tempus non
haberet, quo ad Ecclesiam conueniatur, ordine profectò careret
tunc: & quia sine intermissione orandum est, vt idem Paul. admo-
nuit, id est, nulla hora ad id cõstituta prætermittenda: non enim intel-
ligitur absolutè: ita, vt nullû refectio, aut somno tempus concedatur:
randem quia vbi tempus determinatum non est, ibi nec ordo, nec vlla
perpetuitas esse potest: quæ quidem horæ iuxta diuisionem artificialis
diei sunt accipiendæ: ita, vt quocunque anni tempore hora officij
horæ diei respõdeat. Cæterum, vt à multitudine, & varietate opinio-
num, circa hanc difficultatem excitatarû, liberemur, seruanda erit loci
consuetudo, vel religionis cõstitutio.

*Soto. ar. 1.
& 4. Naua.
cap. 3. loco ci-
tato.
Eccles. 3.*

*1. Cor. 14.
1. Thes. 5.*

Octaua diffi. Licebit ne stata tempora horarum Canonicarum mutare? *Sylu. & Na-
ua. & Soto
ubi supra.*

CONCLUSIO I.

PECARENT mortaliter Prælati, qui sine iusta causa in
suis Ecclesijs stata tempora horarum non seruent. Ita defini-
tur in Clement. 1. de celeb. Miss.

CONCLUSIO II.

IDEM iudicium est de horis Canonicis, quæ priuatim dicuntur:
& confirmatur in eadem Clement. Et ratio vtriusque cõclusionis
est: quia quod certo tempore debetur, non licet postea soluere: vt
multis rex. Ciuil. & Canonicis constat, nec antea, quando tempus
fuit assignatum in fauorem creditoris, vel in fauorem creditoris,

& debitoris, vel tertij, si illius præcipuè habita fuit consideratio.

Et nota maiorem causam desiderari ad anteponendas, vel postponendas horas publicas, quàm ad priuatas, vt talis causa iusta cèseatur. Et ratio est: quia maior effectus maiorem causam requirit: & debet esse opus publicum ad mutandum horas publicas, vt est sermo publicus, receptio bullæ, vel generalis processio, & id genus alia.

APPEN.1. Ex ijs sequitur, rationabili, & iusta interueniente causa, posse non solum horas priuatim dicendas, anteponi, & postponi, verum etiam publicas horas, de licentia tamen vel Prælati, si præsens est, vel eius Vicarij, si abest.

APPEN.2. Hinc etiam infertur priuatim recitantes, sine iusta causa, non seruantes horas debitas, peccare, sed venialiter tantum. Dummodo ante mediam noctem absoluant: quia tunc terminatur dies quoad horas recitandas, qui à primis vespertis inchoatur. Et ratio est: propterea quod, præceptum de horis dicendis non refertur ad tempus. Solum enim in cap. dolentes, de celebrat. Missi præcipitur, vt nocturnum, & diurnum officium dicantur: non autem vt nocturnum nocte, & diurnum, dum dies est, recitetur: vide cap. presbyter. de celebr. Missa.

Sylu. & Soto
ar. 4. & Naua.
vbi supr.

Nona diffic. Peccat ne, qui ordinem horarum transponit?

V. G. si dicat nonam ante sextam, &c.

CONCLUSIO.

QVI, iusta causa interueniente, dicit in choro Tertiam, non dicta Prima, non peccat, nec tenetur Tertiam reiterare, sed primam dicere. Et ratio est: quoniam ordo non est in præcepto: quid: quod, etiam si id faceret ex negligentia, vel obliuione, vel data opera, nõ esset mortale peccatum: propter rationem dictam. hæc est opinio B. Antonini, Angeli, Syluest. & Naua. vbi suprâ.

Sylu. & Soto
ar. 4. vbi sup.

Decima diffic. An peccet, qui pro arbitrio mutat officium?

V. G. si, cum sit dicendum officium ferix recitet officium alicuius sancti. Angelus verbo hora Canonica, affirmat Clericum præben

præbendatum, & religiosum peccare mortaliter, non autem ordinatum ad suum patrimonium.

CONCLUSIO.

SI ex causa rationabili, vt, iusto impedimento interueniente, hæc mutatio fiat, non erit peccatum. Ratio est: quia dicere hoc officium, vel illud non est in præcepto, eum diuersi diuersa dicant officia. vt constat d. i. Can. in die.

Hinc si ex inaduertentia, vel propter maiorem commoditatem, vel propterea quoddam officium, quod loco alterius, recitat, memoria retinet, officij mutatio fiat, vel nullum, vel veniale duntaxat erit peccatum.

Hinc, qui in fraudem, ita soluit horas, vt breuius se expediat, peccabit venialiter, & grauius, verum non mortaliter: & ratio vtriusque appendicis est, quæ habetur in conclusione, scilicet, quoniam determinatum officium non est sub præcepto.

Vndecima diffi. Debet ne esse determinatus, & destinatus locus ad dictas horas psallendas?

CONCLUSIO.

DE CET omnino esse loca destinata, & consecrata ad dictas horas publicè soluendas: definita est in Con. Gangren. ca. 5. Et ratio est: quia si reliquis publicis actibus sunt propria loca signata, vt forum Iudicibus, Senatus Consiliariis, literis exercendis scholæ: cur oblatione horarum sacrarum locus sacer non erit: vnde Deus templum sibi Hierosolymis ædificari præcepit, quod Christus domum orationis vocauit: & habetur in Clem. graui. de celebrat. Miss.

Notanter dicitur in conclusione, Publicas: quia horis priuatis non est locus præscriptus, vt supradiximus: esset tamen multò melius in templo, si commodè fieri posset, quam alibi illas persolvere: præsertim hoc competit curis animarum villarum, vbi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum est, aut in locis decentibus, & fœmotis, vbi vix impedimentum orationi, & attentioni contrarium se se offerre posset.

Hac conclusione euellitur hæresis Vviticlissitarum, & aliorum hæreticorum, qui templa abominabantur. lege Cast. vbi sup. ver. Templum.

APPEN. I.

APPEN. I.

Alex. 4. p. 9.
94. m. 2. & S.
Th. vbi sup.
ar. 12.

Soto loco cita
to ar. 4. Silu.
& Nau. vbi
sup. c. 5.
1. Paral. c. 28.
Matth. 21.

Hæresis.

Ric. ubi supr.
ar. 4. q. 2.

Duodecima diffi. Conueniat ne Ecclesia decori vt hora Canonica
Psalmi, & Hymni alto cantu psallantur?

CONCLUSIO.

Soto ar. 2.
ubi supr.

Psal. 118.

1. Reg. 16.
1. Paralip. 23
Psal. 145.

Luc. 2.
Apoc. 4.
Ad Coloss. 3.

Hæresis.
D. August.
lib. 9. conf. c.
7. & lib. 10. c.
33. & Vuald.
romo. s. c. 16.
& Cast. ver.
Hora cano-
nica.

CONGRUIT quidem, & maximè decorum est, vt hora Canonica, hymniq̃ue, & psalmi, quatenus laudes Dei sunt, alto cantu persoluantur. hæc conclusio probatur variis ytriusque testamenti autoritatibus, ex quib. perspicuum fit, hanc psallendi horas Canonicas cōsuetudinem vetustissimam esse: vnde Psaltes: Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. & ad id psalterium cum cithara componebat: & psallendo. 1. Reg. 16. dæmones fugabat: & in domo Dei. 1. Paralip. 23. Quatuor millia psallentes constituit, canentes Domino in psalmis: & alibi omnes Dei sanctos admonet, vt hymnis, & canticis, &c. Deum laudent, & Angeli pastoribus, nato Christo Domino, cantantes intonerūt Gloria in excelsis Deo, &c. Apoc. 4. Sancta animalia clamabant dicentia, Sanctus, Sanctus, &c. & ad Colossen. 3. adhortatur, vt Deum cantando laudemus: cantus enim maximam habet vim ad excitandam deuotionem nostram, & eleuandam mentem nostram in Deum.

Hac conclusione confutatur hæresis Arrianorum, & Vviclefist. qui cantus Ecclesiæ irridebant. lege D. Aug. & Castrum. De attentione verò in horis Canonicis habenda suprâ egimus in hac materia. Præterea, quando teneantur, horas Canonicas præmittentes, ad restitutionem fructuum, habes in 2. p. florum in q. quando clerici teneantur ad restitutionem.

FLORES
TRACTATVS DE IEIUNIO.

HACTENVS de oratione, nunc de ieiunio, quo homo ordinatur ad seipsum, verba faciamus: & pro toto hoc tract. lege Alex. Alen. in 4. p. q. 97. & aliquot sequentibus, S. Tho. 2. 2. q. 147. Scholasticos. d. 15. & 16. in 4. Ric. d. 15. arti. 2. Med. tract. 4. de eodem ieiunio, Naua. in Manuali. c. 21. Summistas verb. ieiunium.

QVÆS

QVÆSTIO I.

De definitione, & qualitate ieiunij.

METHODVM, quam seruauius in tract. de oratione, quoad fieri poterit, hic sequemur. Præponantur igitur diuisiones, ad definitionis ieiunij, & totius tract. maiorem intelligentiam.

PROPOSITIO I.

IEIUNIUM trifariam dicitur. Primò abstinentia à p. M. *Isaia 58.*
 48. Hoc est ieiunium, quod elegi: dissolue colligationes impietatis. Secundò abstinentia à gaudio corporali, & voluptate. *Tob. 3.*
 Nunquam cum ludentibus miscui me. Tertiò abstinentia à cibo corporali. *Psal. 108.*
 Ientia mea infirmata sunt à ieiunio. Alex. est q. 97. *Psal. 108.*
 m. 2. art. 3.

PROPOSITIO II.

IEIUNIUM, quod est abstinentia à cibo, vel fit propter immunditiam cauendam, vel propter infirmitatem corporis declinandam, & pertinet ad medicinam: vel propter concupiscentiam refrenandam, & hoc est virtutis temperantiæ, & hoc ieiuniū tertio modo factum referri possit ad legem rationis, & ad legem Diuinam, & ad legem Ecclesiasticam: lex secunda superaddit primæ, & tertia lex primæ, & secundæ: instructi lege rationis. Olim Philosophi sensualitatem refrenabant, & medij in cibo, & potu inueniebant. Lex Diuina docet insuper abstinentum esse, & ieiunandum, vt mens liberius, & expeditius, ad diuina contemplanda eleuetur. Lex autem Ecclesiastica, quæ per pœnitentiæ sacramentum hominem spiritualiter sanat, imponit etiam secundum peccata diuersa: & secundum, quod magis expedire videtur, vni abstinentiam vini, alteri carniū, &c. hæc est Alex. q. 98. m. 1.

PROPOSITIO III.

IEIUNIUM dupliciter sumitur: vel generaliter, vel specialiter: rursus generaliter duobus modis. Primo pro abstinentia ab omni peccato: vide cap. ieiunium. de consec. d. 5. & gl. super locum Matth. cap. 17. Hoc genus dæmoniorum, &c. Secundo generaliter, vt est abstinentia à cibo simpliciter, non cōtrahendo ad tale tempus, vel ad talem cibum. Primo modo est actus omnis virtutis vel pertinet ad omnem virtutē. Secundo modo est generaliter omnis

virtutis, qua regitur os, & gubernatur: & ita cōuenit illi diffinitio Isido. qua dicitur, Parcimonia victus, abstinentiāque ciborum. Alexan. est q. 98. art. 3. §. 1.

PROPOSITIO IIII.

IEIUNIUM specialiter sumptum, quod est abstinentia à cibo, aliquo modo, & quantum ad tempus determinatum, quod dicitur Ecclesiæ ieiunium, tribus modis accipitur: quia vel est assumptum, vt quando aliquis voluntariè ieiunat: vel est iniunctum, vt quod imponitur pœnitenti in satisfactionem à confessore: vel est indictum, siue institutum ab Ecclesia, vt ieiunium quadragesimale, quatuor temporum, &c. hæc quoque est Alexand. quæst. 102. m. 2. art. 1.

PROPOSITIO V.

IEIUNIUM tripliciter dicitur. Primum ieiunium naturæ, siue ieiunium ieiunij vt Alex. & S. Tho. docent, hoc est abstinentia ab omni cibo, & potu: ita vt nihil cibi, vel potus in stomachū intret: & istud ieiuniū non est actus virtutis: quia est pura negatio: & est necessarium ad sumendam Eucharistiam: ita, vt si aliquid ingreditur, licet statim foras emittatur, non licet celebrare, vt Alex. Alen. q. 104. m. 1. artic. 4. docet. Secundo modo sumitur, quatenus est actus virtutis temperantiæ, & dicitur abstinentia à cibo, & potu, secundum regulam temperantiæ, quæ in mediocritate consistit: ita vt homo in comedendo, & bibendo, neque ab eo, quod naturæ necessarium est deficiat, nec notabiliter excedat, sed idumat, quod ad vitam, & debitam corporis valetudinem cōuenit. Tertio prout est institutum ab Ecclesia lege Alex. q. 97. m. 2. artic. 2. & q. 104. m. 1. art. 3. & 4. & S. Thom. art. 1. ad vltimum. Ricar. q. 2. Medina. q. 1. vbi supra: vide etiam supra q. de suscipientibus Eucharistiam art. 6.

PROPOSITIO VI.

ALITER etiam diuidi solet ieiuniū, licet sub alijs diuisionibus comprehendatur, in naturale, & morale: primum importat subtractionē alimenti necessarij ad vitam, vel valetudinem animalium: & hoc potius habet rationē pœnæ corporis, quam virtutis animi: vnde non solum homini, verū & brutis potest conuenire: & huius disputatio potius ad Physicos, quam ad Theologos pertinet: vide aliquos effectus huius apud Cicer. in fine lib. de Senectute, &c.

re, & Arist. 37. sectione in problematibus. Ieiunium morale est voluntaria, & secundum rationem subtractio alimenti: quod aliàs *Arist.* erat subiecto proportionatum.

PROPOSITIO VII.

Hoc rursus est duplex: vnum, quod ratio naturalis, aut lumen diuinum singulis præscribit secundum euentus occurrentes: alterum, quod secundum communem legem omnibus constituitur, vt sunt Ecclesiæ ieiunia: & in præsentia de vtroque differimus: quoniam opus à lege humana præceptum ad eandem pertinet speciè, sicut opus naturæ consentaneum circa eandem materiam: leges namque humanæ, quemadmodum & artes naturam, ita etiã supra leges constitutas ductu rationis aliquando homines operantur.

PROPOSITIO VIII.

IEIUNIUM est triplex. Primum abstinètia à peccato, de quo c. ieiunium. de cõsecr. d. 7. & soluitur per quodcumque peccatum mortale. Secundum est actus virtutis abstinentiæ, de quo c. fit tibi. eadem dist. & soluitur per gulam, quando est peccatum mortale. Tertium est ieiunium Ecclesiæ. hac diuisio est Ricar. q. 6. vbi supra, & coincidit cum aliis diuisionibus. Iis positis propositionibus, quibus argumenta etiã in contrarium soluentur, restat diffiniamus ieiunium Ecclesiæ, de quo instituta præsens disputatio: & prætermisissis variis Doctorum descriptionibus, de quibus Alex. Alen. & alij vbi supra, sequentem amplectemur.

CONCLUSIO.

IEIUNIUM est abstinentia à cibo secundum formam ab Ecclesia traditam: in hac diffinitione genus est abstinentia: nã vt ex diuisionibus constat, multo latius quàm ieiunium Ecclesiæ pater: reliqua pars locum differentiæ tenet. illustro definitionem exëplo: nam hic modus præstantissimus est declarandi definitiones. Medicus, v. g. cum infirmum febrili acuta laborantè curadum suscipit, quia nocte præterita ingurgitauit se, continud illi abstinentiam, quæ dieta vulgo, appellatur, indicit, præcipiens, ne comedat cibos citra delectum, sed tales duntaxat, & tali hora, & non antea, & semel tantum: verum si noctu febrili, vel calore vrgeatur, poterit, inquit, lactucam cõctam comedere, & cum illa sobriè bibere. Ita quoque mater nostra sancta Ecclesia Romana Catholica, cælestis medici Christi IESVS sponfa, videns, quasi ex adipè, prodire ho-

*Alex. q. 98.
m. 3. art. 2.
c. 3.*

Psal. 72.

minum iniquitates, induxit, instituitque abstinentiam, seu dietam, præcipiens, sub pœna mortis æternæ, ne carnes, &c. manducent, & non nisi tali hora, & semel in die comedant: quod si calore fatigentur, vt collationem faciant permittit: & hæc est forma, siue regula ab Ecclesia tradita, & in diffinitione posita. Caterum cum sequentes quæstiones ad maiorem huius diffinitionis declarationem, proponantur, ad illas properemus.

Alex. q. 98.
m. 3. ar. 1.

Prima diffi. Est ne tale ieiunium bonum?

CONCLUSIO.

EST non modo bonum, verum optimum. Definita est in Cōc. Ganguens. vbi anathematizantur contempnentes Ecclesia ieiunia, & in aliis Conciliis, vbi ieiunia commendantur, tanquam bona: & Ecclesia in iis quæ sunt fidei, & morum errare non potest. lege Can. non mediocriter. de consecr. d. 5. & Castro verbo ieiunium contra hæreses.

Secunda diffi. Est ne ieiunium ab intrinseco bonum, & laudabile?

CONCLUSIO.

IEIUNIUM ab intrinseco habet, quod sit bonum opus, & honestum, etiam si ad extrinsecum finem alterius non ordinetur. Ratio est: quoniam ieiunium ex natura sua habet reprimere concupiscentias inferioris appetitus, & reddere animi tranquillitatem à perturbationibus: quod est intrinsecè bonum, & non mendicatum ad extra: quare est intrinsecè bonum, licet ab aliis virtutibus imperetur, & ad finem cuiuscunque virtutis possit referri: atque etiã ad temporalia bona quatenus spiritali salutis sunt necessaria: vt patet exemplo Davidis, qui pro salute paruuli agrotatis ieiunauit: & Iudith, & Esther, quæ pro liberatione populi ieiunauerunt: nam virtutes omnes, tanquam membra corporis se se iuant: & ideo opus vnius virtutis potest imperari ab alia, licet aliquando sit virtus inferior, quæ imperat: sed de iis infra.

2. Reg. 12.
Iudith. 8.
Esther. c. 4.

Tertia

Tertia diffi. Est bonum simpliciter, & principale?

Ale. ibi. ar. 2.

CONCLUSIO.

PROPRIE, & per se sumptum, non est bonum simpliciter, siue principale, sed medium inter bonum simpliciter, & simpliciter malum. Ratio est: propterea quod potest finibus diuersis, & quibusdam circumstantiis depruari, & ex consequenti quibusdam priuati circumstantiis, quæ ad hoc, vt aliquid sit bonum simpliciter, & principale, desiderantur: quare, cum sit bonum, & non simpliciter & erit medium inter bonum simpliciter, & simpliciter, malum.

Quarta diffi. Est ne virtus, an virtutis actus?

Alex. Alen.
art 3. q. 1. &
reliqui vbi
supr. q. pen.
Med.

RELEGENDA est propositio supra in principio posita, que est quinta.

CONCLUSIO.

IEIUNIUM Ecclesiæ est virtutis actus. Patet. 2. ad Corint. 6. vbi inter actus aliarum virtutum connumeratur: dicit enim Apostolus, In ieiuniis multis, in scientia, in castitate, & c. & Daniel. ca. 10. Panem desiderabile non comedi: vbi à pane abstinuisse dicitur esse virtutis actus: tum etiã quia sit modo debito, & propter debitum finem, quæ actum studiosum reddunt: & vt noster Alexan. ibidẽ docet, nulla virtus secundum habitum est in præcepto, sed potius secundum actum: atque ita cum de ieiunio sit præceptum, vt infra dicitur, erit non virtus, sed virtutis actus. lege Caie. ar. 2. S. Tho.

2. Ad Cor. 6.

Daniel. 10.

Quinta diffi. Ieiunium cuius virtutis est actus?

Alex. §. 1. &
alii vbi sup.

CONCLUSIO.

IEIUNIUM est actus virtutis temperantiæ. Ratio est: quia abstinere est actus temperantiæ, & ieiunium: vt ex definitione eius constat, abstinencia est: omnes enim virtutes, quæ generandi, & nutriendi facultatem regunt, & gubernant, ad temperantiam rediguntur.

AA 5 Sexta

Sexta diffic. Ieiunium potest ne esse multarum virtutum actus

S. Tho. art. 2.
vbi sit. q. 100.
Ale. q. 4. ar. 3

CONCLUSIO.

IEIVNIVM, diuersimode consideratum, potest esse, & est diuersarum virtutum actus. Ratio est: propterea quod idem actus potest esse diuersarum virtutum, quatenus ad illarum fines ordinatur: vnde ieiuniū, si vt in proxima conclusione accipiatur, actus temperantiæ est: deinde, si vt per illud præceptum Ecclesiæ adimpletur, sumatur, actus obedientiæ est: si vt illo diuinæ iustitiæ pro pœna peccatis debita satisfacimus, consideretur, actus iustitiæ est: si vt ordinatur contra radicem inclinātem ad peccatum, capiatur, actus pœnæ est, quatenus pœna est virtus, ordinans liberum arbitrium ad resistendum: & est actus fortitudinis, vt per illud debellantur vitia: & charitatis actus, quatenus per illud adhibetur medicina corpori, quod est charitatis opus.

Nota ad qualitatem ieiunij dignoscendam diuersis intèrionibus ieiunari, vnde versus, Abstinet, æger, egens, cupidus, gula, simia, virtus: Æger, vel quia non potest comedere, vel propter medicinā: Egens, quia non habet: Cupidus verò ne expendat: Gula, vt postea auidius comedat: Simia, id est hypocrita, vt laudetur: Virtus, id est studiosus, vt mereatur.

Aug. vbi sit.
Alex. Alē. q.
101. S. Th. ar.
1. Ric. q. 3.
vbi supr.

QVÆSTIO II.

Ieiunium est ne vile, & efficax?

CONCLUSIO.

IEIVNIVM maxima vtilitatis est: ex eo enim innumerę emanant vtilitates: cum per illud vitia comprimantur, mens eleuetur, virtutes concedat, & præmia Deus, vt S. Greg. in præfatione quadragesimæ docuit: etsi volueris populum amore ieiunij accendere, enumeratis infinitis pene vtilitatibus. lege Doct. modò citatos, & Casto verbo ieiunium, contra hæreses. Lege Græcos, & Latinos patres, qui de vtilitate ieiunij copiosissimè disputant. Basiliū tom. 2. concione. 1. & 2. de ieiunio. Ambr. to. 4. de Hæliæ, & ieiunio per totum. D. Hiero. tom. 2. lib. 2. circa finem. Chryf. tom. 1. homil. 1. in Gen. & tomo 5. homil. 18. & 73. ad populum.
B. Aug.

B. August. tom. 9. tract. de vtilitate ieiunij, & in 10. inter sermones de tempore. Leon. Papam serm. 4. de ieiunio. & D. Gregor. homil. 1. Dom. in 40. & cōcordantias Bibliæ verbo ieiunare, & ieiunium? & inuenies facilè loca, in quibus quanta Moyfi, & Helix, & alijs seruis suis, & Niniuitis, medio ieiunio, Deus pro sua misericordia concesserit, continentur.

Prima diffc. Sit ne ieiunium meritorium?

*Alex. Alen.
q. 101. m. 1.*

MEMENTO propositionis quartæ in prima quæst. positæ ad sequentes difficultates.

CONCLUSIO.

IEIUNIVM charitate informatum, & debitis circumstantijs munitum, est meritorium. Et ratio est: illud, cui debetur præmium, est meritorium, & tali ieiunio debetur præmium, Matth. cap. 6. Tu autem, cum ieiunas, & c. Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Virtus etiã est meritoria, & ieiunium, cum sit virtutis actus, vt supradictum est erit meritorium.

Matth. c. 6.

Secunda diffc. Ieiunium est ne satisfactorium?

*Alex. Alen.
m. 2. art. 1.*

CONCLUSIO.

IEIUNIVM ex charitate, & in charitate factum, est satisfactorium. Probat: quia per illud peccata diluuntur, & non quoad culpam, ergo quoad pœnam. Secundo quia est pars satisfactionis, sicut oratio: & eleemosyna: & tertio quoniam ex natura sua est pœnale, quamuis ex feruore charitatis, vel ex complexione, vel assuesfactione, & frequentatione, vel alia occasione fiat deletabile.

Tertia diffc. Vtrum ieiunium iniunctum à Sacerdote sit satisfactorium?

CONCLUSIO.

TALE ieiunium est propriè, & realiter, & sacramentaliter satisfactorium. Ratio est, quoniam est pars satisfactionis: aliter enim Ecclesia deciperet pœnitentes: & licet contra voluntatem
natura

naturalem esse videatur, non tamen est contra voluntatem rationis, quæ facit esse meritorium.

Alex. art. 3.

Quarta diffie. Vtrum ieiunium indictum, siue institutum ab Ecclesia sit satisfactorium?

CONCLUSIO.

IEIUNIVM, ritè factum in charitate est secundum fidem satisfactorium, & Deo acceptum. Patet autoritate Ecclesiæ, quæ in quadam oratione (& est D. Greg.) ait Concede, vt hoc solemne ieiunium, quod animabus, corporibusque curandis salubriter institutum est, deoto seruitio celebremus: quare cum sit institutum ad salutem animarum, erit satisfactorium, atque etiam cum sit pœnale, & charitate informatum, quæ duo sunt satis, vt opus satisfactorium esse dicatur, & Deo acceptum.

Huc accedit, quòd Trident. Conc. Sess. 14. Can. 13. damnare eos, qui negant ieiunium, & alia opera pœnalia non esse apud Deum vtilia, & in Sess. vltima circa fin. præcepit, vt Prælati sedulo doceant plebem doctrinam de ieiunio, & abstinentijs iuxta morem Ecclesiæ Rom. & Patrum traditiones,

Alex. Alen.
art. 4.

Quinta diffie. An ieiunium assumptum sit satisfactorium?

CONCLUSIO.

TALE ieiunium est satisfactorium, si in charitate fiat, non sacramentaliter, sed realiter: saltem præcedente contritione, & confessione, non iniuncta satisfactione, vel ex indiscretionem, siue negligentia, vel incuria Sacerdotis. Ratio est: propterea quòd est opus pœnale, charitate informatum.

APPEN.

Hinc confessarij deberent semper pœnitentibus bona opera, quæ sunt facturi, & mala quæ pariter sunt passuri, in satisfactionem imponere.

Sexta

Sexta diffi. Ieiunium factum in peccato mortali est ne alicuius virtutis, & efficacie?

CONCLUSIO.

TALE ieiunium est aliquo modo utile, & efficax. Patet: quia prodest ad obedientiam mandati, si est præceptum ab Ecclesia, vel ex toto, vel ex iuramento: prodest etiam ad macerationem carnis, & tandem ad omnia alia, ad quæ valent opera extra charitatem facta.

Ex hac quæst. conuincitur ineptissimus Vvaldensis error, & Ioviniani, quem instaurarunt Viticelsita, & Lutherani, asserentes ieiunium nullius esse meriti apud Deum, quem, eruditissimè Castro, vt solet, destruit. lege illum verbo, Ieiunium. *hæresi prima.*

Hæresis.

QVÆSTIO III.

De institutione ieiunij.

FIN IETVR q. aliquibus difficultatibus enodatis. lege l. 2. & 3. propositionem in prima q. positam.

Prima diffi. Ieiunium in genere conuenienter ne institutum fuit?

CONCLUSIO.

GENERALE ieiunium debuit institui. Ratio est: quia sicut *Rom. 3.* Omnes in Adam peccauerunt, omnes punientur: & sicut per gulam, quodammodo auersi sunt à Deo, & à paradiso expulsi, ita per ieiunium decuit: & vt Deo reconciliari mererentur, & ad paradysum, à quo fuerunt eieci, reuocarentur. hæc D. Aug. contra Iulianum. *B. Aug. 3.*

Hinc fuerunt in lege veteri ieiunia inter alias causas, ad expiationem peccatorum, & vt Deo reconciliarentur, instituta. *APPEN.*

Secunda diffi. An sit quadragesimale ieiunium ab Ecclesia institutum?

Doct. vbi sit. cast. ver. ieiunij. hæresi 2.

IE I V N I V M quatuor temporum, & vigiliarum Apostolorum, & solennitatum Ecclesiæ, fuisse ab ipsa Ecclesia institutum,

tū sicut alia particularia ieiunia sunt à Prælatiſ Eccleſiæ inſtituta, & approbata, dubitat nemo. De ieiunio autem quadreſimali ſunt duæ opinioniones. Prima tenet eſſe de iure diuino, & à Deo inſtitutum. Secunda eſſe de iure humano duntaxat, defendit.

CONCLUSIO.

IEIUNIUM quadreſimale eo modo, quo ab Eccleſia ſeruat, nec fuit à Chriſto inſtitutum, neque ab eo iuſſum, ſed ab hominibus: atque ita non eſt de iure diuino, ſed de humano duntaxat. Probat: quoniam Chriſtus in lege Euangelica nec verbo illud inſtituit, quia non induxit diſcretionem amborum, cum diſcipulis, Luc. c. 10. dixerit: In quamcunque ciuitatem introieritis, quæcūq; appoſita fuerint vobis, comedite: neque factò illam præcepit: nam ieiunium quadraginta dierum Chriſti, potius quadragenaria diæta, quam Eccleſiaſticum ieiunium quadragenarium appellandum eſt. Chriſtus enim nec tēpus talis ieiunij, nec modum, neque cibos inſtituit: ſtatim enim poſt baptiſmum in deſertum ſeceſſit, & illic ieiunauit, Chriſtus nullum diem à ieiunio excepit in illo quadragenario numero, Eccleſiæ verò dies dominicos excepit: Chriſtus tunc ſemel, nec pluries comedit, neque bibit. In Eccleſia verò vna reſectio tantum eſt conceſſa, & in potatione nulla eſt limitatio: quare cum nec verbo, neque factò hoc ieiunium inſtituerit, ab Eccleſia inſtitutum erit.

Luc. 10.

Matth. c. 4.

Doct. ibid.

Tertia diſſi. Quando hoc Quadreſimale ieiunium fuit inſtitutum?

CONCLUSIO.

IN primitiua Eccleſia tempore Apoſtolorum. Putandum enim eſt Apoſtolos ad imitationem ieiunij Chriſti, ieiunium Eccleſiaſticum inſtituiſſe, & ſub præcepto tradidiſſe, & quando, & quomodo eſſet quadreſima ieiunanda. hæc conſuſio probatur auctoritate Ignatij Apoſtoliſ contemporanei, & Hiero. ad Marcelam, dicentis: Nos vnã quadreſimã ſecundū traditionem Apoſtolorum toto anno, tempore cōgruo, ieiunamus: & Theophili Alexandrini, qui ita ait: Habemus quadreſimã ab Apoſtoliſ inſtitutam, & ordinatã.

Ignat.
Hiero.

Quarta

Quarta diffc. Debit ne tale ieiunium tempore gratia institui?

Alex. Alen.
m. 2.

CONCLUSIO.

DEBVIT, & conuenientissimè tempore gratia institutum est. Ratio est: propterea quòd còuenientissimum fuit, vt hoc tempore gratia medicina institueretur, quæ à peccatis præteritis purgaret, & à futuris præseruaret: tale est hoc ieiunium, cum per illud vitia comprimantur, & mens eleuetur, &c.

Quinta diffc. Debit ne institui, vt certis temporibus, & non semper exerceretur?

Alex. Alen.
m. 3. art. 1.

CONCLUSIO.

DEBVIT hoc ieiunium interpollatum, & non continuum: determinatum, & non perpetuum institui. Ratio est: quia continuum, & perpetuum ieiunium fragilitas, & debilitas humana sustinere non potuisset: & discrimini exponeretur, & fastidio afflictionis nimis fatigaretur, & impotentia induceretur, & ieiunandi deuotio periret.

Sexta diffc. Virum Quadragesimale ieiunium debuit tempore veris institui?

Alex. Alen.
ar. 2. vbi sup.

CONCLUSIO.

CONVENIENTER, & competenter fuit tempore veris institutum. Ratio est: quia homo hoc tempore peccauit: & hoc etiam tempore maximè insurgunt, & inualescunt carnales motus, in quorum remedium fuit ieiunium institutum.

Septima diffc. Debit ne esse numerus dierum dicti ieiunij quadragenarius?

Alex. Alen.
art. 3. S. Tho.
ar. 5. vbi sup.

CONCLUSIO.

CONVENIENTER fuit tale ieiunium numero quadraginta dierum institutum: ita enim figuratus fuit numerus hic, quando data fuit lex Moyse, qui diebus quadraginta ieiunauit: & quando Heliás totidem diebus ieiunauit, quem etiam numerum Christus Dominus suo sancto ieiunio consecrauit.

Exod. 34. &
Deut. cap. 10.
1. Reg. 19.
Matth. c. 4.

Alex. Alen.
m. 4. ar. 1. &
S. Thom. ubi
suprà.

Cur fuerunt ieiunia quatuor temporum instituta?

RESPONDEO, Ieiunia quatuor temporum fuerunt instituta ad purgationē offensarum, quæ in quatuor quadris anni, siue quartis, committuntur: vel vt alij sentiunt, ad solutionem primitiarum dist. 76. cap. statuimus.

DV B I V M I I.

Sunt hæc ieiunia mæroris, an exultationis?

RESPONDEO, Mæroris sunt ieiunia: quia vt modò diximus, ad expiationem offensarum sunt instituta.

DV B I V M I I I.

Cur feria 4. 6. & Sabbatho fuerunt instituta?

RESPONDEO, Habito respectu ad passionem Christi, vnde pœnitentia habet virtutem, conuenientissimè ijs diebus instituta sunt: feria quarta, quia tunc Iudæi Christi perditionem moliebantur: feria sexta, propter Christi crucifixionem, & mortem: & Sabbatho, quia tunc quieuit in sepulchro: feria autem quinta propter eius triumphantem ascensionem, & Eucharistia institutionem, & die Dominica propter gloriosissimam resurrectionem, non ieiunatur tunc, neque in Dominicis quadragesima, neque per annum, vt sequenti quæst. dicitur.

Nota à Deo instituta fuisse Iudæis ieiunia quatuor temporum, verùm non eisdem mensibus nec ob easdem causas, quibus fuerunt nostra ab Ecclesia instituta. Illi enim mense Iulio, Augusto, Octobri, & Ianuario, sua ieiunia celebrabant: Ecclesia verò mense Martio, Iunio, Septembri & Decembri hæc celebrat ieiunia. Illi propter pestem, & alios casus aduersos, qui illis accidebant ieiunabant: nos verò alias ob causas, vt dubio primo patet.

QVÆS

Vtrum ieiunium fit sub præcepto obligante ad mortale?

P R I M V M lege propositionem s. in princ. positam. de ieiunio naturæ, &c.

Secundò nota cum Alex. nostro, ibidem duplex esse præceptum, naturæ, scilicet, & disciplinæ. Primum est ex instinctu naturæ, & animæ rationali impressum, de quo Matth. 7. Omnia, quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, ea & vos facite illis. Et eius negatiuum, quæ non vultis fieri vobis, &c. vt Tob. 4. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide tu ne aliquando alteri facias. Secundum est illud Gen. 2. De ligno scientiæ boni, & mali, &c. & huiusmodi præcepta non sunt naturaliter animæ impressa, nec ex instinctu naturæ, sed ex autoritate præcipientis adimplenda.

Duæ sunt opiniones. Vna Caieta. quem sequuti sunt alij, qui videntur ad id declinare, vt dicant non esse peccatum mortale, non seruare præceptum ieiunij, nisi ex contemptu omittatur: quia in iure, inquit, respectu ieiunij Ecclesiastici nullum verbum præceptiuum ponitur. Altera & opposita opinio est communis.

C O N C L V S I O.

I E I V N I V M Ecclesiasticum est sub præcepto obligante ad mortale peccatum, & probatur. Propterea quod decreta Ecclesiam, etiam si formaliter verbis præceptiuis non vtantur, vtuntur tamen verbis eisdem æquipollentibus: quod apertissimè constat Can. non licet. & Can. non oportet. de consec. dist. 8. vbi verba, non licet, non oportet necessitatem importare videntur, &c. quadagesima. de consec. d. 5. vbi clarè significatur, præceptum de ieiunio esse necessariò seruandum. Et Clemens in Cle. exigui. loquens de ijs, quæ sub pœna peccati mortalis obligant, dicit Minores fratres non Deo obligari propter ieiunia regulæ à ieiunijs Ecclesiasticis, quæ ceteri Christiani seruare tenentur.

Hinc fuit error dicentium. Ecclesiam non posse homines ad ieiunium obligare, sed potius liberum esse cuique, cum voluerit ieiunare: lege Castro vbi supra. hæresis 2.

F. t. q. f. 4.

BB

Prima

Alex. Alen.

q. 102 m. 4.

S. Tho. ar. 3.

Ric. q. 3. Cast.

hare. 2. ver.

ieiuni. Medi.

q. 7. Nauar.

& alij vbi

supra.

Matth. 7.

Tob. 4.

Gen. 2.

Synest. ver.
ieiunij. Med.
9. 4. à fin. &
Nom. & Ric.
9. 8. ubi sup.

Prima diffic. Quibus diebus est tale ieiunium Eccle-
siasticum sub precepto?

CONCLUSIO.

DIES, quibus hoc ieiunium obseruandum est, vel in iure con-
tinentur, vel ex generali fidelium consuetudine colliguntur,
hæc conclusio inductione probatur. Et primo de ieiunio quadra-
gesimæ, & quatuor temporum constat ex proximè dictis. Ieiunium
vigiliæ, Pentec. quidam ex cap. de ieiunio dist. 76. quidam
verò ex generali cōsuetudine haberi tenent: ieiunium vigiliæ na-
tiuitatis Domini. Et assumptionis Virginis Mariæ habetur cap. 1.
extra eo. in vigilia Io. Baptistæ, Laurentij, & omnium Sanctorum
esse ieiunandum communis consuetudo docet. de ieiunio vigilia-
rum omnium Apostolorū, demptis vigilijs Philippi, & Iacobi, &
Ioannis Euangelistæ, constat ex cap. consilium nostrum. extra eod.
De ieiunio aduentus non extat Ecclesiæ præceptum, sed cōsilium:
vt communis opinio docet: idem tenetur de ieiunio rogationum,
vt cap. rogationes. de cons. d. 3. & de 4. & 6. feria, & de omnibus
Sabbathis, vt in cap. ieiunio, & in c. Sabbatho ead. d. videre licet.

Doct. &
Med. 9. 4. à
fi. ubi supra.

Secunda diffic. Est ne alijs diebus, præter iam dictos, sub
precepto ieiunandum?

CONCLUSIO I.

SVNT alij quoque dies consuetudine introducti, quibus est
sub pœna peccati mortalis ieiunandum. Et ratio est: quia mi-
norem locum, & vim consuetudo non habet, quam ius. Caterum
cū consuetudo in diuersis regnis, religionibus, diæcesibus, &
locis, diuersa sit, non potest de hoc ieiunio generalis regula tradi,
sed recurrendum est ad patriæ, vel loci consuetudinem, quam
seruare tenentur omnes illius loci, siue diæcesis habitatores, &c.
vbi talis consuetudo viger. Lege c. cōsuetudo dist. 1. & cap. Eccle-
siasticarum, & cap. ijs rebus. dist. 11.

APPEN. I. Hinc peregrini transeuntes, & reliqui, qui non animo habitan-
di in illum locum veniunt, non tenentur illud ieiunium obserua-
re: quia, sicut non ligantur legibus illius loci, neque eiusdem con-
suetudinibus astringuntur, dempta tamen scandali occasione, vel
alia

alia urgente necessitate: nam ea interueniente obligarentur tales ad ieiunium: quoniam si scandalizat fratrem meum, &c.

1. Cor. 8.

Hinc consuetudo secularium non ligat clericos, nec clericorum consuetudo religiosos, nec consuetudo loci vniuersitatem, nec è contra quia sunt diuersi status, & diuersis statutis, & legibus, & consuetudinibus, gubernantur: nisi vt dixi, ratio cuitandi scandalum oppositum exigeret.

APPEN. 2.

CONCLUSIO II.

EST quoque ieiunandum, quando aliquis vouit, vel iurauit ieiunare. Ratio est: quia redditio voti, & iuramenti est in præcepto: idem iudicium est de ieiunio à confessore iniuncto: vide in 2. p. flor. q. de clau.

Tertia diffi. Est ne licitum diebus Dominicis ieiunare?

Ale. Alen. q.

100. m. 4. ar.

2. Med. q. 4.

à s. S. Th. v-

bi supr.

CIRCA hanc difficultatem, quidam partem negantem, alij verò aientem tuentur.

CONCLUSIO I.

DIEBUS Dominicis, nec in quadragesima, neque extra, licet ieiunare. Definita est à Melchiade Papa. de conse. d. 3. c. ieiunium: vbi prohibetur in dieb. dominicis ieiunare. & c. quadragesima. de consec. d. 5. Nam si apud Esdrā. cum esset tunc tēpus umbræ, in diebus, qui dies Domini vocabātur, nō erat licitū ieiunare: dicit enim tex. Nolite lugere, sed comedite pinguia: quantò minus hoc tempore gratiæ, & veritatis in diebus Dominicis, propter gloriosissimam Christi resurrectionem, integrum erit ieiunare.

Esdrs. 2. c. 8.

Nota hanc conclusionem esse definitam in Con. Gangren. & Cæsar August. & alibi contra quosdam hæreticos, qui non credebant Christi IESU resurrectionem: & videntes Catholicos, eius causa Dominicam diē celebrare, odio resurrectionis moti, & in cōtemptum diei Domini, eodem die ieiunabāt: & ideo Ecclesia statuit, ne Catholici tali die ieiunarēt, vt hæreticorum, & Catholicorum ieiunia distinguerentur: atque ita, vigente illa hæresi, habuit vim Ecclesiæ decretum, & hodie propter eandem causam esset illicitum ieiunare: quia superstitiosum, & hæreticum.

Hæresis.

APPEN

CONCLUSIO II.
LICE Tamen iis dieb. ieiunare ex deuotione, vel ad reprimendam carnē, vel propter salutem corporalem, seu aliā iustā causam.

-V-D

BB 2

Pater:

Hiero.

Paret: quia tale ieiunium de se non est illicitum, nec secundum se prohibitum, sed propter causam modo dictam. & constat conclusio etiam ex decreto B. Hieron. & refertur. c. vrinam. dist. 76. vbi ita legitur: Vrinam omni tempore ieiunare possemus, sicut Apostolos ieiunasse etiam in dieb. Dominicis in act. Apostolo. legimus.

D V B I V M I.

Licet ne predictos ieiunij dies anteponeere, vel postponere?

P R O P O S I T I O I.

LICET aliquando ex causa talia ieiunia de die in diem transferre. v.g. si vigilia venerit in Dominica, ieiunandum est Sabbatho præcedenti. extra. de obseru. ieiunij cap. 1. & 2. idem fit si accidat in festo solenni propter venerationem festi, vt fit in Francia: vbi ieiunatur die præcedente festum S. Quintini, quod celebratur in vigilia omnium Sanctorum: fieri tamen hoc debet auctoritate Episcopi. arg. c. 2. proximè citato in fine.

P R O P O S I T I O II.

QUANDO ieiunium est onus temporis præfiniti, non licet illud anteponeere, vel postponere, & tali die ieiunij elapso reus est criminis, non tamen ad resumendum tale ieiunium tenetur: quemadmodum, qui dimisit hesternum officium, hodie non tenetur illud redicere.

APPEN.

Idem iudicium est de ieiunio ex voto, vel iuramento, vel ex pœnitentia iniuncto, si sit onus temporis præfiniti.

P R O P O S I T I O III.

QUANDO ieiunium non est onus temporis præfiniti, potest, & debet de die in diem transferri. v.g. si ieiunium est à cōfessore impositum, vt ieiunet, exempli causa 7. dies indefinitè: tunc enim licet, proposuerit hodie ieiunare, si frangit ieiunium tenetur alia die adimplere confessoris præceptum: quoniam tale ieiunium: non est onus temporis præfiniti, sed personæ.

D V-

D. V. B. I. V. M. I. I. L.

Qui proposuit non ieiunare in quadragesima, ad quid tenebitur?

PROPOSITIO I.

QUI proposuit non ieiunare in quadragesima, peccauit mortaliter, & tenetur singulis diebus sub pœna specialis peccati mortalis ieiunare. Ratio est: quoniam hæc obligatio singulis diebus ieiunij reuincit.

P. R. O. P. O. S. I. T. I. O. I. I.

SI non posset integram ieiunare, posset autem alternis diebus, aut salem bis in hebdomada, pro mensura valetudinis tenetur ad hoc, & sub præcepto obligatur.

Hinc, qui vouit ieiunare omnibus sextis ferijs, si natalis Domini in sexta feria venerit, non poterit non ieiunare; quia est onus temporis præfinitum. Ita fratres Minores tali die ieiunamus ex regula voto.

APPEN.

*Intelligitur
ut in sequenti
proposi. i.*

D. V. B. I. V. M. I. I. L.

*Quid, si vouit eo die comedere oua, poterit in die Natalis
carnes manducare?*

PROPOSITIO II.

SI tempore, quo vouit, intendebat in tali casu esu carpium priuare se, vel si memoria tunc occurrisset, intendisset, non posset illas comedere: si vero non intendit, nec si occurrisset, intendisset, posset: quia non plus voti, obligatio extenditur, quam uouentis intentio.

P. R. O. P. O. S. I. T. I. O. I. I.

SI vero sit dubius, quo modo uenerit, non debet carnes comedere: quia in dubijs tunc uia sequenda est, de sponsi cap. i. iudicis, non tamen est iudicandus reus mortalis peccati, illas tunc comedendo: quoniam satis est eligere uiam tutam, nisi forte esset mortale propter errorem conscientiam.

F. t. q. f. 4.

BB 3

Quarta

S. Tho. Sylu.
 & Nau. ubi
 suprâ.

Quarta diffi. An cessante diuina lege posita teneantur homines
 ad ieiunium, sola lege naturali?

CONCLUSIO I.

NVLLO legis præcepto tenentur homines in communi ad
 seruandum ieiunium, ita quòd sit à natura præscriptum tem-
 pus, quo teneantur homines ieiunare. Ratio est: quia præcepta natu-
 ræ non proponuntur vniuersis voce sensibili, sed vnicuique
 particulari instinctu: & ideo ad communem obseruantiam non
 tenentur, nisi quando publicâ voce fuerit ab omnibus determi-
 natum.

CONCLUSIO II.

SI solam naturæ legem attendamus, singuli tenentur in parti-
 culari abstinere à cibis, qui vel corpori, vel animæ detrimentum
 afferunt. Ratio est: propterea quòd lumine naturæ abstinentiam
 agnoscere possumus, quia virtus est in alimentis mediocritatem
 seruans: tum etiam, quia vt gulæ peccatum est legi naturæ contra-
 rium, ita præceptum de ieiunio est naturale, quoniam contratio-
 rum eadem est disciplina, & quia peccatum nihil aliud est, quàm
 præcepti præuaticatio.

Quinta diffi. Obligat ne aliquando sub mortali natura ieiunium?

TRIPLICITER præceptum de naturali ieiunio obligat
 sub mortali. Primò ratione nocimenti corporalis. Secundò
 propter cauendum animæ periculum. Tertiò propter officia ne-
 cessaria: quod sequentibus conclusionibus fiet perspicuum.

CONCLUSIO I.

QUANDO aliquis præuidet cibum aliquem ratione quanti-
 tatis, vel qualitatis corpori plurimum detrimenti allaturum, pec-
 cat mortaliter contra ius naturæ, non abstinendo. Ratio est: quia
 tenetur quisq; moderari alimenta, secundum quod vitæ, & saniti
 conueniunt: & hoc intelligo, etiam si cibus, secundum substantiã,
 esset homini permissus: arbitror enim iure naturali omnia, quæ
 sunt homini inferiora, eidem eodem iure esse concessa.

CONCLUSIO II.

QUANDO aliquis iam experimento cõprobauit, cibus lautio-
 ribus, & copiosis, ita libidine inflâmari, vt resistere nõ possit, pro-
 culdubio

culdubio abstinere tenetur. Ratio est: quia omnia media necessaria ad cauendum animæ periculum adhibere tenemur: in tali autem discrimine medium necessarium est abstinentia: vt præter Sanctorum authoritates, experientia docet: vide S. Hiero. in epistola ad Eustochium. B. Hiero.

CONCLUSIO III.

QUANDO ad opera iustitiæ, siue charitatis est sensuum integritas necessaria, lex naturæ obligat sub præcepto. Patet: Luca 21. Luc. 21.
Vbi Christus Saluator noster Apostolis, & Ecclesiæ Prælatis maxime præcipit: Attendite, ne grauentur corda vestra crapula, &c. quod est contra illos, de quibus Isai. 5. dicitur: Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam Hęc autem regula à propria ratione vniciuique præfigitur, secundum negotiorum exigentiam. Isa. c. 5.

Hinc Sacerdotes, qui tenentur sacramenta ministrare, & confessiones audire, sobrietatem, & abstinentiam, & sensuum integritatem seruare tenentur. APPEN.

CONCLUSIO IIII.

SYMPPOSITA fidei reuelatione, qua intelligimus Deum peccatis offendi, & pœnitentia placari, sine scripta lege, tenerentur homines ad ieiunium. Ratio est: quia natura duce, cognoscimus vindicandam esse offensam, idque per opera pœnalia, inter quæ statim occurrit subtractio delectabilium, ad quæ natura maxime inclinatur, atque naturæ maxime cõsentaneum est ieiunium: tum, vt satisfaciamus pro culpa, tum vt misericordiam consequamur, quod fides docet. Patet exemplo Niniuitarum Ionæ. c. 3. & Tobie. 12. & Daniel. 9. Iona 3.
Tob. 12.
Daniel 9.

QUESTIO V.

An obligatio præcepti ieiunandi aliquo modo tolli possit?

CV M ieiunij necessitas, & obligatio variis modis tollatur, variis etiam positis difficultatibus, quæstio proposita enodabitur. Alex. Alex.
q. 102. m. 3.
Medin. q. 3.
& S. Silu. v.
bi supra.

BB 4 Prima

Prima difficult. An per consuetudinem ieiunij obligatio diffidatur?

AD huius difficultatis maiorem declarationem: quæ sequuntur, sunt prænotanda. Consuetudo, quæ est optima legum interpretres, duplicem habet vim: nam potest nouam obligationem inducere, & præteritam obligationem legis remouere: legem, scilicet, in validando, & homines ab obseruantia legis excusando.

Consuetudo, vt obligationem nouam inducat, debet esse rationalis, & præscripta, quæ quidem aequiparatur legi, quæ nisi iusta sit, lex esse non potest: de hac consuetudine loquuntur sæpe iura, & sancti, vt B. Aug. & habetur. c. Ecclesiasticarum. d. 11. vbi dicit, Ecclesiasticarum institutionum, &c. Quasdam vero consuetudine corroboratas approbavit vsus, & sequitur ibidem: Quibus par ritus, & idem vtriusque pietatis debetur effectus. hæc etiam consuetudo est, quæ dici solet ius quoddam esse in vsu, non in literis contentum.

Consuetudo, vt præteritæ legis vim, & obligationem tollat, non oportet, vt sit rationalis, & præscripta, sed satis est sit per tantum tempus inducta, & obseruata, vt ad notitiam maiorum peruenerit, qui cum eam sciunt, minime contradicunt, cum commodè, si velint, & contradicere, & præuaticatores punire possent: quod cum non faciant, iuste eius legis rigorem velle amouere præsumitur: vnde non tam consuetudo contraria, quam animus legislatoris consuetudini consentiens efficit legis amotionem.

CONCLUSIO. I. Oportet quod dicitur hoc.

CONSVETVDO sapissimè ab obseruantia ieiunij excusat. Ratio est: quia humana leges ex intentione legislatoris vim suam habent, & ideo si legislator, cum legem facit, animum obligandi non habet, vel si post legem institutam animum obligandi deponat, non amplius obligat lex. Quare consuetudine inducta legi contraria, sciente legislatore, & non contradicente, nec in obediens puniente, homines a dicta legis obseruantia excusantur, quoniã tunc videtur dispensare, siue legem deponere: & confirmatur conclusio. c. in his dist. 11. vbi D. Aug. dicit: Quando aliquid in diuinis literis non traditur, mos populi Dei pro lege est habenda,

benda, &c. vtrum. d. 76 hinc innumeri casus colliguntur, quibus homines à ieiunij præcepto liberantur, & conclusio fortiùs roboratur.

Nam hinc excusantur à Doctoribus, qui iuxta morem, & consuetudinem patriæ, in die ieiunij longiores collationes faciunt, siue olera, & electuaria, vel fructus aliquos, vel panem solum, vel simul cum fructibus alicuius arboris sumunt. APPEN. 1.

Hinc etiam Mediolanenses excusantur, non ieiunantes primis quatuor diebus quadragesimæ. APPEN. 2.

Hinc non ieiunatur in diebus rogarionû, cum olim fuerit sub præcepto illis diebus ieiunium. vt constat. c. Rogationes, de consecr. dist. 3. APPEN. 3.

Hinc multi à solutione decimarum quatuorundam rerum liberantur, secundum diuersarum regionum, & locorum consuetudinem: quemadmodum alicubi à celebratione aliquorum festorum liberantur, qui alibi non excusantur. APPEN. 4.

Hinc etiam excusantur ante horam Vesperorum manducantes: non enim adhuc sunt trecenti anni; ex quo hora prandij in ieiunio erat hora tertia post meridiem: & religiosi quoque liberantur, qui multum ante meridiem aestivo tempore, & in quadragesima, vt scribit Caiet. videntur comedere. APPEN. 5.

Hinc Britones excusantur, qui in quadragesima butyro vtuntur: vbi talis viget consuetudo, aut ouis, aliisque ex carne originem trahentibus, cum contrarium sit iure diffinitum. c. denique. d. 4. APPEN. 6.

Hinc à peccato liberantur comedentes carnes in aliquib. locis in die Sabbathi: cum abstinendum tunc esse ab illis Gregor. instituerit: & habetur. cap. quia dies. de consecr. dist. 5. Hac omnia, & Greg.

illis similia, non sunt seruanda secundum legis rigorem, sed secundum patriæ, & loci consuetudinem: nam vt moribus vtentium leges firmantur, ita quoque moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt. Ita docet D. Aug. & habetur. D. August. dist. 4. leges non obligant, nisi sint vtentium moribus approbatæ, ait enim, Leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium, approbantur.

DE DISPENSATIONE.

DD. ubi sup.

Secunda diffi. Vtrum summus Pontifex possit dispensare in lege ieiunij, vt aliquis ab eius obseruantia liberetur?

CONCLUSIO I.

SVMMVS Pont. potest dispensare in præcepto ieiunij, quâuis fuit ab Apostolis institutum. Ratio est: quia in hac lege ferenda Apostoli vti fuere potestate gubernandi sibi à Christo concessa, & in iis, quæ pertinent ad gubernationem Ecclesiæ, summus Pontifex habet æqualem potestatem, sicut Apostoli habuerunt: quare in legibus Apostolorum poterit dispensare, vt multi Papa dispensarunt in legibus, & statutis Apostolorum. lege c. lector. 34. d. & c. super eo. de bigamis. & d. 82. c. presbyter. & ita dispensat absolutè ne quis ieiunij lege teneatur, vel non illis diebus. argu. Clem. ne Romani. de elect. c. ex insinuatione, de appella.

APPEN.

Hinc colligitur aliter posse dispensare Papam in præcepto ieiunij, aliter in votis: quia primum competit illi, velut ordinaria potestate, quemadmodum Princeps potest in suis legibus dispensare: at verò secundum conuenit illi tanquam Christi Vicario, ex speciali commissione, non tanquam superiori lege, sed tanquam dispensatori qui auctoritate Domini remittit obligationem, sibi factam: & ideo maior causa in votis requiritur, & strictior est dispensandi potestas.

CONCLUSIO II.

ETIAM si non subsit probabilis causa, dispensatio in ieiunio est valida, potest tamen esse, & cum peccato dispensantis, & etiam vtentis dispensatione. Probatur prima pars: quia in humanis legibus rationabilis solum causa exigitur, vt dispensatio sit honesta: non autem, vt simpliciter sit valida: ad hoc enim sufficit voluntas Principis: & in lege ieiunij vt modò diximus est veluti princeps. Secunda pars constat, quia Prælatus vniuersalis Ecclesiæ tenetur ex iustitia legali curam habere, ne communis obseruantia pœnitentis destruat: & per immoderatas dispensationes, periret cõmunis obseruantia: imo aliquando potest esse negligentia mortalis in Prælato, quãdo subditi venialiter peccant: & nota in bulla Cruciatæ non esse vniuersalem dispensationem in ieiunio, sed in qualitate

litate cibi, ad quam regulariter rationabiles causa inueniuntur. Tertia pars conclusionis ita intelligenda est, nempe, is, qui sine causa dispensationem obtinuit, non peccat, saltem mortaliter contra legē: quia iam est à lege liber, verum poterit esse mortale peccatum ratione scandali: vbi quadrat maximè Apostolicum præceptum: Videte ne hæc licentia vestra offendiculum, &c. & 1. Cor. cap. 8. & ad Rom. 14.

1. Cor. cap. 8.
Ad Rom. 14.

Hinc attendere debet, & cauere viri religiosi, & literati coram infirmis, & rudibus in ijs, ne miseri scandalizentur.

APPEN.

Tertia diffic. An inferiores Prælati simpliciter in ieiunio dispensare possint?

CONCLUSIO I.

INFERIORES Prælati in ieiunio simpliciter dispensare haud possunt. Ratio est: quoniam dispensatio propria est eiusdē potestatis, cuius est concedere leges, & cum lex de ieiunio à summa potestate sit condita, non poterunt inferiores Prælati, vt Episcopi, pro suo arbitrio dispensare, & aliquem à ieiunij præcepto liberare.

CONCLUSIO II.

POTERVNT inferiores Prælati legem interpretari: est intelligenda conclusio, vt competat Prælatis, non solum, vt Doctores sunt, legem exponere, verum etiam, vt Pastores anjmarū: nam possunt, vt tales authoritatiuè interpretari legem, non obligare hunc, qui accedit ad dispensationem. Et ratio est: quia cum lex de ieiunio sit vniuersalissima, & in plerisque casibus non pateat accessus ad Summum Pontificem, non esset satis consultum Ecclesiæ, si inferiores Prælati non haberent hanc potestatem, quam credendum est ex permissione Summi Pontif. habere: & intellige singulariter cum isto, aut illo, ne illo, aut illo die ieiunent, iusta tamen causa interueniente, & in bonum aliud compensare.

Quarta diffic. An quilibet Prælatus cum suis subditis in ieiunio dispensare possit?

S. Th. in 4. d.
15. q. 3. art. 2.
est ultim. &
Syl. & Nau.
vbi supra &
Caiet loco citato S. Tho.

CONCLUSIO.

POSSVNT Prælati, quemadmodum & Episcopi, non dispensare, sed legem suis subditis declarare. Ratio est: quia tam frequen

frequentè Sedes Apostolica consuli non potest: tum etiam quia videtur consuetudine introductum, quæ potest dare iurisdictionem cap. cum contingat de foro competent. & cap. duo simul. de offic. ordina.

APPEN. 1. Hinc Prælati debent compati subditis suis petentibus dispensationem in ieiunio, & benignè dispensando, à suis scrupulis eos liberare, aut ieiunium in aliud pium opus commutare, & non suis proprijs conscientijs eos relinquere.

APPEN. 2. Hinc etiam parochis hoc idem esse concessum, quod Prælati, quâdo ad Episcopum non potest esse recursus sine periculo: alioqui enim non esset subditis rectè consultum.

DUBIVM I.

Poterit ne aliquis propria auctoritate, causa interueniente, ieiunium dimittere?

PROPOSITIO I.

SI certum sit, quòd quis ieiunare non possit ex causa euidentia, certumque sit eam esse vnam ex ijs, quæ à debito ieiunandi excusant, non opus est alterius licentia, aut dispensatione ad recedendum à ieiunio: communi opinione recepta est propositio. Sed est limitanda dummodo scandalum non oriatur: nam tunc esset petenda dispensatio.

Limitatio.

PROPOSITIO II.

SI certum non sit, causam sufficientem subsistere, satis erit homini scilicet, dubitanti viros peritos & fide dignos audire: & re illis exposita, si declarauerint causam sufficere, poterit sine superiorum dispensatione eorù iudicio se submittere: viri autem fide digni, citra prælatum, quorum iudicio dubitans se poterit confirmare, sunt proprius sacerdos, si doctus sit, aut medicus, si causa morbi sit, aut vir doctus, ac literatus in huiusmodi casibus instructus, caueat tamè medicus, ne sine causa rationabili, vel saltem dubia declaret: quoniam peccabit arg. cap. quid culpatur. 13. q. 1.

PROPOSITIO III.

QUANDO causa fuerit dubia, & non est recursus ad Prælatum, vel ad parochum, &c. ut dictum est in 2. propositione est notanda regula, nempe in ijs, quæ ad nos pertinent circa nos ipsos seniores

res esse debemus, mitiores autem circa proximum: nam primum est spiritus prudentiæ vigilantis contra carnem, quod Paul. ad Rom. 13. probat, dicens: Induimini Dominum IESVM Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis. Secundum autem est fraternæ charitatis misericordiam: quod idem docuit Paul. c. 14. Infirmum autem in fide assumite. Rom. 13.
Rom. 14.

D V B I V M I I.

An qui die, quo ieiunant, se ad luxuriam siue ex naturali conditione siue ex vitio procliuiores sentiunt: an etiam qui ex natura, vel vitiosa consuetudine sunt adeo ad comedendum inclinati, vt notabilem, & magnam difficultatem in ieiunando patiantur, ita vt facile ad assuetam tunc redeant, ob has causas à ieiunio sint ne obligati?

P R O P O S I T I O I.

NULLO modo sunt audiendi primi, neque cū illis est dispensandū: huiusmodi enim est carnis prudentia, aut dæmonum astutia, quæ ea occasione abstinentiæ donum eripere satagunt.

P R O P O S I T I O I I.

NEQUE prætextu magnæ difficultatis, quam imperfecti sentiunt, minuendum est ieiunium, aut cum illis dispensandum. Ratio est: quoniam huiusmodi difficultates assiduitate mollescunt, & perseverantia vincuntur. Medina tenet esse cum illis dispensandū.

D V B I V M I I I.

Quid de dispensatione ieiunij ex voto, vel ex pœnitentia inuicti?

P R O P O S I T I O I.

IN ieiuniis, quibus se aliqui ex voto obligarunt, dispensare potest Episcopus, & si causa non existat in vouente dummodo illud, in quod fit commutatio, sit melius, & Deo acceptius, constat ex c. 2. de voto.

P R O P O S I T I O I I.

IEI V N I A in pœnitentia imposita autoritate superioris, vel æqualis confessoris redimi possunt. hæc patet ex superioribus. Sunt

Sunt, & aliæ causæ, quibus fideles ab obseruantia præcepti ieiunij excusantur: vt infirmitas, necessitas, pietas, de quibus quæstio-
ne sequenti copiosè disputabitur.

Alex. Alē. q.
102. S. Tho.
ar. 4. Ricard.
q. 4. Med. q.
5. à fi. Naua.
& Sum. ubi
suprà.

QVÆSTIO VI.

De iis, qui ad obseruantiam præcepti de ieiunio Ecclesiastico tenentur?

QVÆSTIO hæc nonnullis difficultatibus expositis pa-
tebit.

Alexan. m. 2.
ar. 1. ubi sup.

Prima diffi. An iusti ad præceptum ieiunij teneantur?

CONCLUSIO.

TENENTVR iusti ad præcepti ieiunij obseruantiam. Ra-
tio est: quia ieiunium est institutum, non solum ad satisfac-
iendum, verum etiam ad impetrandum, & iusti congruentius,
quam alij impetrare possunt: tum etiam quia cum iustitia non ex-
cludat iustum ab obedientia Ecclesiæ, neque à ieiunio ab Ecclesia
præcepto. Et tertio propterea quod, ieiunium est etiam institutum
ad radicem peccati amputandam, ad meritum augendum, ad am-
pliores gratiam assequendam, quæ omnia iusto maximè conue-
niunt: dicente scriptura. Apoc. 22. Qui iustus est, iustificetur adhuc,
& Sanctus sanctificetur adhuc, & Christus, qui peccatum non no-
uerat, neque inuentus est dolus in ore eius, quadraginta diebus, &
noctibus ieiunauit: non quod ipse opus haberet ieiunio, sed quod
nobis exemplum daret, vt quantumlibet perfectus quisque foret,
agnosceret ieiunium esse sibi necessarium.

Apoc. 22.

1. Pet. 2.

Hæresis.

Hinc error, & infania impiorum Begardorum, & libidinosarum
Beginarum facile deprehenditur, qui dicebant hominem nõ obli-
gari ad ieiunia Ecclesiæ, cum ad statum perfectionis peruenerit.
Ite Castr. contra hæreses verbo ieiunium, hæresi 3. & cap. ad no-
strum de hæreticis.

Alex. Alen.
3. & reliqui
ubi suprà.

Secunda diffi. An pueri præcepto ieiunij Ecclesiastici teneantur?

CONCLUSIO.

PVERI præcepto ieiunij non obligantur. Ratio est: quia in
illis est maxima naturæ debilitas, qua fit, vt frequenti cibo, &
non,

non multo, simul sumpto, indigeant: tum etiam quia egent cibo frequenter sumpto, cum in eis sit materia duplicis operationis nutriendi, scilicet, & augendi.

Tertia diffie. Qua igitur aetate ieiunij precepto astringentur?

Alex. Alen. ars. 3. Et alij ubi supra.

NOSTER. Alex. Alen. loco citato varias affert opiniones. Quidam dixerunt teneri aetate viginti annorum: quia in tali aetate sunt homines secundum leges apti ad bellum. Alij affirmarunt in aetate quindecim annorum teneri ad ieiunium: quia tempore illo incipit libido inualescere, ad cuius motus compescendos, & refrenandos, ieiunium ab Ecclesia est institutum. Alex. vero tempus ieiunij esse docuit aetate decem & octo annorum: quia hoc erat tempus, tunc ab Ecclesia intrandi religionem determinatum: vltima opinio sequenti conclusione continetur.

CONCLUSIO I.

ANTE 21. annum precepto ieiunij Ecclesiae non obligantur. haec conclusio neque ex iure Canonico habetur, neque communi Doctorum consensu recipitur, vt ex varietate opinionum constat: verum cum sit grauissimorum Doctorum, tutò potest defendi. Et ratio est: quia sicut in alijs lex humana ea, quae regulariter occurrunt, respicit: ita in hac parte ea mensura, & benignitate vtendum est: quare, cum regulariter per illud tempus adolentes ieiunare sine detrimento non possint, quanquam sint aliqui robusti infra illam aetatem, possunt frui legis benignitate, & quia, vt refert Alex. de sententia Philosophi tempus augmenti est vsque ad finem trium septenariorum, quae fuit vna ex causis in proxima difficultate positis.

Hinc precepta Synodalia, de ieiunio, & votiuia ieiunia alicuius ciuitatis infra hanc aetatem non obligant: nam si ab vniuersali precepto, quod debet esse regula omnium, excusantur, & à lege inferiorum eximentur. Verum enimvero praedicatorum caueat, ne, dum nimis Theologi esse volunt, publicè doceant eos ad nullum ieiunium obligari. Satis enim erit si dicant nullum ab ea aetate excusari.

APPEND.

NOO

CON

CONCLUSIO II.

PVERI infra illam ætatem tenentur præceptis abstinentiæ, quæ est de iure naturali, & sub pœna peccati mortalis, quando aliud remedium, præter ieiunium, illis non videtur super esse, constat hæc conclusio ex superioribus & tantò magis tenentur, quãtò est feruentior ætas, & pronior ad libidinẽ: & hoc visus est docere

D. Amb.

D. Ambr. serm. 34. vbi inuehitur in adolescentes, dicens: confusio-
nem illorum esse, quod senes feruent ieiunia, & illi violent.

APPEN. 2.

Hinc confessores deberent ieiunia moderata illis imponere, præsertim, si intellexerint in illis, iam nimis carnem aduersus spiritum concupiscere.

APPEN. 3.

Hinc si non possunt propter causas dictas totam quadragesimam continuam ieiunare, deberent saltem interpollatam, & temporum, & vigiliarum ieiunia obseruare, & carnis motus comprimere: quod D. Basilius tomo 2. serm. 2. de ieiunio admonuit, dicens: Pueros tanquam nouellas plantas esse irrigandos.

D. Basil.

CONCLUSIO III.

ALIQUANDO, magna tribulatio imminente, in signum arctioris pœnitentiæ, etiam pueris sunt ieiunia indicenda, Patet Iona 3. vbi, homines & iumenta, legitur, non gustent quicquam, nec aquam bibant.

Iona 3.

Quarta diffi. Qui infra istam ætatem vouit ieiunare, tenebitur ad ieiunij obseruantiam?

CONCLUSIO.

QUI 14. annum excedens infra dictam ætatem, sponte vouerit ieiunare, tenetur votum implere. Ratio est: quia cum votum propria sponte assumatur, potuit cedere iuri suo, dummodo sit absque notabili detrimento.

Medin. c. 14. §. 10.

Quinta diffi. Religiosi nostri Seraphi Ordinis erunt ne vi præcepti, & regulæ, infra istam ætatem ad ieiunium obligati?

DOCTOR Med. Dominicanus in suis institutionibus confessorum quæ Hispano sermone scriptæ circumferuntur, affirmat, non teneri ex vi præcepti regulæ infra istam ætatem professos nostri ordinis ad ieiunium.

CON

CONCLUSIO.

TENENTUR professi nostre religionis diebus in regula preceptis, sub pœna peccati mortalis ex vi regulæ, & præcepti, ieiunare. Probatur primò: quia quemadmodum decimū quartum annum excedentes, possunt se voto obligare, & cedunt iuri suo: ita etiam professi nostri, qui iam decimum septimum iuxta Concilij Trid. decretum agunt annum, potuerunt se voto ligare, & iuri suo eedere: quod autem voto sint astricti, patet ex forma profitendi: nam dicitur, Voueo, & promitto seruare regulam, &c. & esse regulæ præceptum de ieiunio obligans ad mortale, constat ex declarationibus super eandem regulâ Nicolai III. & Clementis V. quæ fuerunt postea in Concil. Viennen. approbata, & continentur in extrauag. exijt qui seminat, & in Clem. exiui de paradiso. de verb. sig. Secundò confirmatur conclusio, quia si constitutio Ordinis sancti Dominici, quæ non obligat ad mortale, de sententia eiusdem Medinæ loco citato, constringit fratres suos, vt in die natalis Domini non possint carnes comedere, si venerit in feria sexta, multò magis profectò præceptum de ieiunio regulæ nostræ obligans ad mortale, ligabit fratres meos ad ieiunium: quare ex vi præcepti, & regulæ sub pœna peccati mortalis tenentur diebus ibi præceptis ieiunare: tenentur quoque quadagesimam ieiunare, cum in regula contineatur: Sed aliam vsque ad resurrectionem Domini ieiunient. lege Cordubensem in expositione nostræ regulæ cap. 3. q. 1. Syluest. tenet hanc conclusionem. vbi supra nu. 18.

Sexta diffic. Vtrum senes ad ieiunium teneantur?

Doc. vbi sup.

CVMI senectus non sit euidenter omnibus vna (sunt enim alij qui sexagenarij, ita fortes, sicut alij quinquagenarij) non est determinatum tempus, quando homines propter senectutem à ieiunio excusentur.

CONCLUSIO.

SENEs post 60. annum non tenentur ieiunare: hæc conclusio est probabilis. Et ratio est: quia vt plurimum tunc incipit deficere humana natura: & ideo eget paucò alimento, sed multiplicato: virtus enim debilis excipere non potest quantum est necessarium: propter quod, si qui inueniantur firmiores post dictam ætatem, ea indulgentia vti poterunt.

APPEN.

Hinc etiam, qui ante illam aetatem sunt debiles à præcepto excusantur, ut alij infirmi non ieiunent.

Notet autem confessor, quod cum fuerit dubium, de impotentia in remittendo ieiunium, tantum attendat, ut necessitati prouideat, cum minima legis iactura: ut si satis fuerit, ut horam præueniat, vel vespertinam refectiuiculam indulgentius faciat concedere, non ex toto ieiunium relaxet.

Notet etiam ille, cui propter debilitatem pluries comedere conceditur, quod non intelligitur excusari à carniū abstinence, ad quam etiam pueri tenentur statim post vsum rationis, & senes vsque ad vltimam aetatem, ut Ecclesiæ vsus probat: & ante vsum rationis pueris, vel amenti carniem ministrare, nullum est peccatum: quia nullum nobis, aut illis impositum est præceptum, quod tamen non faciendum sine causa.

Doc. ubi sup.

Septima diffc. Prægnantes fœmina tenentur ne ieiunium Ecclesiasticum seruare?

CALETANVS, & Paludanus distinct. quodammodo vtruntur.

CONCLVSIO.

PRÆGNANTES fœmina, eo tempore, ieiunij præcepto non tenentur. hanc conclusionem vsus Ecclesiæ approbat. Et ratio est: quia debent accipere cibum, non solum pro se, verum etiam pro fœtu: atque ita regulariter indigent multiplicato alimento, ut sibi, & fœtui sufficere possit: & si aliqua robustiores inueniantur, eodem fauore, ut antea diximus vti possunt: tum etiã, probatur conclusio cum Ric. propterea quod, sæpè est illis desiderium varium, & inordinatum diuersorum ciborum, & ita intentum aliquando, ut nisi aliquo modo possent appetitui satisfacere, periclitaretur fœtus.

APPEN. I.

Hinc etiam excusantur à ieiunio lactantes, siue nutrices, cum sibi, & proli comedere debeant, & sibi vna comestio non sufficiat.

APPEN. 2.

Hinc peccarent prægnantes, & nutrices ieiunando, nisi ita robustæ essent, ut vna comestione sibi, & infantibus satisfacere possent: quia esset periculum periclitationis infantis.

Cate

Ceterum non subinde excusantur à delectu ciborū: nam licet propter alendam prolem sit necessaria maior quantitas, nō tamen est ita necessaria qualitas, nisi fortè detrimentum infantulo timeretur, in quo casu facilimè debet cum eiusmodi dispensari.

Octava diffi. Vtrum infirmi, & debiles ieiunij præcepto ligentur?

C O N C L U S I O .

IN F I R M I, & debiles à præcepto ieiunij sunt soluti: expressè habetur c. 2. de obseruat. ieiunij, vbi dicitur necessitatem nō esse lege subditam, & in eis natura est debilis, & grauaretur, si totum, quod sustentationi naturæ necessarium est, assumeretur, verū enim, uero ad decernendum in particulari de hac re, prudentia, & integritate est opus: quare notanda sunt sequentes propositiones.

P R O P O S I T I O .

M O R B V S, aut debilitas, quæ impedit, ne statutis horis, debita quantitas possit sumi, à præcepto ieiunij excusat. Et ratio est: quoniam esset magnum detrimentum tunc homines ad ieiunium obligari.

Hinc excusantur, qui multo alimento grauari solent, paruo deficere, & noctes ferè infomes ducere.

Nona diffi. Vtrum pauperes ieiunare teneantur?

C O N C L U S I O .

P A V P E R E S, qui habent sufficientem cibum ad vnicam, commestionem, ieiunare tenentur. Ratio est: præceptum de ieiunio neminem excipit.

C O N C L U S I O .

I I I, qui propter aliquod impedimentum, non potuerunt sumere victum vni prandio sufficientem pro illa die à ieiunio excusantur. Ratio est: quoniam esset illis nimis graue, cum tam paruo alimento seruare ieiunium: necessitate enim tunc, quæ non subiacet legi, excusantur: lege c. consilium, de obseru. ieiunij, & c. quadragesima, de conf. dist. 5, & de consec. dist. 1. c. alij.

Limisatio.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

Alex. Alen. art. 4. & alij ubi supra.

APPEN.

APPEN. 1. Hinc mendici, qui hostiatim, & frustratim petunt eleemosynam, & non habent sufficientem cibum vni prandio, à ieiunio sunt liberi.

APPEN. 2. Hinc famuli, quibus tam tenua portio statuta est, vt ieiunium ferre non possint, etiam sunt exempti: tenentur tamen domini, si

APPEN. 3. possunt, prandium augere.

Hinc etiam excusantur itinerates, qui in parulis oppidis sufficientem cibum sibi non possunt comparare, & licet panē, & fructus habeant, videntur cum huiusmodi victu non teneri ad ieiunium: quia, vt plurimum iis sufficienter nutriri non possunt. Verū nota, quod cum hæc impotentia sit ab extrinseco, solum excusat, quando actu est, & pro illo solum tempore. Quāobrem mendici, aut famuli, alioqui valentes, si semel in quadragesima victum habeant sufficientem, peccabunt mortaliter, illo die non ieiunantes: propterea quod, singulis diebus est singulare præceptum.

Quando autem liceat propter defectum cibi, in iis diebus, carnes manducare infra dicitur.

*Alex. Alen.
arti. 5. & alij
ubi supr.*

*Decima diffi. An propter laborem homines à præcepto
ieiunij excusentur?*

CONCLUSIO.

LABOR necessarius, siue ad corporalem vitam, siue ad temporalem conseruandam ratione ieiunij non est minuendus, atque ita laborantes præcepto ieiunij non obligantur. Ratio est: quia lex de ieiunio est suauius, & non obligat cum notabili detrimento, esset autem detrimentum, iacturam pati in communi, vt paterentur, si à consuetis operibus vacarent.

APPEN. 1. Hinc agricolæ etiam prædiuites, aut fabriferarii, qui labore incomparabili cum ieiunio, fatigantur, si bona fide, dieb. ieiunij cōsuetâ opera faciunt, à ieiunij præcepto excusantur: vt illos Eugēnius III. eximit. vt videre licet apud Siluestrum vbi suprâ. nu. 24.

APPEN. 2. vbi nō eximuntur, qui artes sedetarias, vel parum laboriosas exercent, sicut scriptores, futores, sartores, &c. scriptores autem, qui ex officio scribere habent, vt Regum secretarij, & alios, qui ex hoc labore viuunt, quādo tēporis angustia, & negotij necessitate coguntur, arbitror

arbitror esse à ieiunio liberos, nam scribere qui nesciunt, nullum putant esse laborem: tres digiti scribunt, cætera membra dolent.

Hinc etiam famuli à dominis compulsi ad laborandum, & si APPEN. 1. labor non sit necessarius, & domini peccent, ultra modum illos onerando, à ieiunio excusantur.

Hinc, qui suis dominis præsentibus assistere, & ex officio cre- APPEN. 3. dentiam facere tenentur, à ieiunio liberantur, si quid ciborū, præsumant, & etiam si prægustent carnes, & si domini peccent non seruando ieiunia: quoniam ad eorum statutum est hoc necessarium: quemadmodum etiam, excusantur illi, qui tali certa hora habent prandium aliàs non habituri.

DVBIVM I.

Laborantes in die festo, si est dies ieiunij, in quo non laborant, erunt ne liberi à ieiunio.

RESPONDEO: Si laborans in die festo est fatigatus ex labore præterito, ita quòd si ieiunare, sequenti die non posset, præ virium debilitate, laborare, est liber à ieiunio, at verò teneretur ieiunare si in se vires, & robur, animùmque ad ieiunandum sentiret.

Duo tamen hîc sunt notanda. Vnum est, quòd si commodè posset minuere laborem, debet hoc facere, & simul ieiunare sine detrimento sui status. Alterum est, ne labor sit omnino voluntarius, vel in fraudem ieiunij: nam tunc ex Alex. & S. Tho. vbi suprâ, non essent à ieiunio liberi. Idemque sentiendum est de peregrinantibus, & iter agentibus.

DVBIVM II.

Quid si aliquis nolit conducere operarios, nisi ieiunium frangant?

RESPONDEO: Non sunt à culpa immunes, nisi eos fortè causa necessaria, quæ festinationem operis expofcat, excuset.

Alc. vbi sup. Peccabuntne, conducentes operarios quos probabiliter credunt, non ieiunatos?

RESPONDEO: Non peccant. Ratio est: quia præsumere tenentur, illos necessitate cogi ad laborandum: dubia enim sunt in meliorem partem interpretanda.

D V B I V M IIII.

Debent ne conductores inquirere eorum necessitatem?

Ric. & Sylu. vbi supra.

RESPONDEO: Nequaquam. Et ratio est: quia huiusmodi inquisitio multis posset fieri scandali occasio.

Vndecima diffc. Virum peregrini teneantur ieiunare?

CONCLUSIO I.

SI peregrinatio est voluntaria, & peregrinus ratione dignitatis personæ suæ peregrinatione plurimū ædificat, & deuotionem auget, & peregrinando non potest ieiunare, est à ieiunio liber. Et ratio est: quia tunc per ieiunium maius bonum, nempe multorum ædificatio impediretur.

CONCLUSIO II.

QUANDO peregrinus intelligeret, se multo magis, pedestet peregrinando, carnem domare, & in spiritu proficere, quam ieiunando: esset quoque liber à ieiunio. Probatur eadem ratione, qua prima conclusio.

CONCLUSIO III.

QUANDO peregrinatio est ex voto, vel præcepto, vel iniuncta in pœnitentia, & differri commodè non potest, eò quòd tempus implendi accedit, & socij, qui tunc ad id se offerunt necessarij, postea deerunt, poterit in diebus ieiunij peregrinari, & non erit transgressionis ieiunij reus, si vtrumque, scilicet, ieiunare, & peregrinari commodè facere non potest. Gabriel. in 4. dist. 15. q. 3. & Syluest. vbi supra.

CON

CONCLUSIO IIII.

QV AND o peregrinatio non est necessaria, peccat illā aggre-
diens indiscretē, id est, tempore ieiunij, ea tamen aggressa, integrū
est impossibile ieiunium frangere. Patet à simili: sicut licet in-
firmanti ex culpa sua, durante infirmitate, non ieiunare: vide duo *Siluest.*
notabilia in fine proximæ difficultatis posita.

D V B I V M V.

Tenentur ne cursores ieiunij præceptum seruare?

PROPOSITIO I.

SI cursus præteritus, vel futurus exposcit, ut non ieiuent, non
tenentur ieiunij præceptum obseruare. Ratio est eadem, quæ
de laborantibus: quia lex de ieiunio est suavis, & cum tanto de-
trimento minimè obligat: & intelligitur propositio non solum,
quando sine tali officio viuere non possent, verumetiam quando
non aequè benè.

PROPOSITIO II.

CU R S O R, qui ad diem se locat, & aliàs habet, vnde viuat, ieiunij
præcepto ligatur. Ratio est: quia non debet tunc se locare, nisi
ieiunare valeat: vel timeat postea se non inuenturum conductorem.

P R O P O S I T I O I I I.

CY R S O R, qui se locat ad totum annum, & ad totale seruitiū,
& si cursus exigit, &c. ut in prima propositione continetur, erit
tunc liber à ieiunio: & probatur omiſsa ratione primæ propositio-
nis, quæ potest confirmari. Propterea quòd si exciperet, ut diebus
ieiunij iter non ageret, conductorem non inueniret.

Doct. ubi sup.

*Duodecima diff. Exercentes opera suo statui utilissima, & maxime
conuenientia, tenentur ne ieiunare?*

CONCLUSIO.

PR O P T E R illa, quæ utilissima sunt, & maxime conuenien-
tia ad statutum, licitum est aliquando & ieiunium soluere. Ra-
tio est: propterea quòd, hæc, & alia id genus, quæ utilissima sunt &
ratio eueniunt, inter necessaria computantur.

sup

Hinc regula Caiet. non displicet, videlicet, id, quod ab obseruatione festi suo modo excusat, etiam à ieiunij obseruatione: quoniam grauius præceptum de obseruatione festi, quam ieiuniorum est: quã obrem, si licet non obseruare festum, quando ob illius obseruantiam, vel damnum paterentur, vel lucrum amitterent, vt constat. c. licet de feriis, vbi conceditur tralecia capere in dieb. festiuis, oblata opportunitate, qualis non semper habetur: & iudicibus si res de qua iudicatur, talis sit, quã alioquin esset peritura non obstante prohibitione, conceditur, vt in die feriato iudicent: similiter, & habentib. triticum in area, integrum est illud colligere in die festo, si timeat alioquin triticum periturum: licebit quoque ieiuniũ soluere, quãdo hoc necessariũ est ad sui, & suorum sustentationẽ, vel ad famã, honoris, status, rerumq; habitatum conseruationem, aut etiam ad bonũ aliquod notabile acquirendum iustum & honestum, ad quod non aliã oportunitas speratur. Et ratio est: quoniam Ecclesia instituens ieiunia, non intendit homines in tanto rigore ad illa obligare, vt causa ieiunij, vel damna notabilia sentiant, vel lucra, alioquin licita, & iusta, amittant.

APPEN. 1.

Hinc mercatores, & alij nobiles, quando se offert occasio ingentis lucri possunt laboriosa itinera conficere, etiam cum ieiunij dispendio.

APPEN. 2.

Hinc, cum ad statum coniugũ maximẽ conueniant mutua officia: imo etiam necessaria indicentur, excusatur vir à ieiunio præcepto, si propter illud redditur impotens ad persoluendum coniugale debitum, & non potest aliter vxori satisfacere.

APPEN. 3.

Hinc vxor à ieiuniis voluntariis excusatur, si maritus repugnat. c. manifestum. c. noluit. 33. q. 5.

APPEN. 4.

Hinc à ieiuniis Ecclesiã erit quoque libera vxor, si propter ieiuniũ aded efficitur macilenta, & debilis, quod probabiliter timet, se viro inuisam, aut ingratam fore, accedente præsertim confessoris consilio: & si ieiunia commutantur in alia pia opera, vel si fortẽ mariti scandalum timetur, vel notabilis discordia, odium, rixa, percussio, aut blasphemia consequeretur: & si inuitatur à viro, vt cœnet, & timet prædicta mala, si non pareat, consulendum est illi, vt pareat. Lege. c. Iulianus. 11. q. 3. & quia præceptum iuris positiuũ, non obligat cum scandalo. cap. nihil. de præscript. Ratio est: quia

quia hoc detrimentum existimatur, cum quo lex diuina obligare non censetur: & quia Deo gratius est conseruare pacem, & impedire præfata mala, quàm ieiunare.

Hinc tandem, quando aliquis non poterit commodè debitū siue reale, siue personale persoluere sine ieiunij fractione, erit liber à præcepto ieiunij. Et ratio est: quia Ecclesia non ita obligare intendit, cum damno notabili proximi, quale fieret in hoc casu creditori: & valet hæc appendix pro filiis & parentibus, viris, & vxoribus, dominis, & seruis, cæterisque officialibus, aut hominibus Reipub. obligatis, & pro cathedraicis, & lectoribus conductis, siue obligatis.

APPEN. 5.

Decimatertia diffic. An pietatis opera exercentes præcepto ieiunij comprehendantur.

Doct. ubi sit.

CONCLUSIO.

PROPTER officia charitatis, quæ multis manifestam afferunt utilitatem, integrum est ieiunia dimittere. Et ratio est: quia lex de ieiunio non arctius obligat omnes, quàm particulare votum singulos: & cum particulare votum non obliget, quando manifestè impedit maius bonum, cuius modi sunt charitatis officia, neque lex de ieiunio tunc obligabit: tum etiam quia leges humanæ, & diuinæ, ordinantur ad charitatem conseruandam, & promouendam, & quod ad finem est ordinatum, non debet esse finis impedimentum: vnde eos errare dicit B. Hier. qui ieiunia præferunt charitati. c. non mediocriter. de conf. d. 5.

B. Hiero.

Est intelligendum hoc, præsupposito quòd bona illa non poterunt per alium æquè commodè procurari, quodque opus ad id oppositum tale sit, quòd ieiunium secum non compatitur.

Limitatio.

Hinc licitum erit soluere ieiunium facienti aliquid ob publicam utilitatem: vt est prædicare, peregrinari, pro publica pace procuranda, vel inimicis reconciliandis, vel alio notabili bono procurando, seruata limitatione dicta.

APPEN. 1.

Hinc quando prædicationes alicuius, qui ad hoc ex officio non tenetur, sunt fidelibus vtillissimæ, proculdubio potest ieiunium di-

APPEN. 2.

mittere, & prædicationi vacare: alioquin ieiunium esset charitatis impedimentum. Idem dicendum esset de egregio aliquo doctore.

Decimaquarta diffi. Exercens opera, etiam publica, quorum non apparet necessitas, aut insignis utilitas, tenebitur ad præceptum ieiunij.

CONCLUSIO.

OPERA etiam publica, quorum vel non apparet necessitas, aut insignis utilitas à præcepto ieiunij non excusat. Ratio est: quia huiusmodi opera voluntaria prorsus censentur: propter quæ nemo à communi onere excipitur.

APPEN. 1.

Hinc si multi ad sint concionatores, quorum doctrina æquè utilis est populo, sicut mea, v. g. quando non teneor ex officio, ea occasione non possum soluere ieiunium. Idem iudico de lectoribus voluntariis, quorum lectio potius illis, quàm publicæ utilitati congruit.

Limitatio.

Secus esset, quando voluntaria lectio esset necessaria ad ostensionem suæ eruditionis in oblata occasione. hæc est sententia S. Tho. in 4. d. 15. q. 3. art. 2.

APPEN. 2.

Hinc studentes, qui propria sponte ad eò laborant in priuatis studiis, vt simul ieiunare non possint, tenentur laborem remittere, & ieiunia seruare. Ratio est: quia publica obseruantia non est facilè omittenda.

APPEN. 3.

Hinc tamen non colligitur Prædicatores, & Doctores, qui mercede conducti exercent hæc officia, teneri ad ieiunia. Ratio est, quoniam si aliàs fructus ex eorum doctrina speratur, proculdubio poterunt ieiunia dimittere, quanuis voluntariè suas locauerint operas.

Decimaquinta diffi. Prætextu utilitatis spiritualis, suam vnusquisque percipit ex priuatis exercitiis licebit ieiunia omittere?

CONCLUSIO.

NVLLO modo talis utilitatis prætextu licebit non ieiunare. v. g. si causaretur quis, se diurnas, & seruentes orationes.

nes habere non posse. Ieiunando ieiunia. Probatur conclusio: quia religio secundum se est virtus præstantior quam pietas: & tamen quando est necessarium exercere opera pietatis, nemo prætextu religionis excusatur: & oppositum est error, de quo redarguitur Christus Pharisæos Matth. 15. qui, non esse opus charitatis in patientes exercendum, affirmabant: tum etiã quia opera excellentioris virtutis non semper sunt respectu cuiusque operantis meliora: nam continentia simpliciter est melior, quam usus coniugij: at vero coniux, qui tenetur reddere debitum, non est melior, neque hac ratione se potest excusare: quare neque à ieiunio debito occasione contemplationis potest quis se excusare: quid? quodd, si talis excusatio admitteretur, patentissima via negligentibus, & otiosis aperiretur, excusandi se à communibus præceptis: & religiosi licitè possent se excusare à præceptis superiorum, quando opera coporalia illis imponerentur, causarentur enim se à melioribus operibus impediri.

Matth. 15.

APPEN.

Hinc prætextu peregrinationis, vt S. Th. ad 3. docet, nemo excipitur à ieiunio, nisi vt suprã diximus, quando propter exemplum eminentis personæ cederet in magnam Ecclesiæ vilitatem.

APPEN. A

Decimasexta diffi. Exercentes officia ad rationalem vitam necessaria, teneantur ne ieiunare?

CONCLUSIO.

AB omni ieiunio excusantur fideles propter officia ad rationalem vitam necessaria. Ratio est: quia opera rationalis vitæ sunt homini magis propria, & necessaria, quam quæ pertinent ad vitam corporalem, aut temporalem statum: & cum propter labores necessarios ad corporalem vitam, liceat non ieiunare, vt modò diximus, licebit multò melius propter labores ad rationalem vitam necessarios.

Hinc si Episcopus non potest simul ferre labores visitationis, aut futuræ ordinationis cum ieiunio, licitum illi erit ieiunium omittere.

APPEN. 1.

Hinc Parochus, qui non potest sufficere ad tot confessionses audiendas, & simul in crastinum expectare ad multam horam, poterit

APPEN. 2.

rit

rit ieiunium soluere. Idem dicendum de Prædicatore, qui ex officio, aut ex obedientia tenetur publicas habere conciones, & de publicis lectoribus, qui ad hoc ex officio tenentur idem est censeendum.

Limitatio. Limitandum tamen hoc est, ut intelligatur, quando ieiuni hæc officia commodè exercere non possunt: quoniam si possent, licet non æquè benè, à ieiunio non excusarentur.

APPEN. 3. Hinc, quando occurrit opportunitas publici laboris, non quidem necessarij, sed conuenientis officij, vel statuti, erit sufficiens ratio excusandi à ieiunio: ut exempli gratia. Si quis sit habiturus lectionem publicam examinis, vel quando occurrit solemnis disputatio, proculdubio poterit à ieiunio excusari, si hora prædij non potest tantum prandium, quantum solet sumere. Ex superioribus de vitæ corporalis operibus patet hæc appendix: hæc enim spiritualia non minus necessaria Reipublicæ, & minus propria statui sunt, quàm illa.

APPEN. 4. Hinc quoque cum detrimentum corporale, aut temporale sit sufficiens causa excusandi à ieiunio, quando aliter caueri non potest fit, ut propter metum extrinsecè alicuius notabilis detrimenti excusetur aliquis à ieiunio, dummodo non sit metus incussus in odium, vel contemptum legis Ecclesiæ: quoniam tunc potius esset moriendum, quam cedendum: aliàs autem propter graue periculum, quod impendet ab intrinseco, licebit soluere ieiunium.

D V B I V M V I.

Utrum propter laborem rei indifferenti, vel illicitæ impensum, liberentur aliquando laborantes à præcepto ieiunij?

EXEMPLI gratia, qui iter facit, etiam causa visendi concubinae, & latro exercens latrocinia, & ludentes pila, & nobiles exercentes præludia ad solennem ludum, & venationi operam nauantes propter exercitium, si isti propter huiusmodi exercitia sint vesperè admodum debiles liberentur à præcepto ieiunij.

ALIQVI Doct. graues tenent istos esse à præcepto ieiunij liberos in tali casu: nam peccarunt, inquit, cōtra præceptū, quo res illicita prohibebatur, constituyente se in tali discrimine: at verò cœnādo non peccabunt cōtra præceptū ieiunij: quoniam censentur

sentur benè impotentes secundum præsentem statum, quæadmodum constituto in extrema necessitate alij subuenire tenentur: & quia præceptum ieiunij solū obligat potentes ieiunare, quod isti, vt aiunt, efficere non possunt, cum sint admodum debiles.

Ego verò huic opinioni non possum subscribere: nā si laborantes, & peregrini, & iter agentes, si cōmodè possunt minuere laborem, & qui opera pietatis voluntariè exercent, non liberantur à ieiunio, vt ex difficultatib. in hac q. positis constat, quo modo isti à ieiunij lege erunt liberi? Ego. n. hanc opinionem populum in publica cōcione non audem docere, & multo minus Hispano sermone typis mandare, quomodo ad omnium aures posset peruenire: saltem sentio, si vera est eorum opinio, quod magis agrauabit eorum peccatum, sicut homicidium ab ebrio cōmissum, licet non sit nouum peccatum, aggrauat tamen magis ebrietatis peccatum: quamobrem oro & obtestor per Christum Dominum omnes prædicatores, & confessores, vt hanc opinionem si illa placet sibi, & pœnitentibus ad eorum conscientias exonerandas seruent.

Limitat tamen suam opinionem dummodo hæc isti non faciant in fraudem legis ieiunij, quoniam tunc peccarent, quod quidem manifestum satis est: propterea quòd, legem frāgit, qui in fraudem legis aliquid facit.

Limitatio.

QVÆSTIO VII.

An cooperantes iis, qui ieiunia frangunt, mortaliter peccent?

Doct. ubi supra Med. q. 2. à fi.

AD maiorem huius quæstionis, & sequentis explicationē nota. Ieiunium, vel frangi voluntate, vel opere: voluntate frangit, qui seruans omnia, quæ de ratione ieiunij sunt, comederet pluries, si haberet, & carnes etiam, si posset: quod quidem scienter, vel ignoranter fieri potest. Opere autem frāgitur ieiuniū trib. modis. Primò quoad meritū, vt quando quis omnia requisita ad ieiunium seruat, sed vt videatur ab hominibus ieiunare: tale erat ieiunium Pharisæorū, qui exterminabant facies, vt viderentur ab hominibus, & receperunt mercedem suam. Secundò quoad intētionem præcipientis, vt quando aliquis, quæ sunt de essentia ieiunij seruat:

Matth. 6.

seruat. veruntamen comedit pisces exquisitos, qui magis ad carnis incendium conducunt, aut in collationibus electuaria calida, quæ erunt ad ipsum conducentia: & cum intentio præcipientis non cadat sub præcepto qui hæc sumit, alioqui licita, contra intentionem Ecclesiæ, non peccat contra præceptum ieiunij, quãuis posset alia via peccare contra legem diuinam, aut naturalem, qua omnes turpes circumstantiæ in opere prohibentur. Tertio frangit ieiunium quoad substantiam actus, qui aliquid ex tribus, quæ sunt de essentia ieiunij, non seruat, vt qui vel pluries comedit, vel cibus vetitis vtitur, vel horam notabiliter præuenit: & hic mortaliter, vt q. sequenti explicabitur, peccat.

Nota secundo aliud esse facere contra legem, aliud verò facere in fraudem legis: nam facere contra legem est, facere quod lex prohibet, vt qui comedit bis in die ieiunij, &c. facere autem in fraudem legis est cum quis, saluis verbis legis, eius sententiam circumuenit: fraus enim legi fit, cum vt fit, quòd fieri noluit, fieri autem non vetuit: vt si monachus habitum suæ professionis non dimittat, sed superius illum habitu clericali tegat, & ita incedat, non minus apostata est, quàm si habitum ex toto dimitteret: nam facit in fraudem legis. Tutor etiam, cui prohibitum est rem pupilli emere, si aliam personam submittat, vt emat, agit in fraudem legis: perinde etiam facere videtur in fraudem legis, qui vltra vnam refectioem, alia comestibilia licita, per viam comestionis, aut refectioem sumit. Is prænotatis, absoluenda est quæstio posita, aliquot difficultatibus declaratis.

Doct. ubi su.

Prima difficul. Prælati Ecclesiastici tenentur ne dare operam, vt ieiunia seruentur, ne tacendo consentire videantur?

CONCLUSIO.

TENENTVR Prælati Ecclesiastici dare operam, vt abstinentia, & Ecclesiæ ieiunia ab omnibus seruentur. Ratio est: quia Ecclesiæ Prælati sunt executores, & iudices istarum legum: & ideo ex iustitia ratione sui officij tenentur docere omnem obligationem istarum legum, vel per se ipsos, vel per doctores idoneos.

APPEN.

Hinc debent cauere censuris, ne cibi prohibiti passim omnibus exponantur: in quod tenentur eis obsequi ciuiles magistratus, & suas

suas operas impendere: propterea quòd ordinatur ad finem spiritualem.

Hinc etiam ne ijs diebus, solemnia conuiuia celebrentur, & ne sint cœna publicæ in scandalum infirmorum, cauere debent: non autem debent excommunicare transgressores, aut iudicialiter contra illos procedere: quoniam esset in communi ea seueritas intolerabilis.

Secunda diffc. Ad quid tenetur paterfamilias circa obseruantiam ieiuniorum à suis domesticis seruandam, ne peccet, &c.

Doc. ubi sup.

CONCLUSIO I.

PATERFAMILIAS tenetur suos domesticos, vt ieiunent admonere, & illis alimenta necessaria præbere. Ratio est: quia charitas magis obligat circa personas magis coniunctas & domestici adeò coniuncti sunt, vt dicat B. Paul. 1. ad Tim. 5. Qui suorum curam non habet, & maximè domesticorum, fidem negauit, & est infideli deterior: tenetur enim, & suos domesticos admonere, & fraterna charitate corripere.

1. Ad Tim 5.

Quod dictum est in cõclusionione de alimentis, intelligitur de illis qui aliàs tenentur de victu prouidere: quamobrem, si de portione quotidiana facta fuit conuentio, ratione ieiunij non tenetur augere illam, non enim obligatus est prouidere de victu simpliciter, sed iuxta pactum, & conuentionem factam.

Limitatio.

Hinc paterfamilias non tenetur etiam si diues sit minuere laborem seruorum, vel operariorum, quos conduxit, sed potest consueta opera exigere.

*APPEN.
APPEN. 2
infra.*

CONCLUSIO II.

Paterfamilias non tenetur, aut domo pellere, aut alimenta subtrahere, si non ieiunant. Ratio est: quia hæc, & id genus similia pertinent ad genus quoddam vindictæ: hæc autem patrifamilias non propriè cõuenit, sed Prælati: tum etiam quia esset graue imponere illis hanc obligationem, & cõquererentur, dicentes, quòd hoc faceret auaritia magis, quam zelo legis motus: verum enim uero circa filios, & personas sanguine coniunctas, deberet paterna correctione uti: si quem haberet legum contemptorem, domo pellere, sicut faciebat Dauid: Nõ habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam.

Psal 105.

Peccabit

APPEN. 2.

Peccabit tamen dominus, si compellit famulos ad ieiunandum obligatos in diebus ieiunij ad opera ieiunio incompatibilia, quæ commodè in alium diem differri possunt. Palud. in 4. dist. 25. q. 5. & Gabr. ibid. q. 3.

Tertia diffie. An cooperentur peccato, non ieiunantium insitores publici?

QUANDO insitores ignorant benè, aut malè vsuri sint, accedentes alimentis: omnes tenent, non cooperari. Et ratio est: quia vacant officio Reipublicæ necessario, exhibentes alimenta: at verò quando præuidet alios præcepta transgressuros, Medina tenet consentire tunc peccatis aliorum: quemadmodum si quis gladium præberet furioso, esset reus homicidij.

CONCLUSIO.

PUBLICI insitores possunt vendere omnibus alimenta, etiã si aliquos ieiunia violaturos præuideant. Probatum: publici ministri, qui omnibus offerunt alimenta per se, deseruiunt necessitati, quod per se bonum est, igitur non peccant huiusmodi.

APPEN.

Hinc cum amicus petit ab amico, vel à vicino alimenta, quam præuideat eum cœnaturum contra legem Ecclesiæ, non peccat ministrando. Ratio est: quia per se opus amicitiz, & vrbantatis exequitur: & ex malitia alterius per accidens consequitur transgressio: & simile de gladio Medinæ non valet: quoniam iure deffensionis teneor cauere nocumentum proximi, quod tunc impendet, ad quod quidem medium necessarium, & efficax est, non dare arma: imo posset per vim eripere, si haberet: at verò ad cauendum peccata intemperantiæ, medium optimum est admonitio, & correctio: & sicut non teneor subtrahere cibos, quos habet, ita neque negare, quos amicabiliter petit: & constat, quoniam ex ista opinione sequeretur maxima perturbatio publicorum officiorum, scandala, & iurgia, vt patet manifestè: quamobrem non teneatur aut examen facere, aut alimentum detrahere.

Quarta

Quarta diffi. An peccent inuitantes ad comedendum, nolentes ieiunare? Doc. ubi sup.

CONCLUSIO I.

INVITANS amicum die ieiunij, præbens occasionem frangendi præceptum, peccat mortaliter. Et ratio est: quoniam hoc est præbere scandalum, scilicet, ruina occasionem: tum etiam, quia cooperari ad peccatum fratris, peccatum est, ad Rom. 1. Non solum qui mala faciunt, sed qui facientibus consentiunt, digni sunt morte. ergo & qui illis occasionem peccandi ministrando cibos præbent. Rom. 1.

CONCLUSIO II.

AT verò si ratione amicitia, & urbanitatis inuitant non peccant. Probat, quia vnusquisque præsumendus est habere curam propriæ conscientia, & ideo qui bona fide amicabiliter offert prandium, etiam si alius interim peccet, excusatur, & confirmatur: nam etiam si aliquis suspicetur, quod ille inuitatus extra dies ieiunij peccat contra abstinentiam naturalem, si est famulus tenetur obsequi, si amicus poterit inuitare: ergo etiam in diebus ieiunij vtrumque erit licitum.

Hinc publici hospites non peccant, offerentes peregrinis: nam diebus prohibitis, relinquendo vnumquemque sua propriæ conscientia, & proprium munus exequentes. APPEN. 1.

Hinc quando aliquis paratus erat violare ieiunium, non erit peccatum inuitare ad cœnam, magis quam a parato usurario petere usuram: non enim inducit ad peccandum, sed inuitat ad amicabile opus. vide Naua. ubi supra, & Caiet. art. 4. S. Thom. neque non consentiens in illud, quatenus est fractio ieiunij, sed vt est actus sustentandi naturam, & de se bonus, vel indifferens. APPEN. 2.

Hinc videntes aliquem socium, vel amicum plus æquò sibi indulgentem in collatione, non debemus statim eum corripere, sed sicut ait Apost. Is, qui non manducat, manducantem non iudicat. APPEN. 3.

Quinta diffi. Ministri, qui resistunt dominis ieiunia frangentibus, cooperantur ne illorum peccatis. Rom. 14.

NOTA, Dominum posse à famulis duplicia obsequia exigere: quædam enim sunt quæ intrinsecè ordinantur ad flagitium, F. t. q. f. 4. DD & ista

& ista, meru etiam mortis nō tenentur facere, neque possunt: quoniam sunt intrinsicè mala sicut & ipsum opus, ad quod per se ordinantur. Alia autem sunt obsequia communia, quibus dominus potest benè, aut malè uti, vt præparare equum: eum incedentem prosequi, & expectare: hæc potest præstare famulus, etiam si sciat dominum peccare.

CONCLUSIO.

MINISTR, qui assistunt dominis ieiunia frangentibus, eorum transgressioni non participant. Probat: quia non tenentur famuli, imo neque debent iudicare dominos suos, vtrum benè, vel malè faciant, sed præstare consueta obsequia, & officia: nam subtrahere propria auctoritate, esset scandalum manifestum, cum ille iustè possit præcipere, & id quod præceptū est, non sit obsequium intrinsicè malum: quare, cum præparare cibos: ministrare mensa, sint communia obsequia, quæ per se ordinantur ad subueniendū corpori, non censentur famuli participare in crimine domini, illa præstantes, & mensa assistentes, & ministrantes.

APPEN.1. Hinc licitum non erit famulo obsequi domino præcipienti, vt amicam ad se adducat: quoniam est intrinsicè malum.

APPEN.2. Hinc etiam non tenebitur famulus domino, qui vult inimicum inuadere, præbere auxilium: quoniam hoc est manifestè peccatum mortale.

Limitatio. Poterit tamen, si videat dominum in periculo constitutum iure defensionis illi auxilium præstare. Victoria in relectione de temperantia ad finem.

QUESTIO VIII.

An sine peccato possit quis per ieiunium vitam minuere?

CONCLUSIO I.

Med. q. ult.

NON est licitum homini abstinere à cibo vitæ necessario, neque eis uti, quæ vitæ seu naturæ humanæ non conueniunt. Ratio vtriusque partis huius conclusionis est: propterea quod vita commissa est homini ad vsum rationalem, non prorsus donata, ac proinde naturali iure tenetur curam illius gerere: vnde naturæ inclinatio, & obligatio est illa, quam Apost. Ad Ephes. 5. expressit, Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam.

Ephes. 5.

Hinc,

Hinc, qui se inedia conficeret, non minus esset homicidij reus, APPEN. I.
quàm qui se gladio perimeret: esset tamen differentia, quòd iste
directè, ille verò indirectè, causa propria mortis esset.

Hinc abstinentiam Domini nostri IESU Christi. 40. dierum APPEN. 2.
mirari possumus, imitari autem minimè: fuit enim suprà naturæ
virtutem, quemadmodum Moysis, & Eliæ ieiunium: nam 40. illis
diebus, nec cibum sumpsit, nec somnum cœpit, vt ex sacris Euan-
gelistis colligitur.

Et idem dicendum est de victu Ioannis Baptista: nam fuit pri- APPEN. 3.
uilegium præcursoris, quòd cibus nō humanis aleretur: vnde Sal-
uator dixit, quòd non manducabat, nec bibebat.

CONCLVSIO II.

HOMO non tenetur omne studium adhibere ad producen-
dam vitam, vel tuendam valetudinem, imò ea sollicitudo non est
Christiano pectore digna. constat auctoritate Christi Marth. ca. 6.
vbi prohibet etiam sollicitudinem de victu, & potu ad vitam ne-
cessario, dicens: Gentes hæc omnia inquirunt: nolite solliciti esse
anima vestra, dicentes, quid manducabimus, &c. & Pau. 1. ad Tim. *Matth. c. 6.*

6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. le-
ge. c. 31. apud Hier. de R hecabitis, qui nec vino vtebantur, nec in
domibus habitabant. ca. 11. ad Hæbreos de veteribus sanctis, qui
circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, & D. Bern. sermo. 30.
super cantica, dicente: scholant Epicurij studere voluptati, Hyp-
pocratis sanitati, Christum verò vtram negligendam esse tradi-
disse: quod magis conuenit religiosis, quibus Ecclesia multa circa
cibum, & vestitum, & lectos statura approbavit, quæ bonæ vale-
tudini aduersantur, in quibus Ecclesia proponens talem vitam si-
delibus, errare haud potest. *1. Tim. 6.*

CONCLVSIO III.
NON est licitum ex intentione per ieiunia vitam minuere: sen-
sus est, quòd si quis per indiscreta ieiunia intenderet vitam fini-
re, præculdubio mortaliter peccaret contra charitatem, sibi debi-
tam. Et ratio est: quia illud nocuum est insignis, estque præ-
uisum, & intentum, & ex consequenti est ad mortalem culpam
imputandum: in quo casu, & sensu est intelligendum. cap. non me-
diocriter. de consec. distin. 3. vt D. Hieron. ait, Nihil refert quan-
to tempore interimas te. *Hieron. 35.*
Ad Heb. 11.
D. Bernar.

Hinc

CONCLUSIO III.

D. Hiero.

Psal. 108.

LICETVM tamen est per ieiunia agilitudinem permittere. hęc conclusionem sanctorum exempla probant: D. Hiero. to. 1. ad Eustochium ait Pallebant ora ieiunio, & ossa vix coherentia hami collidebant, & Dauid Psal. 108. Genua mea infirmata sunt à ieiunio: tandem omnes fundatores religionum in parcimonia fuerunt præcipui, & insignes.

Limitatio.

B. Hiero.

Est hoc intelligendum de illo detrimento salutis, quod nec admodum conficit corpus, nec retardat spiritum à contemplatione, aut aliis officiis necessariis: quoniam si alterum eorum eueniat indiscreta, & culpabilia sunt talia ieiunia: est enim contra finem abstinentia, quod spiritus opera impediuntur. vnde D. Hiero. vbi supra, ait: Perdit rationalem dignitatem, qui præfert ieiunium charitati.

CONCLUSIO V.

Chrysof.

Hiero.

Sap. 4.

Bernar.

Gene. 27.

ETIAM si quis probabiliter existimet breuiorem vitam futuram, si ieiunia obseruet, aut in infirmitate incidat, non semper est criminis reus. Prima pars conclusionis ex eo constat, quod eorum, qui frugaliter viuunt, vita solet esse & iocundior, & longior. vt D. Chrysof. c. nihil enim, & B. Hiero. in duobus sequentibus ca. de consecr. dist. 5. docent: ac proinde potest probabiliter censeri contrarium. Secunda: quia præstat secundum spiritum breuiori tempore viuere, quam longiori secundum carnem. Sapient. c. 4. Cōsumatus in breui, expleuit tempora multa. Tertiò, quia licitum est Christiano laboriosas artes exercere, in quib. vita, vt plurimum est: breuior, vt nauigantium, & ferratorum, & eorum qui vitia conficiunt: quare si licitum est propter lucram temporale tali detrimento se exponere, multo magis licitum est abstinentiã, & communia ieiunia seruare: quoniam hoc est vitam potius colere rationalem, quam desideria carnis perficere. Secunda pars conclusionis posita est ad excusanda multa sanctorum exempla, qui propter abstinentiam in graues langores inciderunt: nam seruore spiritus nõ attendebant infirmitatē carnis, & licet illa reclamaret, semper illis erat suspecta vox. vt D. Bern. vbi supra, ait & ad hoc est optimum exemplum Esau. Gen. 27. deinde excusantur: quia existimabant, illud detrimentum, quāuis alioqui graue, ferendum esse pro aliorum edificatione, præsertim qui aliorum debebant esse viuendi forma.

Hinc

Hinc propter illatum detrimentum, ieiunium non est peccatum mortale, nisi in duobus casibus. Primus est, quando quis ex intentione vitam breuiare intendit. Secundus, quando de graui detrimento admonitus, ob duritiam, aut temerè periculo se exponit: pertinet autem ad Prælatorum, & confessorum prudentiam ijs modum imponere.

Prima diffic. Possunt ne Prælati tam acerba ieiunia subditis imponere, qualia ipsi, vt dictum est, possunt sua sponte assumere?

CONCLUSIO.

NON licet Prælatis tam acerba subditis ieiunia imponere, qualia ipsi, sua sponte poterant assumere. Ratio est: quia leges Prælatorum debent esse tolerabiles, & conditæ discretionis sale: vnde lex etiam diuina non præcipit omnia ardua, quæ vnusquisq; licite potest adire, sæpè enim potest aliquis ex charitate res suas, & vitam etiam exponere pro patre, quando præcepto diuinæ legis non obligatur.

Hinc non tenetur aliquis seruare ieiunia quadragesimæ cum illo detrimento corporis, quòd licitum esse diximus in 4. conclusione. Et ratio est quia lex in communi posita, id, quod communiter est possibile, respicit: & possibile in præsentia secundum morales regulas, & non secundum physicas æstimatur: & non est moraliter possibile, quod egrè fieri potest.

Hinc confessarij, qui in particulari decernunt, abstinentias acerbiores præcipere possunt, tamen eo moderamine seruato, vt in mitiorem partem declinent, & consensum pœnitentis requirant: ne iudicium misericordiam, aut odiosum, aut periculosum fiat.

Hinc si abstinentiæ in foro pœnitentiæ à confessore impositæ, vel alia opera pœnalia sint indiscreta, & exorbitantia, vt sint scandalum aliorum, aut vitæ periculum, seu salutis, aut famæ dispendium cedant, non sunt obligatoria, sed prætermittenda: & ieiunia non ad necandum carnem, sed ad domandum sunt instituta: secus autem est de abstinentiis, & pœnitentiis à Prælato in foro iudiciali: quia talia fortè homo delicta commisit, ob quæ mortem mereretur: & ita si vita delinquentis per talem abstinentiam notabiliter abreueretur, nullum est inconueniens.

Alex. Alen.
q. 99. & alij
locis infra ci-
tandis.

De modo ieiunandi?

HAC in quæstione, declaranda est forma, siue regula ieiunandi ab Ecclesia tradita, quam in 1. q. huius tract. die tam nominamus: constat hæc forma tribus partibus, quæ sunt de essentia ieiunij: nempe, abstinentia à cibo: refectioe vnica: & determinata hora talis refectiois: & de singulis singuli proponuntur articuli quibus absolutis quæst. erit perspicua, & tractatus de ieiunio ad laudem omnipotentis Dei finitus.

ARTICVLVS I.

An conuenienter fuerit abstinentia à cibo ab Ecclesia imposita?

CONCLUSIO.

CONVENIENTISSIME fuit ciborum abstinentia ab Ecclesia præcepta. Ratio est: quia primum præceptum diuinitus homini propositum, fuit de ciborum delectu, vt patet Gen. 2. & 3. fuerunt quidem naturalia præcepta in corde primum descripta: item supernaturalia diuinitus inspirata: sed inter leges posituas præceptum de abstinentia primum sibi vindicat locum: nam in hoc genere est omnium antiquissimum, vt D. Basil. in serm. 2. de ieiunio & B. Hier. 2. lib. contra Iouinianum circa fin. adnotarunt.

Cast. ver. cib.
contra hares.
& lib. de di-
uinitis tradit.
3. petit. de ci-
boru delectu.

Gen. 2. & 3.

Basil.
Hieron.

Alex. Alen.
m. 1. S. Tho.
art. 8. Ric. 9.
1. & 6. & re-
liqui ubi sup.

Prima diffic. A quibus cibis tempore ieiunij est abstinendum?

CONCLUSIO.

ABSTINENDVM est tempore ieiunij ab illis, qui corpori vires minus ministrant, vt suam possit exercere tyrannidem. Et patet: quia cum ieiunium institutum sit ad carnem domandam, ne illicitis seruiat: ad personam affligendam cõtra delectationem in peccatis habitam: ad vitia ressecanda, & tollenda: vt fiat recõciliatio cum Deo peccatis offenso, erit ab illis cibis abstinendum, qui ad lasciuam nimis prouocant, & inordinate hominẽ delectant: & ressecationem peccatorum impediunt, & peccatoru causas

causas alunt: tales sunt carnes, & quæ illis coniuncta sunt, lac, &c. nam esca quæ non solum corpus nutriunt ad vitam, sed inflamant ad libidinem sunt prohibita: equorum enim domitores non solum verbera adhibent ad domandum, sed cibum etiam, aut cibi fortioris genus subtrahunt, fœnum pro ordeo tribuentes, vt fame debilitetur equorum nimis effrenata vis: ita Ecclesia vult, vt pabulo nimis nutriente corpori sublato, coheretur animæ nutui de seruire.

Secunda diffi. An fuerit conuenienter abstinentia à carnibus ieiunantibus imposita?

Doct. vbi su.

CONCLUSIO I.

QUANTUM IURE naturali nulla caro animalium fuerit hominibus prohibita, probabile tamen est, ante diluuium non fuisse carniū vsum. Prima pars manifeste patet ex eo, quod omnia animalia iure dominij homini subduuntur: & ideo ea potest in proprios vsus siue ad cibum, siue ad ornatum conuertere.

Est autem sermo de irrationabilibus: nam veteri carnis humanis immane semper, & efferatum fuit. Secunda pars est S. Th. 1. 2. *Limitatio.* q. 102. art. 6. ad 2. & illum sequitur Victoria in refectione de temperantia. Oppositum tamē probabile censet Soto lib. 5. de Iustitia & Iure. q. 1. ar. 1. & probatur conclusionis pars secunda, ex illo loco Ge. 9. Omne, quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum, &c. *Genes. 9.*

CONCLUSIO II.

In statu legis antiquæ, imo & in Ecclesia primitiua, non fuit in præcepto aliorum ciborum delectus in diebus ieiunij magis, quàm in aliis. Et ratio est: quia ieiunium tunc potissimè indicebatur per detractionem, & dilatationem prandij: nam delectus, qui Leui. 11. præcipiebatur, erat æqualiter omni tempore seruandus: adde etiam quod ibi abstinentia de quibusdā speciebus piscium, sicuti, & à carnibus præcipiebatur: in herbis autem, & fructibus nullum fuit impositum præceptum, vt per hoc ostenderet lex simplicitatem victus homini esse conuenientem: & ideo gratiam hanc rationem insinuat S. Tho. 1. 2. vbi supra.

CONCLUSIO III.

ABSTINENTIA à carnibus, aliisq; cibis cultioribus, familiaris fuit

ris fuit Apostolis, & viris Apostolicis, imo & olim Prophetis. Et primò de Apostolis ex Euangelio ducimus argumenta, vbi sapè fit mentio de eorum prandio, nusquam tamen inuenimus carnes præparasse, sed piscibus vsos fuisse: ita tradit Cle. Alex. lib. 1. pedagogij. c. 1. vbi & refert specialiter de Marthæo, quod baccis, & seminibus victitabat: & de discipulis Marci refert Philo ad Eusebium vbi supra: quod eorum potus erat aqua, cibus panis cum sale, vel hysopo. & de Prophetis habemus conuiuium. 4. Reg. 4. & Daniel cap. 1.

Clemens Ale.

Philo.

*4. Reg. 4.
Daniel. c. 1.*

CONCLUSIO IIII.

DI E B V S quadragesimæ in omni loco præceptum est abstinere à carnibus, & ab iis, quæ carni coniunguntur, in aliis autem ieiunij diebus seruanda est vbique patriæ cõsuetudo. hæc conclusio fuit definita in Conc. Tolet. 8. c. 9. & fuit præceptum, de abstinencia à carnibus, primùm Clericis impositum, deinde ad fideles omnes fuit diffusum: in omni autem loco cibus quadragesimalis intelligitur absque ouis, & lacticiiniis: iam verò est communissima dispensatio, quam qui obtinuerunt sine scrupulo possunt vti præmissis: in reliquis verò ieiuniis, & sextis feriis est eadem abstinencia per cõsuetudinem recepta in Hispania, non autem in aliis prouinciis: quam ob causam non potest certior tradi regula, quàm quod morem prouinciæ inuiolabiliter obseruemus: & votum, si quis si illis diebus, non comedere illa. lege ad hanc cõclusionem. c. vtinam. 76. d. & ca. ieiunia. de consec. d. 3. & cap. denique. dist. 4.

Hæreses.

Hinc confutatur hæresis Tatiani, & discipulorum eius Eueratarum, dicentium non licere vesci carnibus: quæ suscitauerunt Manichæi, & alij: & error Chatarorum, qui superiorem hæresim auxerunt, dicentes, neque licere comedere oua, caseû, lac etiã si necessitas adfit: cùm Dñs præceperit per Moysen Israelitis Exod. 12. vt vnusquisque decima mēsis tolleret agnum, &c. & Leuit. 11. c. & Deute. 14. Quæ animalia comedere deberent, lege præscripserit: & Christus redemptor noster in cœna agnum cum discipulis mâducauerit. Atque etiam expugnatur error Iouinianij, qui quoslibet cibos, quolibet etiam de omnibus sine discrimine esse licitos, quantumlibet per Ecclesiasticas sanctiones fuerint prohibiti: & Vvaldensium, qui tempore quadragesimæ carnem, & oua, & reliqua prohibita comedebant, dicentes: nullum esse peccatum hoc facere:

*Exod. 12.
Leuit. 11.
Deut. 14.*

facere: & Ecclesiam non posse talem ciborum abstinentiam præcipere, & in tali abstinentia à carnibus nullum inesse meritum. Castrum lege contra hæreses verbo cibus hæresi 1. & 2. vbi istos errores destruit.

Tertia diff. An magis abstinendum sit à quanta, vel à quali?

*Alex. Alen.
m. 2. vbi sup.*

NOSTER Alexander hanc proponit difficultatem, & est sensus. Vtrum magis abstinendum sit à quantitate ciborum, vel à cibariis delicatis.

CONCLUSIO I.

IVXTA constitutionem Ecclesiasticam magis abstinendum est in die ieiunij à quali, quàm à quanto. Et ratio est: Primum, quia periculum est minus: nam quantum ad sustentationem naturæ, & nutritionem, parum refert cuiusmodi sumantur alimēta, dummodo natura sustentetur. Secundò, quia iudicium est certius: Ecclesia enim non potest iudicare quantum deberet vnicuique sufficere: quia quod parum est vni, multum est alteri: sed circa qualitatem potuit diffinire, dicendo talia cibaria non esse sumenda tali tempore. Et tertio, quia commodum est maius: propterea quod ieiunium institutum est etiam, propter pauperes, & circa magis delectabilia maiores sunt expensa, quæ expensa erant in eleemosynas pauperum eroganda: & plus pauperes de residuo quanti, quàm de residuo delectabilis sustentantur.

*41. d. c. nō cogantur.
S. Leo Papa
& legitur
Dominica 3.
aduentus.*

Secundum legem virtutis sobrietatis est distinguendum: nam vel queritur de quanto, & quali licito, vel illicito.

CONCLUSIO II.

DE illicito magis abstinendum est à quali, quàm à quanto. Ratio est, quia maius peccatum esset tempore ieiunij comedere bucellam carnis, quàm comedere multa de licitis.

CONCLUSIO III.

DE quali, & quanto licito, non potest dari generalis regula, neque Ecclesia à quo magis esset abstinendum potuit diffinire: alij enim in quanto, alij verò in quali magis delectantur, edaces querunt superfluitatem, alij paruo modo fit delectabile, recreantur istis, maior virtus est abstinere à quali, quàm à quanto, aliis à quanto, quàm à quali.

Ricard. q. 6.
ubi supra.

An diuites diebus ieiunij teneantur cibis pauperum vesci?

RESPONDEO: Non tenentur: & patet c. non cogantur. d. 41. ubi habetur: Non cogantur diuites cibis pauperum vesci, vtantur consuetudine infirmitatis suæ, sed doleant se aliter abstinere non posse.

Castro ubi
sup. harefi 2.

Quarta diffi. Licebit ne aliquando diebus quadragesimæ
carnibus vesci?

CONCLUSIO.

PROPTER ineuitabilem necessitatem, atque fragilitatem, & euidẽtem langorem, vel impossibilitatem etatis, licebit carnes tunc comedere. Deffinita est conclusio in Conc. Tolet. 8. ca. 9. ubi ita legitur, Quisquis sine euitabili necessitate, atque fragilitate, & euidenti langore, seu etiam impossibilitate etatis, diebus quadragesimæ esum carniũ præsumpserit attentare, non solum reus erit resurrectionis Dominicæ, verumetiam alienus ab eiusdem diei sancta communione, &c.

APPEN. 1. Hinc propter ineuitabilem necessitatem poterunt in illa constituti carnibus vesci, & tenentur ad hoc in casu extremæ necessitatis, quando non supperunt alia alimenta: & quia hoc est medium legitimũ ad conseruandam vitam.

Limitatio. Arbitror tamen, quod si nullus alius cibus esset, nisi panis cibarius, non liceret carnibus vesci, nisi per plures dies duraret inedia, vt in longa nauigatione, & in atroci bello, ubi deest victus.

APPEN. 2. Hinc propter fragilitatem licet carnes manducare causa metus residui: vt illis, qui paulo ante morbo ogallico, vel alia infirmitate laborauerunt, & sunt admodum fragiles: verũ in iis, & sequentibus, & est consulendus medicus, & confessor.

APPEN. 3. Hinc propter euidẽtem langorem instanter agrotantibus integrum est carnibus vesci.

APPEN. 4. Hinc propter impossibilitatem etatis est licitum pueris ante vsum rationis, & senibus in vltima etate constitutis carnes ministrare, hoc probat Ecclesiæ vsus, quæ vt ex superioribus constat, nunquã voluit homines cũ tanto detrimento ad ieiuniũ obligare.

Verũ

Verum enimvero pueri statim post vsum rationis, & senes ante vltimam ætatem ad abstinentiam carniū tenentur, licet à ieiunio sint liberi: nam quibus conceditur, propter debilitatem pluries comedere, non subinde ab abstinentia carniū excusantur, cum abstinentia à carnibus semper fuerit in Ecclesia maximè venerabilis.

Quinta diffic. Qui à ieiunio iusta causa interueniente, est liber, & potest sustentari escis ieiunio congruentibus, poterit ne ouis, & lacticinis vesci?

S. Anto. 2. p.
tit. 7. c. 20. §.
2. & Naua.
ubi supra.

CONCLUSIO.

PEC CABIT mortaliter, si illis escis prohibitis vtatur. Ratio est: quia dispensatus, vt ante horam iustam prandeat, non videtur à ieiunio liberatus, nec iusta causa, quæ excusat ab integro ieiunio, videtur excusare ab omni parte illius: ieiunare enim prout potest, tenetur: præceptum namque Ecclesiæ licet in totum seruari non possit, seruandum tamen est, quoad illam partem, quoad seruari potest: atque ita dispensatus, vt in die ieiunij pluries quam semel, comedat, non videtur dispensatus, vt carnes, & oua, vel lacticia manducet. facit text. in cap. cum dilecti. de dolo & contum. vide ibi glo.

Sexta diffic. Cui licet in diebus ieiunij vesci carne, ouis, lacticinis, integrum ne etiam erit piscibus, & oleribus vti?

Cordo. q. 105.
Hispane.

CONCLUSIO I.

ILLI, quibus propter aegritudinem esus carniū conceditur, non peccant mortaliter, si piscibus, & oleribus simul vescantur. Ratio est: quia nullo iure hoc prohibetur, nec interdictum illis est vesci piscibus, simul cum illis.

Cauendum tamen semper est pusillorum scandalum: cauendum & proprium nocumentum: nam tunc esset mortale, licet ex natura sua nullum sit peccatum, quod infirmus cibus quadragesima vescatur.

CONCLUSIO II.

Si lege aliqua speciali esset prohibitum simul illa comedere, esset

Limitatio.

re, esset tunc peccatum mortale. Et ratio est: quia agere contra legem iustam talia prohibentem.

Nota quòd, stante hac lege, si infirmus nõ posset quidquam deglutire, & comederet, parum piscis, loco condimenti, vt appetitum excitaret, dicens (*Veamos si con esto podre comer algo*) Non peccaret: secus si, vt nutrimetur, vel sine causa dicta etiam parum piscis comederet: nam tunc, quia prohibitum est, peccaret: quemadmodum peccaret, qui sine sufficiẽti necessitate, parum carnis cum ouis, vel piscibus in diebus prohibitis, aut sine illis, manducaret.

Cor. 10. vbi
suprà.

Septima diffi. An diebus Dominicis quadragesima, sine bulla, vel alia concessione, liceat ouis, & lacticinis vesci?

DVÆ sunt opiniones. Vna affirmans noua: altera negans antiquissima, & securior.

CONCLUSIO.

NE QV A QV AM possunt sine bulla, vel alia concessione particulari in Dominicis quadragesimæ ova, vel lactinia manduri. Ratio est: quia non est lex particularis, quæ solis diebus ieiunij quadragesimæ præcipiat abstinentiam ab huiusmodi escis: imo est lex, quæ generaliter præcipit ad verbum abstinentiam ab ijs: & habetur dist. 4. cap. denique. & est D. Greg. & vbi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.

D. Greg.

APPEN.

Hinc neque licebit religiosis, & sacerdotibus secularibus in diebus Dominicis quadragesimæ virtute bullæ ova, vel lactinia comedere: nam in bulla dicitur in diebus quadragesimæ etiam sine distinctione dierum ieiunij, & Dominicarum.

DVBIVM II.

Quid de illis, qui vouerunt ieiunare quadragesimam?

Sylu. vbi sup.
nn. 7.

PROPOSITIO I.

SI quando vouit, habuit mentionem seruandi ieiunium, vt ab Ecclesia præceptum est, tenebitur abstinere, vt dictum est in prima conclusione, si non habet bullam, & si habet, sequatur alios sine qualitatis, & status.

PRO

PROPOSITIO II.
 Si quando emisit votum, habuit aliam intentionem actualera, aut virtuale, debet iuxta illam intentionem seruare votum: tantum enim obligatur, quantum intendebat.

PROPOSITIO III.
 Si autem dubius, est, quomodo vouerit, cum necessarium non sit, in dubiis securiorem partem tueri, quoniam satis est eligere tutam: contra faciens non erit de mortali peccato iudicandus, nisi forte propter conscientiam erroneam.

Octaua diff. Carnes die Sabbathi comedere est ne mortale peccatum:

CONCLUSIO I.
VBI non est consuetudo comedendi carnes die Sabbathi, mortale peccatum est. Definita est. c. quia dies. de consecr. dist. 5.

CONCLUSIO II.
 VBI est consuetudo, non erit mortale, vt in Insula Maioricarum, & Minoricarum, & aliis in locis. Ratio est: quoniam standum est consuetudi. lege. c. illa autem. dist. 12.

DVBIVM III.
 Qui in sua patria carnes, vt dictum est, die Sabbathi comedebat, vbi hoc non est consuetum, poterit illis vesci?

RESPONDEO: Nequaquam, quia peccabunt mortaliter, lege c. quia dies: citatum, & c. illa. distinct. 12. qui verò veniunt de nouo ad patriam, vbi est talis consuetudo, animo totaliter habitandi, manducando illas non peccant, nisi voto, vel regulari obseruantia sint obligati. vide c. si. extra eod.

Nona diff. Illi, cui integrum est, in die ieiunij carnes comedere, erit liber omnino à ieiunio:

TRES sunt opiniones. Prima est Caiet. vbi supra. 6. Tho. att. 7. & 8. & Nap. ca. 21. supra citato, ij affirmant esse liberum à precepto ieiunij.

*Cordoua. in
 9. Hispana.*

167.

Secun

Secunda opinio est Medi. q. 5. & 12. vbi supra, qui tenet esse obligatum ad seruandum ieiunium in eo, quod potest, & in quantum potest: vnde de sententia eiusdem non est omnino à ieiunio liber, cui licet carnes manducare.

Tertia opinio est media. Victorix vbi supra S. Tho. art. 4. & Pe- draza cap. 3. sui confesionarij.

CONCLUSIO I.

Qui in diebus ieiunij iustè carnes manducare possunt, vt ab aliqua infirmitate præseruentur, & vires corporis, & salutè, quàm modò habent, non amittant, non possunt pluries comedere, vel cœnare, nisi hoc expressè illis concedatur, vel iustam ad id etiam causam habeant: hoc modo sunt aliqui Principes, & Magnates, qui cum corpore valeant, carnibus ex dispensatione vescuntur: quoniam illis piscis continuus plurimum nocet qui cœnare non possunt: & probatur conclusio regula celebri, quam affert Medina, quæ communiter approbatur, nempe, cum alicui fideli ob causam aliquam permittitur in die ieiunij ab Ecclesiastica regula in aliquo recedere, in tantum illi id permittitur, in quantum se extendit ipsius causæ indigentia.

APPEN.

Hinc si qui habeant iustam causam pluries comedendi, absque hoc, quod carnes comedant, vt laborantes, tenentur abstinere à carnibus: perinde si habeant iustam causam, & sufficientem ad comedendum carnes, & non ad pluries comedendum, abstinere tenentur à pluritate refectionum: quid? quod multoties iis priuilegiatis, multò salubrius esset, & salutis magis consentaneum, si semel tantum in die comederent, & nocte collationem facerent: & in hoc sensu est verissima Medinæ opinio.

CONCLUSIO II.

Qui ratione præsentis infirmitatis iustam habet causam vescendi carnibus, vt salutem, & vires deperditas recuperet, est omnino liber à ieiunio: & potest cœnare, & si opus fuerit pluries comedere. Ratio ex regula primæ conclusionis proximæ colligitur, quia ad hoc se extendit causæ indigentia, propter quam esus carniū fuit illi concessus.

D V B I V M I I I I.

An, qui virtute bullæ in quadragesima vescitur ouis, vel carnibus satisfaciat præcepto ieiunij seruando alias ieiunij circumstantias? Card. ubi sit.

RESPONDEO: Bulla expressè dicit comedentem oua, & lacticia satisfacere præcepto ieiunij, si alias circumstantias necessarias seruauerit: at verò de eo, qui vescitur carnibus, nihil dicit.

Hinc colligitur comedentē carnes nō satisfacere integrè præcepto ieiunij, quoad meritum, & omnimodam ieiunij obseruantiā: licet non peccet, nec teneatur illud integrè obseruare, nisi eo modo quem proxima difficultate declarauimus.

Hinc neque satisfaceret eidem præcepto comedens oua, si per bullam illi non concederetur: propter eandem rationem, qua comedens carnes non satisfacit: quoniam eodem præcepto tempore quadragesimæ carnes, & oua prohibentur: aliud namque est satisfacere præcepto, aliud excusari à culpa transgressionis necessitate, vel impossibilitate, vel ignorantia interueniente.

D V B I V M V.

Quando in iubileo ponitur ieiunium 3. dierum, poterunt habentes bullam lucrari indulgentias ieiunando cum ouis, & lacticijs sicut in quadragesima?

SVNT qui dicant ieiunandum esse, sicut ius commune præcipit.

P R O P O S I T I O.

POSSUNT lucrari, & lucrantur indulgentias, ieiunando cum ouis, & lacticijs, sicut in quadragesima habentes bullam. Ratio est: quia habens priuilegium comedendi oua, lac, & lacticia, verè ieiunat, & satisfacit præcepto Ecclesiæ de ieiunio quadragesimæ: quare eodē modo, si ieiunet, lucrabitur iubileum, cum in iubileo solū præcipiatur, absolute, quòd tribus diebus ieiunet: quod confirmatur antiquissima Ecclesiæ consuetudine, quæ nullum discrimē inter ieiunium iubilei, & quadragesimæ constituit, nisi quòd habens bullā manducat oua, & cōsequitur iubileū, & non habens bullā vescitur piscibus, & rigorosè seruat Ecclesiasticū ieiunium. Est

Est tamen diligenter notandum, aliud esse excusari à transgressione præcepti de ieiunio, & aliud consequi plenariam indulgentiam, quæ ieiunantibus conceditur: fieri enim potest, vt qui facultatem habet sumendi copiam frugum, & electuariorum excusetur, à transgressione ieiuniorum, qui tamen non consequatur indulgentiam. Ratio est: quia in communi non existimatur ieiunare.

ARTICVLVS II.

An sit de necessitate ieiunij vnica comestio?

Alex. Alen.

q. 104. m. 3. &

q. 104. S. Tho.

ar. 6. Med. q.

5. & 11. &

alij vbi supr.

SILVESTER num. 9. duas affert opiniones. Prima dicit nullo iure caueri, ne pluries in die ieiunij comedatur, & ex consequenti licere pluries comedere sine fractione ieiunij, modo ex causa rationabili, & secundum consuetudinem eorum, quibus cum viuitur, fiat. Secunda tenet geminata comestione ieiunium solui, quia Ecclesia consuetudo hoc obtinuit, vt semel tantum in die comedatur.

CONCLUSIO.

VNICA comestio est de necessitate ieiunij, & in præcepto. Probatur conclusio, non solum communi consuetudine populi Christiani, verumetiam ex eo, quod Ecclesia ieiunium indixit, tanquam à Patribus veteris testamenti acceptum, qui semel in die ieiunij comedebant, idque ad vespem: & cõfirmatur per cap. quadragesima. de consec. d. 3. vbi dies Dominici abstinentiæ subtrahuntur, quæ subtractio, cum non sit in qualitate ciborum, vt supra diximus, erit in multiplicata comestione, quæ licita est in diebus Dominicis, & ex consequenti in diebus ieiunij prohibita.

Alex. Alen.

q. 104. m. 1.

ar. 2. S. Tho.

& reliqui

vbi supra.

Alex. est.

Prima diffie. Vtrum cibi quantitate in vnica comestione ieiunium soluat.

CONCLUSIO I.

Si homo fercula multiplicat, vt detineat tempus, ne ieiunio affligatur, is decipit se ipsum, & ieiunium soluit: quia vt ex superioribus constat, hoc facit in fraudem legis ieiunij.

CONCLUSIO II.

EXCEDENS in quantitate cibi, vti que recedes ab aequalitate quan

re quantitatis determinata, non frangit ieiunium. Ratio est: quia non potuit determinari ab Ecclesia, quātam debeat sumi in communi, propter diuersitatem locorum, & varietatem complexionis hominum, & ciborum distinctionem: excessus tamen manifestus minuit frequenter meritum.

Nota tamen diligenter hanc vnitatem prandij non esse futuram physicam, sed moralem: quia non est tempus aliquod præfinitum, in quo oporteat seruare vnitatem prandij.

Hinc cum aliquis in solemnī conuiuio à principio comedit, APPEN. 1. quod sibi satis esse videbatur, quamuis multum temporis duret conuiuium, licebit postea velaria sumere.

Hinc quando aliquis coactus est surgere à mensa, in defecto prandio, licet temporis mora notabilis intercesserit, licite potest resumere, quod deerat, seruata ieiunij integritate: quemadmodum interpositio, quæ fit in mensa, vel inter fercula, non impedit ieiunij integritatem. APPEN. 2.

Alex. noster vbi supra art. 3. limitat, dummodò non surgat, à mensa, vt interim ludat, inquit, ad tale, vel vacet rebus impertinentibus: nam tunc solueret ieiunium: similiter frangeret ieiuniū, qui cum intentione non iterum comedendi, vel actis gratijs, à mensa surgeret, si rursus comederet. Limitatio.

Hinc etiam religiosi, qui tenentur, aut legere, aut ministrare in mensa, si aliquid interim præsumant excusantur: iam enim censetur prandium pro omnibus inceptum: mihi tamen magis placet huiusmodi excusari ratione laboris futuri, cui sine magno labore ieiunij non sufficient, qua ratione famuli seculares ministraturi in solemnī conuiuio, si aliquid præsumant excusari possunt: in regularibus autem prandijs famuli ea licentia vti non possunt. APPEN. 3.

Secunda diffic. An potus frangat Ecclesie ieiunium?

Doc. vbi sup.

CONCLUSIO.

NIHIL eorum, quæ per modum potus, regulariter accipi solet, violat Ecclesie ieiunium: patet ex definitione ieiunij, quod solum dicitur abstinētia cibi, & non potus: & quia vt S. Th. loco citato ait: potus magis sumitur ad alterationem corporis, & ciborum assumptorum digestionem, quàm ad nutritionem: licet E E aliquo

aliquo modo nutriat: quare licebit sapiùs bibere vinum, aut aquã inter vescendum, & mane, & vespere, quanuis ad sustentandum se, & famem sedandam, bibatur: quicquid alij sine rex. & ratione ad id idonea, vt Nau. scribit, dicant: esto, venialiter peccaret, qui cœpta, & nondum finita digestionem, biberet: non quod ieiunium frangat, sed quia meritum ieiunij perdit: sicut qui immoderatè in vna comestione cibum assumit: agit enim actum inordinatum, nisi iusta causa scilicet, charitatis, pacis, societatis, sitis, aut alia similis actum reformet.

Notanter dicitur in conclusione, regulariter accipi solent: quoniam sunt quædam condimenta sordida, quibus potiùs, tanquam cibus, quàm per modum potus, vtimur, & horum haustus proculdubio non est licitus: nam solueret ieiunium: vt si quis sorbere vellet ius, amilium, &c.

APPEN. I. Hinc ad videndum, an Ecclesiæ ieiunium solvatur, non est aspiciendum, an id confortet, aut nutriat: sed actum, sit ne comestio, an non.

APPEN. II. Hinc intulit S. Tho. in 4. vbi suprã, quod licet odor confortet, & etiam nutriat, quæ fuit quorundam medicorum opinio, neque soluit ieiunium Ecclesiæ, neque naturæ, vt sic etiam confortatus possit accedere ad altare.

Dec. vbi sup. *Tertia diffic. An vsus comestibilium per modum medicinae frangat Ecclesiæ ieiunium?*

CONCLUSIO.

EA, quæ per modum medicinæ tradi solent, quanquam sæpè accipiantur, Ecclesiæ ieiunium minimè solvunt. hæc conclusio intelligitur non solum de syrappis, & pharmachis, verum etiam de quibuscunque alijs condimentis, & electuarijs, quæ verè per modum medicinæ assumuntur: omnium enim, vna est ratio: nam licet hæc palatum alliciant, & nutriant, præcipuus tamen vsus eorum non est ad nutriendum institutus, sed ad subueniendum alicui incommodo.

Est autem in ijs omnibus tanquam certum statuendum, quod exigua quantitas, quæ pro nihilo reputatur, etiam absque necessitate sumpta non violat ieiunium.

Hinc

Hinc predicatorum, lectores, imo etiam cantores insignes, pro conferuanda voce, aut gutture purificando; si aliquid mane accipiant, fraude cessante, non violant ieiunij præceptum. Ratio est: quoniam præterquam quòd illud est conueniens statui illorum, per modum medicinæ assumunt.

Hinc si quis oris grauiolentiam labore ieiunus, & oportet eum cum primatibus negotia gerere, absque scrupulo potest aliquid præsumere: nam huiusmodi intra latitudinē medicinæ computantur.

Hinc non frangunt ieiunium Ecclesiæ, qui faciunt credentiam, & prægustant cibos dominorum suorum, vel infirmorum, quibus inferuiunt: etiam mane, & etiam si cibi sint carnes vel oua, & in quadragesima. Ratio est: quia hæc non in cibum sumunt, sed ut debito officio suis dominis seruiant: hoc enim eorum statui competit.

Quarta diffi. An per vespertinam collationem Ecclesiæ ieiunium frangatur?

Doct. loco citato.

CONCLUSIO.

VESPERTINA collatio non frangit Ecclesiæ ieiunium, & integrum est illam sumere eo modo, quo Ecclesia permittit, quanuis nulla sit necessitas: itaque licet aliquis secundum legem naturæ sub nocte deberet abstinere à cibo, & potu, si collationem faciat, solito more, non violat Ecclesiæ ieiunium: nam siue per modum generalis dispensationis, siue interpretationis, ab vniuersali Ecclesiâ, videntibus, & probantibus prælatis, hæc consuetudo iam recepta est.

Hinc non oportet omnino habere, aut intentionem sumendi per modum medicinæ, ne noceat potus: aut etiam quod non nutriatur corpus, sed satis est velle assumere id, quod tradit Ecclesia.

Nota diligenter duo esse hic cauenda. Primum, circa qualitatem, ne illa sumantur, quæ per se ad nutriendum ordinantur: quales cibi sunt pisces, oua, &c. nam in iis, quonquam similis quantitas non violaret ieiunium, ratione tamen qualitatis, violaret. Secundum est cauendum, ne sit tanta quantitas, qua corpus sufficienter possit reficere: nam id in fraudem ieiunij assumeretur, & proculdubio esset mortale peccatum.

Animaduerte etiam non esse doctrinae communis praefigere iis mensuram, sed prudentiae timorata, particularium: hoc tamen certissimum omnibus esse debet, quantitatem, scilicet, futuram esse exiguam, & nihil referre vnius, aut plurium esse specierum: neque est habendus scrupulus, si panis buccella interponatur.

D V B I V M I.

In vigilia Natiuitatis Domini potest fieri collatio sine violatione ieiunij cum quacunque quantitate fructuum?

QUIDAM Doctor tenet posse tali die collationem fieri cum quantacunque quantitate fructuum. Et ratio illius est, quia iam consuetudine receptum, & Praelati non solum vident, & consentiunt, verum etiam talem collationem faciunt.

Nau. oppositum tenet ca. 21. in Manuali, vbi dicit, peccare mortaliter huiusmodi homines: nam ita scribit: Idem videtur de illo qui, facta meridie caena, sub noctem symbolo, seu collatione notabiliter immoderate vtitur (quod frequenter fit in vigilia natalis Dñi, praesertim in Lusitania, vbi multa ex saccharo confecta, & condita propinantur, quo reuera fraudatur ieiunium) & admittit veram cenam nomine collationis tectam, seu palliatam. arg. ca. 2. iuncta gl. de consue. li. 6. haec Naua. & vide quae immediate praecedunt, vbi dicit, peccare mortaliter, qui surgens a mensa cum voluntate amplius non comedendi, iterum redit, & comedit: & consuetudo, quam autor contrariae sententiae allegat, non est mos populi Dei, vt dicit B. August. supra citatus, sed est mos populi cuius deus venter est, contra regulam Ecclesiasticam inductus, irrationalis, vitiosus, & a vitiosis, & gulosis inductus: & est potius corruptela, quam consuetudo: & haec, stante eadem legis ratione, iuri positiuo, prauiudicare haud potest. vide cap. ex parte, & cap. cum quanto extra de consuet.

D V B I V M I I.

Qui semel collationem fecit, & rogatus ab amico iterum facit collationem, frangit ne ieiunium?

IDEM Doctor cum alio doctissimo viro perpetuae memoriae digno opinatur, quod si hoc facit ad libitum sine aliqua occasione peccabit

peccabit venialiter, at verò ieiunij præceptum non violabit. Et ratio illius est: quia semel tantum in die comedit, cæterum si rogatus ab amico sumit iterum buccellam panis ad bibendum, ratione amicitia, non erit peccatum: hæc ille.

Ego verò, vt suprà de alia opinione non auderem hoc consule-
re, nec publicè docere, & multò minus Hispano sermone prælo
tradere. nam si nõ licet immoderata collationem facere, vt mo-
dò diximus, & quantitas collationis debet esse parua, & exigua,
quomodo licebit pluries collationem facere? vnde ex multis col-
lationibus immoderata quantitas sumetur: tum si sumatur, ali-
quid, & non ratione medicina, frangit ieiunium, cur iste qui to-
ties collationem facit, non franget: præterea neque ratione amici-
tia hoc licet: quoniam Ecclesia Christi IESU sponsa, cuius amici-
tia est nobis ad salutem pernecessaria, præcipit, vt semel tan-
tum comedamus, & vt semel collationem faciamus permittit:
quamobrem magis Ecclesia præcepto, & amicitia parendum est,
quàm cuiusuis hominis amicitia obsequendum: quid? quòd da-
retur occasio gulosis, vt passim ad collationem se inuitarent, &
periculo frangendi ieiunium se exponerent: tandem quia satis
amicitia lex tunc seruaretur, si rogatus ab amico solum biberet, &
non comederet; quoniam potu ieiunium non frangitur: & circum-
stantes, visa ieiunij obseruantia, edificarentur.

*Quinta diffc. Integrum ne erit hora prandij consueta collationem
sumere, & prandium in vesperam differre?*

CONCLUSIO.

EST quidem integrum. hanc conclusionem mihi persuadeo:
quoniam isto modo seruantur omnes illa conclusiones, quæ
ad ieiunium, & ad vnitatem prandij sunt necessaria: imò iste mo-
dus ieiunandi, secundum se cõuenientior est ad corporis afflictio-
nem, quàm is alicui particulari fortè sit minus molestus.
Nota non licere summo mane ientaculum sumere, & pran-
dium referre in noctem: propterea quòd isto modo plurimum
labori ieiunij detraheretur. Cæterum si ad commoditatem itine-
ris faciendi, aut gerendi negotij, illud fuerit necessarium, poterit
illud sine scrupulo fieri.

Qui mane comedit die ieiunij, tenetur illo die ieiunare?

PROPOSITIO I.

QVI ignoranter comedit, & inaduertenter, tali ignorantia, & inaduertentia, quæ à violando ieiunio excusat, tenetur illo die ieiunare. Et ratio est: quia non obstante tali esu, perinde poterat ieiunare, & hora consueta vesci, ac si nihil comedisset. Naua. vbi suprâ.

PROPOSITIO II.

SI talis ignorantia aut inaduertentia non excusaret, non teneretur, mane ita comedens, ieiunare. Et ratio est: quia iam fractum ieiunium recuperare non potest illo die, & alio non tenetur: quemadmodum, qui omittit vno die preces horarias, non tenetur altera die recitare, vt ex superioribus constat.

*Medi. & alij
vbi suprâ.*

*Sexta diff. An qui pluries in die ieiunij comedunt, toties
peccent, quoties vltra semel comedunt?*

ET intelligitur titulus de refectionibus alijs à prima, quarum, quælibet per se sufficeret ad frangendum ieiunium.

DVÆ sunt opiniones. Prima dicit, quod toties homo peccat quoties vltra semel comedit. Secūda opinio tenet quod non peccatur contra præceptum de ieiunando, nisi per secundam comestionem, & non per alias subsequentes: dicitur contra præceptū de ieiunando, quia & per primam, & per alias refectiones subsequentes potest homo per intemperantiam, vt patet, peccare.

CONCLUSIO.

IN casu posito solū per secundam comestionem, & non per alias subsequentes contra præceptum ieiunij peccatur. Patet primò: quia sola secunda resectio est, quæ ieiuniū frangit, non tertia, nec aliæ subsequentes: nam quando istæ sumuntur, iam ieiunium erat per secundam refectionem fractum. Secūdò, quia si detur homini præceptum de non transgrediendo aliquem limitem signatum, & transgrediatur, non solū vno, sed multis passibus, vltra limitem progrediendo, talis non peccat quoties passum passui addit vltra limitem præscriptum, sed in primo passu, quo limitem transsit,

transit, peccat: ergo similiter in proposito peccabit, quamprimum, ultra limitem vnus refectiois comedet, qui fuit præfixus, & non toties, quoties vltra comederit. & intentionem Ecclesiæ non tendere nisi in refectioem solam, qua ieiunium frangitur, piè credendum est: non enim sunt iura amarè interpretanda, nec pœnalia sunt amplianda, sed restringenda.

D V B I V M I I I I.

Cur igitur, quoties caro in die ieiunij comeditur, peccatur, & non quoties pisces comeduntur?

RESPONDEO: In præcepto ieiunij duo includuntur. Primum est simpliciter negatiuum, scilicet, abstinentia à certo genere ciborum, vt pote, carniū: & quoties hæc violatur distinctis actibus, toties committitur nouum peccatum mortale: vt qui pluries in die comedit carnes. Secundum de vnitæte prandij est quidem negatiuum, non simpliciter, sed in ordine ad integritatem Ecclesiastici ieiunij, qua sublata, nõ erit postea nouum peccatum, vt si pluries comedat: quemadmodum præceptum de castitate seruanda est simpliciter negatiuum, præceptum verò de virginitate est quidem negatiuum, sed in ordine ad integritatem carnis tuèdam, qua semel sublata, non est postea speciale peccatum.

ARTICVLVS I I I.

Vtrum debeat esse determinata hora comedendi in die ieiunij.

CONCLUSIO.

CONVENIENTISSIME fuit in ieiunio hora determinata. Ratio est: quia, vt sunt determinatæ horæ horis Canonis ita & ieiunio: debet enim esse conformitas in rebus ad diuinum cultum pertinentibus: nam si vnusquisque horam sibi determinaret, esset profecto confusio, & deformitas maxima, quæ ieiunij honestatem maximè dîminueret.

Alex. q. 107.

S. Tho. art. 7.

Medi. q. 6. c. 2.

reliqui vbi

suprà.

Alex. m. 1.

EE 4 Prima.

Alex. Alen.
m. 2. & S.
Tho. & reli.
qui vbi supr.

Prima diff. *Utrum hora nona conuenienter ieiunantibus assignetur?*

Eusebio.
Basil.
Ambro.
August.

PRIMVM nota, in principio nascentis Ecclesiæ ieiunium vsque ad solis occasum tendebatur. Et ratio est quia vt supra diximus Apostoli formam ieiunandi acceperunt ab antiquis patribus, quibus præceptum erat vsque ad vesperam ieiunium seruare: & ita discipuli Apostolorum per multa tempora seruauerunt: lege Eusebium lib. 2. histor. Eccles. c. 17. & Basil. sermo. 1. de ieiunio, & D. Ambro. serm. 33. & B. August. epist. 86.

Secundò nota diem ieiunij computari à media nocte priori in mediam noctem sequentem: communi sententia, probatur iuxta definitionem. l. more Romano. ff. de feriis.

Tertiò nota horas numerandas esse non secundum modum occidentalium, sed Palestinorum, qui computabant diem artificialem ab ortu solis: & ideo in horas inæquales distribuebatur in æstiuales, & hiemales.

CONCLUSIO I.

MAGIS congrua fuit hora nona ieiunio determinata. Probatum cum Alex. nostro, & cum S. Th. loco citato: quia ieiunium est institutum ad carnis afflictionem pro satisfactione culpæ: & cum homines communiter hora sexta tunc manducarent, erat tempus protrahendum vsque ad horam nonam, vel circa illam, vt maiore afflictionem ieiunantes sentirent: tum etiã vt Christi Domini passioni conformaremur, qui vsque ad horam nonam, qñ inclinato capite emisit spiritum, fuit afflictus: nam qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis: atque ita hora nona debuit cessare ieiunij afflictio. & fuit confirmata hæc hora. c. solent. de cons. d. 1. vbi dicitur: non ante soluendum esse ieiunium, quàm horæ vespertinæ essent celebratæ, & tunc hora tertia post meridiem quæ erat nona ab ortu solis, soluebatur.

Ad Gala. c. 5.

APPEN.

Ioan. 4.

Hinc displicet sententia Siluest. vbi supra. num. 11. dicentis: horam sextam finiri in puncto meridiei, & ibi incipere horam nonam: legitimus enim in Euangelio Ioan. 4. horam septimam: nam in ea reliquit febris Reguli filium.

CONCLUSIO II.

MODò apud nos sine scrupulo hora vndecima possumus prandere. Probatum: quia Romæ, & ferè vbiq; non solù apud seculares, verum

res, verum & apud aliquos religiosos obseruatur: nam cum hac materia sit iuris positui, sicut vntium consensu firmatur, ita contraria consuetudine infirmatur, & tollitur: vnde efficitur vt quod prius erat ius, non sit amplius de iuris necessitate: & quod prius, nefas erat, postmodum licitum reddatur.

Hinc, qui horam absque vlla causa notabiliter, praeueniret, vt si APPEN. 1.
hora octaua, aut nona pranderet, ieiunium violaret, & mortaliter peccaret. Ratio est: quia eadem consuetudo, tanquam necessarium ad integritatem ieiunij tradidit: vt hora debita seruetur.

Hinc, iusta causa interueniente, vt pote, necessitate urgente, po- APPEN. 2.
terit absque periculo hora praeueniri, exempli gratia, quia, si ea hora non comeditur, vel non suppetet prandium, vel non erit aptus locus ad prandendum, vel perdetur itineris, vel societatis commoditas, vel propter aliam iustam causam, similiter quando pra debilitate stomachi graue reputatur expectare horam, posset tunc hora aliquantulum praeueniri.

Hinc ex sententia nostri Alex. loco citato. m. 3. si religiosi sur- APPEN. 3.
gerent multo mane, & fatigarentur, possent ex dispensatione ordinis horam communem anticipare: & ratio quoque harum appendicum communis dari haec potest, scilicet, quod ex tribus, quae ad ieiunium exiguntur, inter caetera, hora determinatio est minus principalis, & ita, necessitate interueniente, vt dictum est, poterit absque periculo hora praeueniri.

D V B I V M I.

Verum frangant ieiunium qui ante dictas vespervas in quadragesima, vel in aliis diebus ieiunij, ante recitam nonam, comedunt?

Nau. vbi su.
& alij ante illum.

P R O P O S I T I O.

NON frangunt ieiunium, quanuis officiis diurnis addicti, id sine iusta causa, facere non debent, vt in c. solent. de consecr. dist. 1. insinuat: neque ad dicendam nonam, vel vespervas tunc lege aliqua scripta, vel consuetudine obligantur singuli, qui ad horas Canonicas tenentur.

Med. ubi su. *Secunda diffi. An sit refectio differenda in die ieiunij, quonsque homo per esuriam aut natura defectum, affligatur?*

CONCLUSIO.

NON est hora ob talem causam, sed quando venit hora est refectio sumēda, etiam si homo non esuriat. Ratio est: quia hoc modo meliūs, & commodiūs parsimonia victus seruatur, quā refectioem vsque ad esuriam differendo: quoniam in magna esurie auidiūs, ac minus temperatē refectio sumitur, hoc est cōsiliū Casiani. Secūddō, quia tunc nullus ordo temporis seruaretur: quoniam iuxta diuersam hominum complexionem, & naturalis caloris dissimilem actionem, alij aliis tardiūs fame affliguntur, & quidam totam diem sine esurie transigunt, atq; ita isti tenerentur illa die nihil comedere, quod est manifestē falsum. Et vltimō, quia tria, quę diximus esse de integritate ieiunij: abstinentia à cibis: vnica refectio: & quod, hora comestionis nō præueniatur, notabiliter possunt seruari, vt constat, sine esurie, & naturæ defectu.

Regula notanda.

Est regula sequens ad totam hanc materiam de ieiunio diligentissimē notanda: quemadmodum in alijs diuinis præceptis, etiam si aliquid videatur præter legem, aut contrarium illi, non subinde incurritur reatus mortalis culpæ, sed quando lex frangitur contra ipsius intentionem: ita præcepto ieiunij accidit, quod mitiūs interpretandum est: propterea quòd, licet sit aliquando excessus aliquis in collationibus, aut defectus circa tempus definitum, non semper est mortale peccatum: hoc præsertim dico pro timoratis conscientijs eorum, qui firmiter decreuerunt seruare leges. Diuinas, & Ecclesiasticas: hi quando ratione aliqua probabili ducuntur, vt aliquid remittant de ieiunio non peccant mortaliter, licet aliquando venialiter decipiantur.

FLORES

TRACTATVS DE ELEEMOSYNA.

HACTENVS de duobus partib. satisfactionis, restat vt de tertia, quæ est eleemosyna disseramus: & pro totius tractatus

Ætatis maiori intelligentia legendi sunt Doct. sancti, quos infra citabimus, & Scolastici Doctores dist. 15. & 16. & S. Thom. in eadem dist. & in 2. 2. q. 32. & etiam dist. 45. vbi agit. de suffragijs, & in Decreto. dist. 45. cap. & qui, & sequentibus. & dist. 86. cap. non satis. & d. 3. de pœnitentia. & D. Aug. in Inchiridio à cap. 70. vsque ad c. 76. & Summistæ omnes verbo eleemosyna. Med. C. de eleemosyna. tract. 5. Naua. in Manua. cap. 24.

S. Thom.

August.

In hac materia methodum, quæ in alijs seruata est, sequemur.

QVÆSTIO I.

Quid, & quotuplex est eleemosyna?

PROPONENDÆ primùm sunt duæ propositiones, quibus duæ diuisiones continentur.

PROPOSITIO I.

ELEEMOSYNA vel sumitur primò pro re spiritali, siue temporali, qua alicui necessitati, & miserix subuenitur: siue pro obiecto, vel re tradita, vt Syluest. docet, nempe, pro vestimento, cibo, &c. vt in cap. tria. & in cap. duæ 45. dist. & Matth. 6. Cùm facis eleemosynam, &c. & Luca 11. Date eleemosynam, &c. vel secundo accipitur pro actu virtutis, quo fit illa subuentio. vt S. Thom. vbi suprâ, & D. Bona. docent. hoc secundo modo sumpta eleemosyna. subdiuiditur sequenti modo.

PROPOSITIO II.

D. Bona. art. 2. q. 4. dist. 15. 4. dicit eleemosynam tribus modis sumi: primò propriè, & dicitur opus pietatis impensum proximo ad releuandam eius indigentiam corporalem: secundo sumitur communiter, quale est omne opus pietatis proximo impensum, siue corporale, siue spirituale: tertio accipitur communissimè pro omni opere misericordix, siue proximo, siue sibi impenso, dicente D. Aug. Eleemosyna hominis debet incipere à semetipso: iuxta illud Eccles. 30. Miserere animæ tuæ, placens Deo. hac diuisione posita, respondetur primæ parti tituli quæstioni sequenti conclusione.

CONCLUSIO I.

ELEEMOSYNA est opus, siue largitio rei necessariæ, facta indigenti

Alex. Alen.

q. 105. m. 1.

art. 1. S. The.

art. 1. & 2.

Ric. ar. 2. q. 1.

Med. q. 1. Sib.

uest. nu. 1. vbi

suprà.

Matth. 6.

Luc. 11.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

APPEN.

digenti propter Deum, ex compassione, hæc est definitio elemosynæ, quam tradit noster Alex. quam etiam amplexi sunt S. Tho. & reliqui: in hac definitione insinuaturs causa efficiens, operans, cum dicitur opus, nam opus ab operante efficitur, & materia ex qua, cum dicitur rei: & materia circa quam cum apponitur indigentis: & causa motiua, ubi dicitur ex compassione: & formalis, cum dicitur necessaria: & finalis, voce propter Deum, qua etiam voce colligitur hanc definitionem non competere cuicumque elemosynæ, sed perfectæ duntaxat, quæ meritoria est apud Deum. ex hac definitione colligit Medina sequentes appendices.

APPEN. 1. Hinc non erit propriè elemosyna id, quod Clericis pro celebratione Missæ, vel pro sepultura, atque alijs officijs exercendis, exhibetur. Et ratio est quia, omnium ministrorū Ecclesiæ, indigentia seclusa, debetur eis propter huiusmodi officia, siue ministeria stipendium suum ut patet Luc. cap. 10. Dignus est operarius cibo suo & Paul. 1. Cor. 9. Neque enim alligandū est os boui trituranti.

APPEN. 2. Hinc clerici, licet sufficiens patrimonium habeant, non tenentur gratis Ecclesiæ ministrare, & possunt completo ministerio iudicis officium implorando, & actione utendo, quam habent contra eos, ad quorum instantiam officium fecere, iura eis debita exigere.

APPEN. 3. Hinc beneficiati, Ecclesiæ ministrantes, dominium acquirunt fructuum, & oblationum, aliarumque rerum, quas ob præfatum ministerium accipiunt.

In explicatione generis, & differentie huius definitionis, non est, quod immoremur, sed secundam partem tituli quæstionis declaremus.

CONCLUSIO III.

ELEMOSYNA est vel corporalis, vel spiritualis: & utraque in alias septem diuiditur. Prima pars probatur ex definitione posita: nam cum elemosyna fiat ad releuandum hominis indigentiam, & miseriam, & indigentia sit duplex, vna corporalis, alia spiritualis: duplex quoque erit elemosyna, vna corporalis, alia spiritualis. Probatur secunda pars conclusionis, nempe, esse septem elemosynas spirituales, & totidem corporales: nam, cum elemosyna sit opus misericordie, quæ respicit miseriam, ut illam releuet, & sint septem numero miseriarum corporales, erunt elemosynarum septem

septem, & omnes sequentibus versibus comprehenduntur, quos Alex. noster, & S. Tho. ar. 2. & alij afferunt.

Corporales. Visito, potio, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Spirituales. Confule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Miserarium autem, tam corporaliū, quàm spiritualium numerum mirabiliter, vt solent colligunt, Alex. & S. Tho. vbi supra, & cum ista omnibus sint satis peruia, & perspicua, non opus est, in iis diutius immorari: & nota omnes alias miseras, & defectus, ratione quorum miserendum est, ad dictas septem miseras reuocati, tanquam ad ea, quæ frequentiora, & communiora sunt.

Prima diffi. Cuius virtutis eleemosyna est actus?

CONCLUSIO.

EST actus, siue opus misericordiae. Et ratio est: quia misericordia est virtus moralis inclinans ad miserendum ordinatè patientis aliquod malum, vel defectum, & ei subueniendum, & eleemosyna talis est, vt ex diffinitione posita constat: quod etiam ex nominis ethimologia confirmatur: nam verbum eleemosyna idem sonat quod miseratio, vt enim miseratio latinè à verbo miserereor deducitur: ita etiã Gracè eleemosyna, idest, eleemosyna à verbo Græco eleos, idest, miserereor deriuatur.

Secunda diffi. Potest ne esse aliarum quoque virtutum actus?

CONCLUSIO.

POTE ST quoque esse aliarum virtutum actus. Ratio est: nam vt dictum est de oratione, & de ieiunio, quæ secundum diuersas considerationes diuersis virtutibus adscribuntur: ita Theologadum est de eleemosyna: nam, vt misericordia est effectus charitatis, & eleemosyna, mediante misericordia, effectus charitatis est: dicitur quoque actus iustitiæ, quatenus misereri ad puniendum ordinatè, ad iustitiam pertinet: & quatenus per ipsam subuenitur in extrema necessitate existenti, actus iustitiæ legalis est. lege cap. omnis, & ca. qui emēdat. 45. dist. est etiam actus virtutis pœnitentiæ: nam est pars satisfactionis, quatenus per illam satisfacimus pro peccatis, &c.

*Alc. m. 1. art.
3. reliqui vbi
sup 2*

Tertia

*Tertia diffi. Est eleemosyna spiritualis præstantior,
quam corporalis?*

*S. Tho. art. 3.
Ric. 9. 1. &
reliqui ubi
suprà.*

CONCLUSIO I.

SI eleemosyna simpliciter consideretur, eleemosyna spiritualis potior est corporali: ratio sumitur ex parte finis, ad quem ordinatur: quoniam spiritualis ordinatur ad salutem animæ, quæ est multò præstantior corpore, ad cuius salutem corporalis eleemosyna refertur: & actus, siue effectus spirituales sunt multò præstantiores corporalibus, qui sunt quodammodo seruiles: & confirmatur autoritate D. Aug. & habetur, ca. duæ. 45. dist.

August.

CONCLUSIO II.

SI secundum aliquem particularem casum comparentur, quædam eleemosyna corporalis erit spirituali anteponenda. Ratio est: quia magis est iam morienti subueniendum, quam docendum, & egenti, ut inquit Arist. 3. lib. Topico. cap. 2. Melius est ditari, quam philosophari, licet philosophari sit simpliciter melius: etiam melior est continentia, quam vxori cõmisceri, & tamen, vxore petente, continentia est dimittenda, & vxori satisfaciendum. Præterea vita cõtèplatiua melior est, quàm actiua, dicente Christo IESU, Maria optimam partem elegit: & tamen, si necessitas postulauerit, relicta cõtèplatiua vita, actiua est exercenda. Similiter iudicandum est de eleemosyna corporali. Et ratio est: quia quæ sunt de consilio, prætermittenda sunt: præterea, quæ sunt de præcepto, quando non possunt se simul compati: siquidem consilia intelliguntur, saluis præceptis, etiam si alioquin consilia sint de meliori bono, & quando necessitas exigit minus bonum exerceri debet: nam, quod tunc prætermittitur, non est bonum, sed illicitum.

Lucæ 10.

QVÆSTIO III.

De vtilitate, & efficacia eleemosynæ?

*Alex. 9. 114.
S. Tho. art. 4.
Ricard. 9. 3.
Medi. 9. 2. &
reliqui ubi
suprà.*

AD publicas conciones habendas, & populum excitandũ, ut largas eleemosynas pauperibus largiatur, præter Doctores scholasticos citatos, lege sanctos Patres, qui de dignitate, vtilitate, necessitate & efficacia, de laudibus eleemosynæ mirabilia memoria tra-

ria tra-

ria tradiderunt. Præsertim sequentes D. Basilium in Homilijs de diuine epulone, Chrysoft. super Matth. cap. 25. Vbi Christus numerat opera misericordiæ: & Homilia 21. & Homilia 32. & sequentibus ad populum Antiochenum. Cyprian. sermo. 1. & in lib. contra Iudæos colligit fermè omnia loca sacra Scripturæ, vbi agitur de laudibus, & vtilitate eleemosynæ. & Ambr. sermo. 30. & 31. & alios Patres.

Basil. 1071

Chrysoft.

Matth. 25.

Cyprian.

Cyprian.

Ambr.

Prima diffio. An eleemosyna sit vtilis?

CONCLUSIO.

Alex. 6. v2
liqui vbi sup

INNUMERABILES ferè sunt eleemosynæ fructus, & vtilitates. hæc conclusio, enumeratis aliquot vtilitatibus, patebit. Primò temporaliter vitam conseruant, quæ omnibus est in votis. Psal. 40. Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, &c. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, &c. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. Secundò auget temporalia, quæ nemo spernit, non attendens cælestia. Prouerb. 11. Alij diuidunt propria, & ditiores sunt, alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Tertio liberat à culpa. Luc. cap. 11. Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quarto liberat à culpa contra diabolum defendit. Eccles. 29. Eleemosyna super scutum potètis, & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Quintò protegit à peccato. Eccles. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Sextò, illuminat intellectum, & sanat affectum. Isai. 58. Frange esurienti panem tuum, &c. tunc erumpet quasi mane lumen tuum. ecce illuminatio intellectus, & sanitas, tua citiùs orietur. en tibi sanationem affectus. Septimò, gratiam cōseruat. Eccles. 29. Eleemosyna viri, quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis, quasi pupillam conseruabit. Octauo, liberat à morte. Tob. 4. Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras. Nono, perducit ad gloriã. Matth. c. 25. Venite benedicti, &c. esuriui, &c. & Isaiæ 59. Frange esurienti &c. & gloria Domini colliget hæc. Et alia multa effecta, quæ ex sacris literis poteris facillè colligere, producit eleemosyna, si fiat cum debitis circumstantijs in charitate: est quoque vtilis nō solum hic, verum

Psal. 40.

Prouerb. 11

Luc. 11.

Eccles. 29.

Eccles. 3.

Isai. 58.

Eccles. 29.

Tob. 4.

Matth. 25.

Isai. 59.

41. d. cap. 1. per

symoniam.

& in

1. Tim. 4.
Eccli. 20.

& in futuro 1. ad Tim. 4. Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ, & Eccli. 20. Est datum cuius retributio duplex: hæc, scilicet, & in futuro.

Secunda diffi. Est ne utilis existenti in mortali, & mortuis, qui sunt in purgatorio, & damnatis?

PROPOSITIO.

Lege 13. q. 2.
cap. nõ existi-
memus, & c.
anima, & c.
tẽpus, & 24.
q. 2. c. sand.

OMNINO idem dicendum est, quod de orationis utilitate, & efficacia circa eisdem supra scripsimus: relege illa, & statim omnia habebis ad manum.

Tertia diffi. Eleemosyna est ne efficax ad comparandum gratia, & gloria augmentum?

CONCLUSIO.

Doc. ubi sup.

Matth. 25.

Matth. 10.

Tob. cap. 4.

Alex. ubi su.
m. 5. art. 1.

EST quidem maximæ efficacix ad cumulum gratiæ, & gloriae augendum, si cum debitis circumstantiis fiat: est namque opus virtutis debitis circumstantiis munitum cui debetur præmium: & Christus Redemptor noster, Matth. 25. promittit regnum cælorum impendentibus sibi prædicta misericordiæ opera: sibi, inquam, id est, suis pauperibus: sic enim ibidem Dominus dixit: Quod vni ex minimis his fecistis, mihi fecistis, & Matth. 10. Quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis non perdet mercedem suam. lege cap. 4. Tob.

Quarta diffi. Quæ nam sunt circumstantiæ, quæ ad prædictum effectum desiderantur?

CONCLUSIO.

Paul. 1. Cor.
13.

SEQVENTES circumstantiæ præcipuè desiderantur, scilicet, ut in charitate, & continuè, & occultè, & discretè, & suaviter, & velociter, atque etiã abundanter fiat: probatis singulis circumstantiis, clara erit conclusio. Primam circumstantiam, nempe, ut fiat in charitate probat B. Paul. 1. ad Corinth. 13. Si distribuero, in cibos pauperum, omnes facultates meas, charitatem autem non habuero

habuero, nihil mihi prodest. Secunda, scilicet continuè, probatur. Eccles. 11. Mitte panem super transeuntes aquas, & postea semina *Eccles. 11.* semen tuum, & vespere ne cesset manus tua. & Prouer. 21. Qui iu- *Prouerb. 21.* stus est, retribuet, & non cessabit. Tertia occultè, hæc constat Pro- *Prouerb. 21.* uerb. 21. Munus absconditū extinguit iras, & donum in sinu indi- *Eccles. 29.* gnationem maximam, & Eccles. 29. Conclude eleemosynam in *Matth. 6.* sinu pauperis. Et Matth. 6. Cum facis eleemosynam, noli tuba ca- *Eccle. cap. 12.* nere ante te, &c. vi sit eleemosyna tua in abscondito, &c. Quarta *Eccles. 18.* discretè, hæc colligitur ex cap. 12. Eccles. Si bene feceris, scito cui *Rom. 12.* feceris, &c. bene fac humili, & non dederis impio, &c. Quinta est *2. Ad Cor. 9.* suauiter, hæc quoque elicitur ex cap. 18. Eccles. Fili in bonis nō des- *Eccles. 4.* querelam, & in omni dato non des tristitiam verbi mali, & cap. 4. *Prouerb. 3.* declina pauperi sine tristitia aurem tuam. & ad Rom. 12. Qui mi- *Tob. 4.* seretur, in hilaritate. & 2. ad Cor. 9. Hilarem enim datorem diligit *Eccles. 4.* Deus. Sexta est velociter, quam etiam sacra Scriptura docet. Ec- *Prouerb. 3.* cle. 4. Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, &c. & sequitur, *Tob. 4.* Cor inopis, ne affigeris, & non protrahas datum angustianti. & *Eccles. 4.* Prou. 3. Non dicas amico, vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cum *Prouerb. 3.* statim possis dare: vnde qui cito dat, bis dicitur dare. Vltima cir- *Tob. 4.* cunstancia est abundanter, iuxta possibilitatem. & constat Tob. *Eccles. 4.* cap. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fue- *Prouerb. 3.* rit, etiam exiguum libenter impartiri stude: propter hanc vltimam *Tob. 4.* circunstantiam, erit sequens difficultas declaranda, quæ ex ijs, quæ *Eccles. 4.* infra dicentur latius patebit.

Quinta diffic. Est ne eleemosyna abundanter facienda?

S. Th. ar. vlt. ubi supra.

EX parte dantis, & ex parte recipientis est eleemosyna confide-
randa.

CONCLUSIO I.

ELEEMOSYNA abundanter iuxta proportionem facultatis
ipfius dantis est faciendâ, & est laude digna. patet ex Tob. cap. 4. *Tob. cap. 4.*
modo citato. & Luc. cap. 21. vbi laudauit Christus Iesus vidua *Luc. 21.*
eleemosynam, quæ ex eo, quod deerat illi, omnem victum, quem
habuit, misit in gazophylarium.

Sunt tamen obseruanda, quæ infra dicentur de eleemosyna faci-
enda ex necessarijs.

F. r. q. f. 4.

FF

CON

CONCLUSIO I.

DARE eleemosynam indigenti abundanter ad superfluitatem vt sit diues, malum & peccatum est. Ratio est: quia finis eleemosynæ tunc est indebitus: finis enim proprius, & debitus eleemosynæ est subuentio, non superfluitas: & cuius rei finis malus est, res quoque ipsa mala est.

APPEN. I. Hinc si detur indigenti talis eleemosyna, vt ex superfluis eleemosynam alijs tribuat, & vt sit eorū, quæ supersunt fidelis dispensator, non erit talis eleemosyna vitio danda: quemadmodum multa Ecclesijs hoc modo abundantissimè legata sunt: melius tamen multò esset pluribus indigentibus subuenire: iuxta gloss. 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum, &c. quod experientia in ecclesiarum diuitijs satis, superque confirmat.

APPEN. 2. Hinc si detur siue consanguineo, siue alteri abundanter, solum ex liberalitate, nec erit vituperabile, neque peccatum, dummodò fiat hoc sine scâdalo: hoc dixerim propter Episcopos, & clericos.

Sexta diffi. An eleemosyna parua cum magna charitate sit magis meritoria, quàm eleemosyna magna cum minore charitate?

CONCLUSIO II.

CÆTERIS paribus, maior eleemosyna est magis meritoria. Ratio est: quia, vt, qui infert maius incommodum proximo, cæteris paribus, magis peccat, ita à contrario sensu, qui maiorem confert eleemosynam, magis meretur. Secundo quoniam qui habet melius obiectum, cæteris paribus, melius operatur, & qui magis dat, habet melius obiectum: & tandem quia maior eleemosyna, cæteris paribus, est magis pœnalis, & ex consequenti magis meritoria.

CONCLUSIO III.

COMPARANDO istam maiorem quantitatem non secundū se, sed per comparationem ad dantem v. g. si dat diues multū auri in eleemosynam, alius verò pauper dimidiam partē dat, tunc pauperis eleemosyna melior est. Patet à contrario: quia furari à rege 10. talenta, non est maius peccatū, quam furari à plebeio 5. talenta: & confirmatur Luc. 21. Vidua hæc pauper, dixit IESVS, plus quam

quàm omnes misit: nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo, quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit.

C O N C L U S I O I I I .
 Si sit excessus in charitate, meritum est maius, etiam si datum sit minus. Ratio est: quia charitas est radix meriti, & magis debemus considerare quantitatem charitatis, quàm eleemosynæ quantitatem. v.g. dat aliquis eleemosynam, ut duo, cum charitate, ut quinque, aliis contra eleemosynam ut quinque, cum charitate, ut duo: magis meritoria est prima, quàm secunda eleemosyna. & confirmatur autoritate D. Aug. super Psal. 125. dicentis: Deus magis respicit affectum, quàm censum. & Beda lib. 5. super Lucam ca. ultimo. & B. Ambr. lib. offi. cap. 3. affectus tuus operi tuo nomen imponit, & propterea affectus tuus orationem tuam diuitem, vel pauperem facit.

Hinc, cæteris paribus, ex parte charitatis maior eleemosyna maius meritum habet: neque enim id negarunt præfati sancti, quod docet B. Paul. 2. ad Corint. 8. Si enim voluntas prompta est secundum id, quod habet, accepta est, non secundum id, quod non habet.

Hinc, quando aliquis, sine charitate, dat eleemosynam, tantò magis prouocat Dei misericordiam, de congruo, quàm magis dat ex visceribus naturalis misericordiæ, propter Christum.

Sæptima, diffi. Monachi, & moniales, & pauperes priuantur merito istarum eleemosynarum?

HA NC difficultatem proposui, ut consolarem prædictos: nam religiosi, & religiosa abnegarunt proprias voluntates, & uerunt paupertatem, nec possunt eleemosynam, ut infra dicitur, sine licentia suorum superiorum elargiri, & pauperes unde eleemosynam dent, non habent, cum necessaria illis deficient.

C O N C L U S I O .

NVLLVS iis operibus misericordiæ priuatur: tam enim monachi, quàm clerici, tam diuites, quàm pauperes, omnes possunt facere magnas misericordias, si magnam habent charitatem: dicit enim

Auguf.

D. Aug. super Psal. 36. in verfu, Iustus autem miseretur, & commodat: Habet femper, unde det, cuius pectus est plenus charitate: si eternam substantiam dat, si non habet, voto adiuuat: item dicit, voluntatem bonam, & charitatem idem esse: voluntas enim bona thesaurus pauperum.

APPEN. 1.

Hinc enim si aliquis habuit voluntatem efficacem ad dandum centum, & non dedit: quia non potuit, tantum meretur, ac si dederit centum.

APPEN. 2.

Hinc B. Petrus dixit. Ecce nos reliquimus omnia: & Christus eius confirmat dictum: Vos qui reliquistis omnia: propterea quod,

Matth. c. 19.

qua voluntate pauca, qua habebant, reliquerunt, reliquissent & omnia, si rerum omnium domini fuissent.

APPEN. 3.

Hinc religiosi, & ceteri supradicti multa merita congregarent sibi, si quoties vident pauperes, actum misericordiae, & charitatis elicerent. dicentes ex corde intra se: vtinam ego possem tuas indigentias, vt decet releuare: quod cum non faciant incredibili meritum thesauro priuantur.

APPEN. 4.

Octaua diffi. An elemosyna sit efficax ad satisfaciendum pro peccatis?

APPEN. 5.

CONCLUSIO.

VALET, & est efficax elemosyna ad satisfaciendum pro peccatis. Et ratio est: quia est opus pœnale factum cum charitate, & tertia pars, vt constat satisfactionis, qua imponitur à confessario in satisfactionem pro peccatis: patet etiam ex sacra Scriptura Daniel. c. 4. Peccata tua elemosynis redime: vbi peccatum, pro pœna peccatis debita accipitur, vt 2. Mach. c. 12. Sancta, & salubris, &c. vt à peccatis, id est à pœna pro peccatis debita, soluantur.

Daniel 4.

2. Mach. 12.

Nona diffi. An qui pauperi extremam necessitatem patienti elemosynam tribuit pro peccatis satisfaciatur?

RATIO dubitandi est: quoniam non voluntate, sed ex necessitate, & præcepto talis elemosyna fit.

CONCLUSIO.

TALIS elemosyna est satisfactoria, & ex eo, quod fit in præcepto, nõ perdit suam utilitatem. Et ratio est: quia hæc maior esse videtur,

D. Aug.

FF 2

videtur.

videtur, quàm quæ fit citra necessitatem extremam: nam hæc secunda est propter primam omitenda: & quia omittens primam, grauius peccat, quam omittens secundam: quare magis merebitur, & satisfaciet, faciens primam, quàm secundam: etiam si ratione præcepti, vt infra dicitur, debeatur: quoniam Deus, non solum acceptare dignatur, quæ homo ex voluntate facit: verum etiam vitam æternam ijs, qui mandata eius seruauerint, sæpè in sacris literis promissit. Matth. 19.

Decima diffi. An eleemosyna corporalis habeat effectum spiritualem?

CONCLUSIO I.

SI corporalis eleemosyna, secundum suam substantiam cõsideretur, non producit spiritualem effectû. Ratio est: quia tantum supplet corporales proximorum defectus: tum etiam, cum spirituale sit nobilius corporali, tunc effectus esset sua causa nobilior, quod philosophia non patitur.

CONCLUSIO II.

TALIS eleemosyna ex parte suæ causæ benè producit effectum spiritualem, vt quando propter Dei, & proximi dilectionem fit. Et ratio est: quia habet meritum coram Deo. vnde Eccles. 29. legitur. Perde pecuniam propter fratrem, pone thesaurum in præceptis Altissimi, & proderit tibi magis, quam aurum. Eccles. 29.

CONCLUSIO III.

SI secundum suum effectum consideretur, producit quoque fructum spiritualem. Ratio est: quia pauper, cui fit subuentio, mouetur ad orandum pro benefactore: vnde ibidem subiungitur. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Eccles. 29.

Vndecima diffi. An eleemosyna habeat efficaciam ad remittenda peccata, & conferendam gratiam eo modo, quo sacramenta?

SVNT quædam præmittenda: & primum est, eleemosyna, vel sumitur secundum substantiã, siue materialiter, quod idem est: vel secundò sumitur formaliter: primo modo potest esse in homine existente in peccato mortali: secundo modo præsupponit pœnitentiam, & charitatem: est enim charitas forma pœnitentiæ.

Secundo nota diuersimodè posse intelligi per eleemosynam remitti peccata. Primò, ex opere operato, sicut per sacramenta. Secundo, formaliter, sicut lux expellit tenebras, calor frigiditatem, & cõtritio expellit peccatum. Tertiò, quòd expellat peccata, id est peccatorum pœniam, ita intelligitur locus 2. Macha. 12. Vt à peccatis soluantur. Quarto & vltimò, quòd eleemosyna remittat peccatum, tanquam motiuum, in quantum inclinât Dei misericordiam ad remissionem peccatorum, ijs positis, sit.

CONCLUSIO I.

HÆRETICVM est dicere per eleemosynam remitti peccatum, tanquam motiuum, id est in quatum inclinât Dei misericordiam ad remittenda peccata sine pœnitentia: hæresis ista est per se manifestissima, iuxta illud ad Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, &c. Quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non sequentur: scriptum est enim. Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. lege D. August. infra in fine difficultatis, & S. Thom. in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 2. quæst. r. & latius dist. 46. q. 2. art. 3. q. 4.

Galat. cap. 5.

Luc. 13.

D. August.

CONCLUSIO II.

ELEEMOSYNA secundum substantiam suam non remittit peccata, sed sacramentum. Ratio est quia hoc priuilegium est sacramentum: & in Ecclesia Dei non sunt nisi septem sacramenta. Dices, remittit peccata, sicut martyrium: hoc non solum falsum, & temerarium est, verumetiam erroneum: quoniam de martyrio est hoc speciale: quia baptismus sanguinis est.

Dubium.

CONCLUSIO III.

ELEEMOSYNA, siue materialiter, siue formaliter sumatur, non remittit peccata, patet ex primo notabili: non materialiter, quoniam hoc modo potest esse in homine existenti in peccato mortali: formaliter verò præsupponit pœnitentiam, & charitatem, quæ operit multitudinem peccatorum.

CONCLUSIO IIII.

ELEEMOSYNA formaliter sumpta, & purgat peccata, quo ad pœniam, & gratiam auget, & conseruat, & licet hoc commune sit omnibus operibus meritorijs, specialius tamen operibus misericordiarum, & de quibus modò disputatur, competit. hæc conclusio est communis omnium sanctorum: propterea enim commenda-

tur

tur eleemosyna. Daniel. 14. Peccata tua eleemosynis redime. lege D. Aug. Psal. 36. concione secunda in verba: Iustus miseretur, & retribuet, & super Psal. 125. Qui seminant in lachrymis, & super Psal. 102. & confirmatur Prouerb. 19. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. lege etiam S. Tho. in 4. dist. 15. q. 2. ar. 2. q. 2.

Daniel. c. 14.

D. Aug.

Prouerb. 19.

S. Tho.

CONCLUSIO V.

ELEEMOSYNA quocumque modo sumatur, siue materialiter, siue formaliter, non est infallibilis dispositio, vt faciens eleemosynam, saluetur. Ratio est: quia licet eleemosyna sit motiuum ad hoc, quòd Deus misereatur, tamen ex sacra Scriptura infallibiliter non habemus talem regulam: multi enim faciētes eleemosynam, damnantur: deinde quia sicut loquitur Scriptura de fide, ita loquitur de eleemosyna, vt Marci vlti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: & quemadmodum iste locus intelligitur, seruatis seruandis, nempe, si non ponat obicem peccati mortalis, saluabitur: ita etiam loca sacra Scriptura, quæ de eleemosyna loquuntur intelligenda sunt, seruatis seruandis, scilicet, quòd non ponat obicem peccati mortalis.

D. Tho.

Marci. vlti.

CONCLUSIO VI.

VIRI misericordes, qui ex pietate maximè propter Deum, faciunt crebras misericordiar operas, vt plurimum saluantur, & ante mortem accipiunt pœnitentias, siue faciant eleemosynas existentes in gratia, siue in peccato, dummodò peccent ex fragilitate, & non ex contemptu. hæc conclusio meo iudicio est communis omnium Sanctorum, & Theologorum omnium: patet Matth. 5. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur, & Prouerb. 14. Qui miseretur pauperis, beatus erit.

APPEN

Matth. 5.

Prouerb. 14.

Hac difficultate destruitur hæresis eorum, qui tempore D. Aug. affirmabant, homines quantumcunque essent peccatis referti, saluari per opera misericordiar sine pœnitentia: contra quos agit D. Augustin. lib. 21. de ciuitate Dei. cap. 22. & cap. vltimo. & in Inchi-ridio. cap. 73. & 6. & 7. vide Castrum verbo eleemosyna contra hæreses.

Hæresis.

D. August.

QVÆSTIO III.

De necessitate distribuendi eleemosynam.

Alex. Alen.
q. 113. S. Tho.
Ric. q. 2. Me-
din. q. 3. &
reliqui ubi
suprà.

¶ HÆC q. absoluetur, positis aliquot difficultatibus.

Doct. ubi. su.

Prima diffi. An eleemosyna sit sub præcepto?

CONCLVSIO.

ELEEMOSYNA est sub præcepto legis naturæ, diuinæ, & humanæ. Probatur prima pars de lege naturæ: quia lex naturæ præcipit, vt fratres verè diligamus, non tantum affectu, verum etiã effectu, iuxta illud 1. Ioan. 3. Filioli, non diligamus verbo, nec lingua tantum, sed opere, & veritate: & eadem lege, quæ nobis in necessitate existentibus iustè fieri volumus, debemus & aliis similiter facere. Secunda pars de lege diuina constat Deut. 15. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo, egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra, & Matth. 25. vbi improperabit Dominus malis defectus operum misericordiæ: & vltima pars est definita in iure Canonico cap. fratrem nostrum, &c. non satis. 86. dist. & cap. omnis 7. q. 1.

1. Ioan. 3.

Deut. 15.

Matth. 25.

APPEN.

Hinc, qui assereret nunquam hominem obligari ad dandam eleemosynam esset hæreticus.

Secunda diffi. Quando hoc præceptum obligat sub reatu peccati mortalis?

CVM hoc præceptum sit affirmans, merito hoc quaritur, & sunt primo ad meliorem explicationem eorum quæ in tota hac q. sequuntur, aliqua præmittenda.

Tria sunt genera bonorum ex parte dantis eleemosynam: nam quædam sunt necessaria ad sustentandum dantis, & familiæ suæ naturam, alia verò sunt necessaria ad sustentandum statum.

Tertiò sunt quædam nec ad primum, nec ad secundum necessaria, & dicuntur superflua. Primo modo necessaria sunt illa, sine quibus vitam suam, & suorum nemo conseruare potest: & quod, iis demptis, superest, superfluum naturæ vocatur. Secundo modo

necessa

necessaria dicuntur omnia, quæ desiderantur ad vitam statumque decentem suum, suorumque, habita ratione casuum, eorum duntaxat, qui probabiliter timeri, vel expectari debent: atque etiam eorum, quæ pertinent ad sustentandos filios, & filias, mancipia, famulos, hospites, conuiuia, munera honesta, magnificentias moderatas: & hæc non consistunt in puncto indiuisibili: sed habent latitudinem, eò maiorem, quò maior est status: in vno enim plus, in alio autem minus sufficit, quòd istis deductis superest superfluum status, siue personæ, nuncupatur: quod sub tertio membro diuisionis posita continetur.

Triplex est indigentia, siue necessitas ex parte pauperis, cui danda est eleemosyna: vna extrema: altera citra extremam, scilicet, ætata necessitas: & tertia communis. Prima est, non solum quando pauper animam illico exhalaret, si illi non subueniatur, sed etiam quando apparent euidentia, aut nota signa, quòd, si illi non subueniatur, breui tempore deficiet.

Est quoque extrema necessitas quando homo est in periculo amittendi aliquod membrum principale, vel sensum, vel honorem, & animam. Ratio est: quia priuatio istorum membrorum reducitur ad homicidium: perinde est in extrema necessitate, qui est in periculo incidendi in amentiam, si illi nõ succuratur: huic necessitati est germana, vrgens, & maxima necessitas, in qua est ille positus, quando secundum prudentiam, appeteret magis mori, quàm tantam miseriam pati. Solet aliis modis diuidi extrema necessitas, sed de iis in propriis difficultatibus disputabitur.

CONCLUSIO.

Si pauper sit in extrema necessitate, tenetur homo sub reatu mortali de superfluis naturæ, & status, ad erogandam eleemosynam. Et ratio est: quia in tali casu non subueniendo, occidere, putatur: & est D. Ambr. & habetur Can. pascæ. 86. dist. quisque enim pascendo hominem seruare poterat, si non paueris, occidisti.

D. Ambr.

Hinc peccant mortaliter, habentes etiam superfluam tantum naturam, qui non cibant, potant, vestiunt, &c. egentem extremè, & occurrentem, & non visitant, &c. cum necessitas extrema id exigerit.

APPEN. r.

Notanter dicitur occurrentem: quia non tenetur quis sub culpa mortali, querere huiusmodi egentem in carceribus, hospitalibus, &

aliis in locis, nisi id ei ex officio incumbat: tenetur tamen ex præcepto charitatis ad opera misericordiarum.

PPEN. 2. Hinc etiam qui in urgente, & grandi necessitate constituto non succurrit, cum possit commodè eleemosynam præstare, & credit neminem alium eam illi daturum, peccat mortaliter.

D V B I V M I.

Quid si sint duo in extrema necessitate positi, & non potest aliquis subuenire, nisi uni, tenebitur ne illi soli, aut utrique, aut neutri opem ferre?

RESPONDEO cum nostro Alexan. Teneretur, si adesset facultas, utrique dare: sed cum non suppetat facultas tenetur alteri tantùm succurrere. Haecenus de superfluis naturæ, & status, nunc de necessariis.

S. Th. & Me. Tertia diffi. An qui habent tantùm necessaria naturæ, & status, teneantur necessitate extrema oppresso subuenire?
di. ubi sup.

ALIIQVI putarunt non teneri, ut S. Anton. & Rosella, locis citatis: quidam dixerunt, ut S. Tho. de iis eleemosynam facere non esse sub præcepto, sed sub consilio, idque in 3. casibus esse laudabile. Primò si mutet statum, nempe per religionis ingressum. Secundò, quando, quæ per eleemosynam sibi subtrahit, facile possunt recuperari. Tertio, quando occurreret extrema alicuius necessitas, vel aliqua magna reip. necessitas.

C O N C L V S I O.

1. Ioan. 3.

EST quidem de illis tunc facienda eleemosyna. Et ratio est: quia de sententia omnium doctorum bona temporalia pro vita fratris, cum necessitas postulauerit, exponenda sunt, & 1. Ioan. 3. Qui habuerit huius mundi substantiam, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo: qui locus maximè de hoc casu verificatur. vide ca. palce. 86 dist. & tandem quia in simili casu oia sunt communia: & diuisio rerum facta est ex iure gentium, hac cõditione alioquin esset iniusta: & hæc fuit opinio S. Tho. ubi supra art. 5. qui dixit esse de præcepto eleemosynam pauperi in extrema necessitate

rate existenti de necessarijs ad statum elargiri, quæ dicuntur superflua respectu naturæ ipsius hominis, & familiæ sibi commissæ: & ideo dicens, esse laudabile non negat esse sub præcepto: nam id, quod de præcepto, aut ex necessitate fit, laudabile quoque simile esse potest.

Quarta diffic. An teneatur aliquis expendere patrimonium opulentissimum, & ducatum, & aliam maximam dignitatem?

RATIO dubitandi est: quia possunt esse urgentes necessitates, & præsertim tempore famis.

Nota duplicem esse necessitatem, vna enim est ab intrinseco, vt v. g. si non das mihi 100. occidam Petrum, vel Ioannem: altera verò est ab intrinseco, vt infirmitas.

CONCLUSIO I.

NEMO tenetur totum patrimonium expendere. Et ratio est: quoniam, & si vita hominis per se loquendo, sit melior quam totum patrimonium suum, & dignitas: nihilominus tamen in ordine ad bonum publicum, quod est magis diligendum, aliqua quantitas pecuniæ siue substantiæ est magis diligenda, & expetenda, quàm alicuius vita.

Hinc est, quòd homo priuatus, pro conseruatione vitæ non tenetur expendere totum suum censum, v. g. habet aliquis viginti millia ducatorum, & si quæreretur medicus, vel medicina ex longinquis partibus, essent omnia consumanda, non tenetur ad illud: ergo neque tenebitur pro alijs tantum censum expendere, neque bono publico expedit.

CONCLUSIO II.

SI necessitas sit primo modo, non potest habere certam mensuram, cum possit in infinitum malitia eius crescere, & tunc si est parua quantitas, debeo facere: si autem magna, non teneor dare. Et ratio est: quoniam est maius damnum reipublicæ, vt latrones isti seruentur: hoc intellige per se. nam per accidens bene potest dare: quia ille talis non est in extrema necessitate, sed in extrema iniquitate.

CON

CONCLUSIO III.

SI necessitas sit secundo modo, paucis potest subueniri: & si multi indigent, multi sunt, qui dent eleemosynam, & si non dant, Iudex publicus potest illud facere.

Verum est tamen, quòd si Iudex non faciat, & aliquis videt necessitatem, secundum facultatem tenetur subuenire: non tamen patrimonium vendere.

Quinta diffic. Diues non subueniens extremè laboranti, tenebitur restituere damna, quæ ad mortem illius subsequuntur?

RATIO dubitandi est, quia in tali casu omnia sunt communia. Dupliciter potest quis teneri ad tuendam vitam alterius. Primò modo ex officio sicut Iudex, qui accipit stipendium ad defendendam vitam ciuium, & medicus, qui propter stipendium tenetur curare, & seruire hospitali, idem de procuratore, & alijs id genus. Secundo modo ex charitate communi obligatione, quia vnus proximus alteri tenetur, seruato ordine charitatis.

CONCLUSIO I.

QVI primo modo, scilicet, ex officio tenentur, non solum peccant, verumetiam tenentur ad restitutionem ex iustitia commutativa: nam isto pacto tenentur esse patres pauperum ex officio. verum hæc conclusio in 2. p. in materia de restitutione probatur.

CONCLUSIO II.

SI secundo modo teneatur, peccat, si dimittat, sed non tenetur ad restitutionem. Ratio est: quia tunc eleemosyna est actus charitatis, cuius omisio, cum non sit contra iustitiam, non obligabit ad restitutionem.

Sexta diffic. An de superfluis natura. & statui, teneatur, qui illa habet, sub pœna peccati mortalis, eleemosynam facere, etsi pauperes non sint in extrema necessitate?

CIRCA hanc difficultatem sunt duæ opiniones extrema inter grauisimos doctores. Prima opinio tenet partem affirmantem, & est D. Hiero. & continetur dist. 41. c. 1. & D. Ambr. & refertur dist. 47. c. sicut, & B. Aug. & habetur 14. q. 4. c. quid dicam, & aliquo

D. Hieron.
D. Ambr.
B. August.

& aliquorum doctorum scholasticorum, & Canonistarum, & Sū-
mistarum, quæ opinio valet multum ad perterrefaciendos auaros,
qui nihil de pauperibus curantes, diuitias semper congregant, &
retinent, vt descendant in infernum viuentes, & conuertantur: ne
illuc mortui, perpetuò cruciandi, mittantur: contra hos enim lo-
quuti sunt præfati sancti: nam si in communi de omnibus diuiti-
ribus loquerentur, nõ benè de illorum negotio salutis, atque etiam
eorundem confessorum ageretur.

Secunda opinio contraria est mitior, & diuitibus, eorumq; con-
fessariis fauorabilis, quam defendunt Alex. Alen. & S. Tho. vbi su-
prà. Gerson in regulis moralibus, & in 2. p. alphabeto. 32. lite. O.
Duran. in 4. S. Antoni. in 2. p. agens de eleemosyna. Gabr. & Ma-
ior de hac materia in 4. & alij recentiores Theologi docti, & ti-
morati: iuxta quorum sententiam est sequens conclusio.

C O N C L U S I O I.

ELEEMOSYNA nõ est de necessitate sub pœna peccati mor-
talis eroganda, etiam si homo abundet, vbi, aut quando, non oc-
currit pauper extremam necessitatem patiens, extra quam con-
siliū est eleemosynam facere. Ratio est: quia eleemosyna nõ
de præcepto sub pœna peccati mortalis danda est, nisi homini ea
indigenti: homo autem habens vnde possit se, & suos sustenta-
re, nõ dicitur propriè aliorum bonis indigere, cum possit, sine illis
viuere: & si indiget non absolutè, sed conditionaliter, nempe, vt
melius illi sit. Deinde non videtur rationi consonum, vt teneantur
sub pœna peccati mortalis procurare extraneos, vt benè illi sit,
sed vt sit, & viuat: nam, si nobis ipsis non tenemur statū aliquè, aut
dignitatem, aut diuitias procurare, nec tenebimur extraneis: tan-
dem quia nemo tenetur magis proximo subuenire, quam ipse pro-
ximus sibi ipsi, & proximus inops non tenetur, nisi necessaria vi-
ctui, & vestitui, sibi procurare, cum possit, & laudabile sit omnia
abdicare, & in arcta paupertate viuere, vt constat Matth. 19. Si vis
perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperi-
bus. & i. ad Tim. 6. Habentes alimenta, & quib. regamur, his con-
tenti simus: & cum hæc, qui non extremè indiget, habeat, nõ erunt
diuites sub pœna, &c. vt habet conclusio: verum enim uero, vt ve-
ritas magis elucescat, nota cum Medina vbi suprà, de superfluis
naturæ; & statim, necessarium esse subuenire pauperi extremam, vel
quasi

Matth. 19.

i. Tim. 6.

quasi necessitatem patienti, si nobis de necessitate huiusmodi, quodque non sint alij, qui tali pauperi velint, aut possint subuenire, sufficienter constet: & cum dicitur quasi, intelligitur arcta, & notabilis necessitas, etiam si extrema non sit: sed tanta, quod, nisi illi subueniatur, est verisimile, quod notabiliter vita illius abbreviabitur, aut in aliquam ægritudinem notabilem incidet, & huic necessitati Scriptura sacra præcipit subuenire etiam sub pœna peccati mortalis, nõ solum de superfluis status, sed etiam de superfluis naturæ.

APPEN. 1.

Hinc pauperibus, communem necessitatem patientibus, non erit de superfluis naturæ, & status, sub pœna mortalis peccati, subueniendum.

APPEN. 2.

Hinc poterunt diuites superflua retinere, modò in bonum finem, illa seruent: siue vt melior opportunitas pauperibus succurrendi se offerat, siue alia pia causa, quæ in gloriam Dei, & in viuorum, aut defunctorum salutem æternam cedat, siue reip. necessitas, vel utilitas ea seruare suadeat.

APPEN. 3.

Hinc non videtur dånandus, qui talia superflua retinet, ad acquirendum sibi, aut suis honorem, dignitatem, statum aliquem, quem homines honestè, & licitè prætere solent, modò cura pauperum extrema, vel quasi, necessitate laborantium, non præmittatur.

APPEN. 4.

Hinc, qui hæc superflua acquirunt, & retinent, nihil minus, quam pauperes curantes, sed solùm diuitias acquirere, & augere, & recondere, & custodire studentes, non tam in diuina largitate, quam in suis diuitiis fidentes, iam ab omnibus condemnantur: ij enim sunt serui diuitiarum quarum avaritiam B. Paul. ad Ephes. 5. idolatriam vocat; & Dominus seruitutem mammonis esse dixit.

Ad Ephes. 5.
Math. 6.Medi. q. 6.
ubi supra.

Septima diffi. Quando aliquis tenetur ex præcepto facere elemosinam, adimplebit præceptum, accommodando, vel mutando, siue vendendo?

ADRIANVS in materia de restitutione tractans alia dubia, tenet in hoc casu diuitem adimplere præceptum mutuando, quæ sententia nisi sano modo, vt dicemus, intelligatur, est falsa.

Nota duplicem esse necessitatem extremam: vna enim est simpliciter

placiter extrema, & est quando egens nihil habet: altera verò est necessitas extrema per accidens, & secundum quid: ut si Gallus sit in sua patria dives, hic verò Martii nihil habeat.

CONCLUSIO I.

IN primo casu tenetur omnino gratis dare, & non satisfacit præcepto, accommodando. Probatur conclusio: quia est sententia communis, & modus loquendi sanctorum: ratione etiam confirmatur à priori, quoniam in hoc casu currit præceptum eleemosynæ: & cū eleemosyna sit gratuita donatio rei necessariæ ad subleuandam miseriam, profectò non satisfaciet præcepto, accommodando.

CONCLUSIO II.

IN secundo casu non tenentur dare, & satisfacit præcepto accommodado. Et ratio est: quia ille habet res proprias, unde possit sibi subuenire.

Hinc si sit homo, qui nullam habeat substantiam, sed solo labore solet acquirere victum, tenebitur dives dare: sed ut deinceps suo labore soluat: & in casu secundæ conclusionis est veræ Adriani opinio.

APPEN.

QVÆSTIO IIII.

Qui tenentur eleemosynam facere?

Alex. Alex. q. 112. S. Tho. ar. 8. Ric. q. 6. Med. q. 4. reliqui ubi sup. S. Tho. Col. 2. ar. 12. & 2. 2. q. 185. art. 7. Soto lib. 10. de Iustit. & Iure. q. 4. art. 4.

¶ HÆC quæstio, positis quibusdam difficultatibus, finietur.

Prima diffic. An teneantur Episcopi bona sua, pauperibus magis, quàm seculares largiri?

IN hac difficultate non est sermo de necessitate extrema, vel quasi, vel de urgente necessitate: nam de hac dubitat nemo, ut ex quæst. præcedenti constat: sed loquimur de superfluis citra illam necessitatem.

CONCLUSIO I.

EPISCOPI præcepto eleemosynæ inter omnes mortales arctissimè ligantur, & largiores eleemosynas regulariter, quàm seculares ex suo patrimonio, & ex bonis Ecclesiæ facere tenentur. Probatur primo: quoniam ex officio sunt pa-

tres

tres pauperum, & viduarum, & orphanorum, & illis opem ferre tenentur, ne propter paupertatem viduarum honestas, & virginum pudor deperdatur: & ne alij fame oppressi, inde furandi, peccandi, decipiendi, & alia id genus mala perpetrandi, occasione arripiant: quæ episcopi maxima cum vigilantia prohibere tenentur. Secundò quia, cæteris paribus, magis abundant superfluitatibus bonorum, quàm seculares, cum frugalius, & cum minori pompa, & sumptu, quàm seculares vivere debeant: carent enim vxore, & filijs, quibus patres thesaurizare tenentur.

CONCLUSIO II.

EPISCOPVS portionis, quæ sibi contingit, non ita elemosynas dare obligatur, vt si quas omiserit, ad restitutionem teneatur. Et ratio est: quia de sententia quorundam, sunt illius portionis domini, & vt seculares, qui suorum bonorum habent dominium, non tenentur in hoc casu ad restitutionem, nec Episcopi ad illam erunt obligati: peccabunt tamen propter suum statum. vide in 2. p. florum in q. de clericis restitutioni obnoxij, vbi conclusio tenet esse dominos: sed securiorem multò oppositam opinionem, scilicet, quòd sint dispensatores, censeo, quam sancti, & antiqui patres amplectuntur.

CONCLUSIO III.

SI Episcopus habet aliqua bona fabricæ, vel hospitali, vel alia ratione pauperibus consignata, quorum est dispensator, si sibi illa vsurpat, vel non, vt decet dispensat, & peccat mortaliter, & ad restitutionem tenetur. Ratio est: quia retinet alienum, inuito domino, & contra eius voluntatem.

DVBIUM.

Quid de clericis dicendum?

RESPONDEO: Quod de episcopis dictum est præsertim de illis, qui curam animarum habent annexam.

Secunda

*Secunda diffi. Poterunt Abbates de bonis communibus per
viam eleemosyna aliquid dare?*

CONCLUSIO.

POTERVNT quidem. Et ratio est: quia in bonis communi-
bus nonnullam habent administrationem, & etiam consuetu-
dine per superiores cognita, & approbata, vel saltē permessa con-
firmatur: quia possunt in quadam certa quantitate suis consanguin-
eis, aut quibus velint pauperibus subuenire.

*Tertia diffi. Potest ne Capitulum de bonis communibus
eleemosynas facere?*

BONA Capituli communia sunt duplicia: primi generis sunt
quædam communia, quæ collegialiter diuiduntur, quarum
dispositio, seu dispensatio ad omnes simul spectat, absque hoc,
quod singuli habeant ius ad portiones illorum bonorum: qualia
sunt bona quorundam monasteriorum, aut collegiorum, quæ vi-
ctui, & vestitui religiosorum supersunt: similia sunt bona quarun-
dam ecclesiarum, quæ post distributam unicuique suam portio-
nem, iuxta ecclesiæ regulam, & consuetudinem, remaneat, à com-
munitate, siue à Capitulo dispensanda.

Secundi generis bona communia singulariter, quorum, scilicet,
certa portio unicuique debita est, nec ad communem massam ali-
quid pertinet, quod non inter singulos distribuatur.

CONCLUSIO I.

DE bonis communibus primi generis potest Capitulum non
solum ob necessitatem, verumetiam ob piam causam aliquid per
viam eleemosynæ, aut aliter dare, etsi omnium consensus non adsit.
Et ratio est: quia sufficit tunc maior pars Capituli, vt patet de ijs,
quæ fiunt à maiori parte Capituli, cap. cum in cunctis.

CONCLUSIO II.

DE bonis communibus secundi generis non sufficit maior
pars Capituli ad aliquid tale alienandum, donandum, vel in elee-
mosynam erogandum, nisi omnium quorum interest consensus
adsit. hæc conclusio est definita cap. cum omnes. de constitutio-
nibus. lege glo. & Innoc. & alios ibidem, & confirmatur per regu-
lam iuris: Quod ad omnes attinet ab omnibus debet approbari.

APPEN. Hinc Capitulum non potest eleemosynam facere extra casum necessitatis de bonis communibus, quæ de iure inter canonicos, & portionarios sunt distribuenda, sine portionariorum consensu expresso, vel rationabiliter præsumpto: & multo minus absq; eorundem consensu poterunt alias gratias de huiusmodi bonis facere. Ratio est: quia aliena bona sunt, inuitis dominis, contrectanda.

Limitatio. Limita, nisi consuetudo contraria legitimè præscripta ius præfato Capitulo non tradiderit ad bona communia, sine portionariorum consensu dispensanda.

Limitatio 2. Limita secundo, quòd in ijs, quæ sunt necessaria Ecclesiæ, aut vtilia, Capitulum potest de huiusmodi bonis disponere, in qua dispositione portionarij, quamuis actu non consentiant, æquum tamen est, eos consentire, & ideo perinde est, ac si actu consentirent, secus tamen esset, si dispositio capituli non in bonum publicum, sed in priuatum, & personale cederet.

Alex. Alen.
m. 1. S. Tho.
vbi supra &
Syl. nu. 7.

Quarta diffi. Vtrum religiosi possint, teneanturque
facere eleemosynam?

CONCLUSIO I.

NVLLVS monachus, siue regularis, quatenus talis est, potest regulariter eleemosynas facere. probatur cum nostro Alex. quia ad faciendum eleemosynam regulariter, vt ipse ait, multa concurrunt, nempe, libera facultas, iustum dominium, vel ministerium ordinatum, quibus omnibus monachus caret: nihil enim habet. lege Can. non dicatis 12. q. 1. & in 2. p. florum q. de dominio.

CONCLUSIO II.

Si religiosus habet administrationem, potest facere eleemosynam ex eo, quòd superest illius necessitatibus subleuatis, & debet in pijs & religiosis causis erogare, patet Luc. 11. Quod superest, date eleemosynam. & habetur cap. quia tua 12. q. 1.

Luc. 11.

APPEN. I.

Hinc etiã si sit in scholis de licentia prælati, vel si peregrinetur, poterit eleemosynas, quas alij honesti peregrini, & scholares cõmuniter faciunt, de bonis saltem, quæ v su consumuntur, dare. Et ratio est: quia intelligitur cõcessa facultas à prælati faciendi, quod prædicti scholares, & viri honesti faciunt, & præsumpta superiorum voluntas: neq; enim putandum est patres, aut Abbates tam strictos esse, quando filijs, aut religiosis, bona ad literas discendas tradunt, vt in

vt in nullo velint eos pauperib. subuenire. argumentum cap. pre-
rea. de officio delegati. addit quoque S. Tho. vbi sup. & in 4. dist.
15. posse, absente prelato, dare aliquid sub spe rati habitationis.

CONCLUSIO III.

Si indigens in extrema, vel quasi, & in urgente necessitate exti-
terit, & prelatus fuerit presens, debet petere licentiam, si non con-
cesserit, vel si non sit presens, & ipsum adire non potest, propter
temporis breuitatem, debet eleemosynam largiri. Ratio est: quia
in tali casu omnia sunt communia, & habetur 86. dist. Can. non fa-
tis. qui est B. Ambrosij.

D. Ambro.

Hinc, & prohibente, & contradicere Abbate, homini fame mo-
rienti tenetur eleemosynam dare. Et ratio est: quia Deo magis,
quam hominibus oportet obedire. lege cap. quae contra. dist. 8.

APPEN. 2.

Hinc etiam in necessitate magna, quando ad superiorem recur-
sus habere non potest, tenetur eleemosynam facere. Panor. est in c.
si quis de furt. & glo. in ca. non dicatis. 12. q. 1. Et ratio est presum-
pta superiorum voluntas.

Ad. c. 5.

APPEN. 3.

Quinta diffi. An mulier habens virum, possit eleemosynam facere?

Alex. Alen.

n. 2. & alij

vbi supra.

MULIER praeter bona communia cum marito, vel habet
bona paraphernalia, id est propria praeter dotem, vel habet
res ex proprio lucro, vt sunt res, quas ex proprio labore, absq; sub-
tractione debiti officij in domo lucratur.

CONCLUSIO II.

Si vxor habeat res ex proprio lucro, quibus seipsam, & virum
sustentat, non potest eleemosynam facere de illis, si subtractio
sustentationis viri inde sequatur. Et ratio est: quia magis tenetur vi-
ro suo, quam alteri subuenire: si autem tales res superabundant,
potest, etiam inuito viro, ex illis eleemosynas dare.

Limitatio.

Limitatur conclusionis vltima pars, quod quando non habet
sufficientem dotem ad onera matrimonij sustinenda, non potest:
quia tenetur operari viro, vsque ad supplementum onerum: quo
adimpleto, quod supererit lucro suo, & non mariti adscribetur, &
poterit tunc ex illis eleemosynam facere, & ita intelligenda est
glos. in l. sicut patronus. ff. de oper. lib.

APPEN. 1.

Hinc poterit etiam idem facere, si vir assignauerit certam qua-

APPEN. 1.

titatem pro suo victu, & ipsa abstinerit, vt eleemosynam conferre possit. Et ratio est: quia hoc videtur esse suum.

Nec intelligas deducendas esse ex bonis lucratis expensas vitus: quia vir propter dotem & obsequium eam alere tenetur.

Nota idem omnino censendum esse de paraphernalibus bonis, quod de bonis lucro acquisitis, modò diximus.

CONCLUSIO II.

DE bonis communibus non potest sine viri consensu expresso, vel rationabiliter præsumpso donationem siue eleemosynā facere. Et ratio est: quia talium bonorum administratio libera, non vxoribus, sed maritis competit, & habetur ex D. Aug. 33. q. 5. Can. quod Deo. est enim vxor penè famula viri, & vir dominus eius: vt D. Amb. docuit. & refertur Can. hæc imago. 33. q. 5. Ex hac generali conclusione excipiuntur quidam casus, in quibus poterit vxor de communibus bonis eleemosynas dare. Notanter dicitur penè, vt ait glosa ibidem ne immoderatè verberentur.

Primus casus est, extrema necessitate, vel quasi, &c. vt in prima q. diximus occurrente: quoniam tunc reclamante viro, tenetur eleemosynis extremè indigentibus subuenire.

Secundus casus, si ob causam aliquam maritus tali administratione priuetur: quia tunc ad vxorem deuoluitur, vt si factus est amens, nisi aliud per superiores fuerit ordinatum.

Tertius casus, si sit consuetudo in aliqua patria, qua vxores ius acquisierint ad aliqua danda: quoniam consuetudo tunc dat illis iurisdictionem: sed intelligi debet, vt noster Alex. docet, ne sint notabiles eleemosynæ, sed leues, vt. v. g. dare panem, aut aliquid, quod ex refectione superest: & has leues eleemosynas bene, inquit, Doctor noster (etiam si non sit consuetudo) potest facere prohibita in generali: & debet conscientiam formare hoc maritū velle, & quanuis prohibuerit, debet credere, omnino non prohibuisse, sed, vt eam ad mediocritatem traheret, dixisse: debet insuper cogitare, quod si vir sciret pauperis indigentiam, vellet dare: quòd si nihil horū credat, & omnino ei interdicator, nihil potest de iis, quæ viri sunt dare: & patet ex D. Aug. in quadam epistola dicente: mulieri coniugatæ non licet dicere, facio, quod volo de meo, cum ipsa non sit sua, sed capitis sui.

Quartus casus, si vxor vtiliter agat rem viri, poterit ex cōmunib. bonis

D. August.

D. Ambro.

D. August.
epist. 199.

bonis erogare, vt si vir sit crudelis, & sceleratus, & occultè eleemosynas largiatur: vt Dei iram cõtra illum auertat, & diuina gratia, illuminetur & confirmatur exemplo prudentissimæ Abigail. 1. Reg. 15. quæ, datis panibus, & alijs certis rebus Regi Dauid contra voluntatem viri sui, eum à morte liberauit. Et ratio est: quoniam tunc adest matiti consensus debitus, licet non elicitus.

Quintus casus, si vir multum durus, & hoc vergit in infamiam vtriusque potest tunc vxor eleemosynam paruam facere: quia tunc vir esset irrationabiliter inuitus, & vxor non est ita subiecta, sicut monachus prælato suo.

Et nota in hoc regno Hispaniæ lege humana cautum esse, vt vxor non possit contractum facere, nec aliquid donare sine consensu viri: vnde fit, vt non possit sine consensu viri formali, vel interpretatiuõ eleemosynam dare.

Hinc si vxores citra hos casus eleemosynas, vel donationes de bonis communibus fecerint tenentur tantundem, si possunt, maritis restituere. APPEN. 2.

Hinc confessores, qui notabiles eleemosynas extrahunt à mulieribus sine consensu virorum suorum, contrectant res alienas inuito domino & ad restitutionem tenentur. & legant quæso quod Deo proximè citatum, vt non amplius allucinentur. APPEN. 1. *Cane confessor.*

Sexta diffie. Filius familias tenetur ne eleemosynas dare?

CONCLUSIO I.

SINE præiudicio melioris sententiæ, filius familias sine consensu patris non potest magnas, siue notabiles eleemosynas facere, benè tamen leues, & modicas: & hoc intelligo de illo, cui nec capitale, nec procuratio, nec villicatio est commissa: tales enim possent ampliores facere, nisi fuerint in damnum possessoris. hæc conclusio ad verbum est nostri Alexandri. Et ratio est: quia ad faciendum eleemosynam requiritur libera facultas, vt habes supra in hac quæst. in difficultate de religiosis, possint ne facere eleemosynam: quare sine consensu patris non potest eleemosynas amplas facere: leues tamen poterit de consensu patris præsumpto & ex rati habitione. lege totam difficultatem citatam ad meliorem conclusionis huius intelligentiam.

Alex. Alen. m 3. S. Th. & alij vbi supr. Alex. ff.

V D

F. r. q. f. 4.

G G 3

Idem

Idem dicendū est de filio familias, si sit filius Senatoris, vel alterius dignitatis, & pater dedit ei liberam administrationem peculij, nisi ei specialiter pater hoc denegauerit: perinde si sit in dignitate constitutus, vel ei pater liberam peculij administrationem dederit, & iusta ratione motus donet v.g. matri, vel similibus personis coniunctis. lege Sylu. verbo donatio num. 3. & c.

CONCLUSIO II.

SI filius familias habet peculium castrense, vel quasi, potest sine consensu patris elemosynam facere. Et ratio est: quia quantum ad illud censetur paterfamilias. ff. ad Macedon. l. 1.

CONCLUSIO III.

SI peculium, quod habet, sit profectitium, & aduentitium, poterit de illo elemosynam facere, si credit patrem permissurum, & non aliter. Ratio est: quia peculium profectitium, & quicquid ex eo acquiritur, est patris, & aduentitium quo ad vsum fructum est etiam patris, instit. per quas personas acqui. §. 1.

Possit tamen de ijs elemosynam facere, si de licentia patris esset in peregrinatione, vel in scholis, vt supra, de monachis dictum est.

Alex. Alen.
m. 4. & alij
vbi supra.

Septima diffic. Serui, famuli, & ancillæ possunt ne de rebus
dominorum elemosynas facere?

CONCLUSIO.

SINE consensu expresso, vel præsumpto domini sui, vel ratione, nullus eorum, etiam si sit libera conditionis, potest elemosynam dare. Ratio est: quoniam ad hoc quod aliquis possit elemosynam dare, requiruntur libera facultas, iustum dominium, & ordinatum ministerium, quorum neutrum in seruis, famulis, & ancillis reperitur.

DVBIUM II.

Cur igitur poterit filius, vt supra diximus, cum ijs careat?

RESPONDEO: Qui seruus, nec actu, nec habitu, dominatur rebus domini sui, at verò filius licet actu non dominetur, habitu tamen dominium habet.

D V B I V M I I I.

Qui habet pecuniam apud se depositam, potest ne ex illa eleemosynam facere?

CONCLUSIO.

IN extrema necessitate ex deposito debet fieri eleemosyna, dummodo dans non habeat de suo ad subueniendum pauperi. Ratio est: quia ibi non est contractatio rei alienae: propterea quod, dominus si praesens esset, consentire deberet, & teneretur.

Q V A E S T I O V.

De quibus sit eleemosyna facienda?

CONCLUSIO.

ELEEMOSYNA est facienda de re propria, non obnoxia restitutioni, aut propriae necessitati, & ab illo, qui habet dominium, & administrationem. Definita est Can. eleemosyna. 14. q. 5. ubi dicitur, quod non debet fieri, nisi ex propriis, & iuste possessis: & colligitur etiam ex Can. forte eadem causa, & ex Canonistis. 1. q. 1. cap. non est putanda. notanter dicitur in conclusione, ut fiat eleemosyna ab illo, cui administratio, & dominium comperit: quod quidem apponitur propter mente captos, & minores, qui licet habeant rerum dominium, liberam tamen administrationem non habent: & propter haereticos, quorum bona, ipso facto, sunt confiscata, qui a die commissi criminis priuantur dominio rerum suarum, quanuis per homines non sit in eos lata sententia: isti enim extra casum extremae necessitatis, non possunt eleemosynam facere: quemadmodum nec donare, nec alienare possunt. lege cap. cum secundum de haereticis lib. 6.

Alex. Alen.
q. 110 S. Tho.
a. 7. Ric. q. 5.
Med q. 4. &
5. Siluest. &
reliqui ubi
supra.

Prima diffi. De bonis alienis potest ne fieri eleemosyna?

CONCLUSIO.

POTEST quidem fieri in casu extremae necessitatis, vel quasi, &c. maxime si aliter huiusmodi necessitati subueniri haud potest. Et ratio est aperta, & clara: quoniam in tali necessitate o-

Medin. q. 4.
in lib. 118.
in sup. q. 2.
q. 110 S. Tho.
a. 7. Ric. q. 5.
Med q. 4. &
5. Siluest. &
reliqui ubi
supra.

omnia sunt communia, nec dñs potest ratiõnabiliter esse inuitus, quando de bonis suis alius extremè laboranti subuenit, non potes de propriis, vel aliter succurrere, modò caueat à scandalo.

Medi. ibidè. *Secunda diffi.* *Verum possit aliquis propria, & sufficientia bona habens de bonis alterius diuitis accipere ad subueniendum extremam necessitatem patienti, ita quod ipse de suis propriis bonis ratam det pauperi, & ab illis diuitibus absentibus, aut subuenire nolentibus, tantundem accipiat, vt de alienis, & suis pauperi necessaria tribuat?*

CONCLUSIO.

NEQVAQVAM licitum est hoc facere. Ratio est manifesta: quia, vt non est licitum alicui aliena subripere sine licentia domini ad propria necessitati subueniendum, si ipse habet aliàs vnde possit sibi ipsi succurrere: ita nec erit alicui licitum ad subueniendum alterius necessitati, si habet vnde aliàs valeat illi succurrere: quod enim non est alicui licitum, vt sibi subueniat, non erit licitum, vt alteri opem ferat. & confirmatur per D. Aug. & refertur 14. q. 5. Can. forte. vbi dicitur: qui à diuitibus auaris aliena accipiunt, vt pauperibus subueniant, addunt peccatum peccato. vbi glo. quia semel peccauit furando, & iterum distribuendo, quoniam alienat, quæ restituere tenebatur, non enim sunt facienda mala, vt eueniant bona.

Medi. ibidè. *Tertia diffi.* *Verum de bonis communibus possit fieri elemosyna?*

HÆC difficultas suprà q. proxima explicata est, in difficultatibus de Abbatibus, Capitulis, & vxoribus, an possint de iis elemosynam largiri.

QVÆSTIO VI.

Potest ne fieri elemosyna de rebus turpiter, aut illicitè acquisitis?

Ale. Alè. m.
2. & sequenti-
bus vbi supr.
S. Th. Ric. Sil.
loco citato.
Medin. q. 1.

PRO intelligentia totius huius q. animaduerte bonorum illicitè acquisitorum tria esse genera: primum genus est eorū, quæ sunt

sunt certis personis, vt pote læsis restituenda: qualia sunt, quæ per furtum, rapinã, cõcursionẽ, iniustam exactiõnem, metum, fraudem, aut per similia media sunt acquisita: secundum genus est eorum, quæ licet non sint certis personis restituenda, licitè tamẽ à nobis retineri non possunt, qualia sunt, quæ per symoniam, aut per sententiam iniquam, siue per falsum testimonium, aut pro alio crimine perpetrando, sunt comparata: hæc enim licet, non sint iis, à quib. accepta fuere, restituenda, non possunt licitè retineri, sed sunt pauperibus tribuenda: tertium genus est eorum, quæ turpiter sunt acquisita: nihilominus tñ licitè, veluti propria, retineri possunt, qualia sunt, quæ per actum prohibitũ, vel tempore, & loco prohibitis, sunt acquisita, idest, quando modus acquirendi est prohibitus, non tamen lucri, siue rei acceptio est vetita, seu prohibita, vt est lucrum per meretricium, aut per contractum cum excommunicato, aut per negotiationem in tempore, aut loco sacro factam, comparatum: taliter enim acquisita, etsi ex circumstantia sint turpia, efficiuntur tamen ipsius acquirentis propria.

CONCLUSIO.

Si pauper extremam necessitatem, vel quasi, &c. patiatur, de bonis, cuiuscunque generis ex tribus præfatis sint, debet illi eleemosyna fieri. Ratio est: quia si illi tenemur in tali casu de alienis subuenire, vt ex superioribus constat, nedum de propriis, iniustè acquisitis, quando aliter præfata necessitati succurri non potest: quæstio autem est tractanda citra extremam necessitatem.

Prima diffc. De rebus iniustè acquisitis primi, vel secundi generis potest ne fieri eleemosyna?

Alex. & reliqui ubi sup.

CONCLUSIO.

DE reb. primi, & secundi generis non potest fieri eleemosyna. Ratio est: quia tale datum non est ipsius datis, & de alienis citra extremam necessitatem, vt supra dictũ est, nõ potest eleemosyna fieri. & est definita à B. Greg. 1. cap. non est putanda, vbi multa de hac materia continentur. vnde Prouer. 3. Honora Deum de tua substantia, quasi dicat, non de aliena & Isa. 58. Frange esurienti panem tuum: ergo non alienũ: nõ enim Deus talia acceptat: & Eccl. 34.

B. Greg. Prouer. 3. Isai. 58. Eccles. 34.

Limitatio 1.

Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi victimat filium in conspectu patris sui. lege. c. nolite. 14. q. 5. verum cum Alexandro colligo sequentes limitationes. Et prima est, vt intelligatur, quādo non fuit rei malè acquisita: translatum dominiū, & cōpetit repetitio, vel quando non habet vnde soluat vsuras, aut furto sublata, restituat: quia si est translatum dominium, & non competit repetitio, satius est dare pauperibus, quā illis, à quibus acceperunt: vt accidit officialibus, qui multa, inquit Alex. accipiunt per immoderatam improbitatem lege. c. sane. 14. q. 5. & ca. debitores, extra de iur. iuran. & ca. veniens, extra de symonia.

Limitatio 2.

Luc. 16.

Poterit quoque facere eleemosynam, si per illam nō redditur impotens, ad restituendum: super locum Luc. 16. Facite vobis amicos, &c. vide hic apud Alex. 4. expositiones.

Secunda diffi. De rebus tertij generis potest ne fieri eleemosyna?

CONCLUSIO.

LICITE de illis, vt de acquisitis per meretricium, & fornicationem, potest eleemosyna fieri. Et ratio est: quia licet turpiter, & malo modo acquisitum sit, quoniam contra legem egit: nihilominus tamen iustè possidetur: nam acquiritur dominium, & illi, qui dedit pecuniam pro tali flagitio, non competit repetitio, nec accipiendo agit contra legem.

Tertia diffi. Potest ne Ecclesia accipere oblationem à meretrice?

Alex. Alen.

Et alij vbi

suprà.

CONCLUSIO I.

Deu. 23.

SI meretrix fuerit publica, & impœnitens, non debet eius oblatio ab Ecclesia recipi. Et ratio est: ne Ecclesia huiusmodi receptione videatur tali facinori præstare fauorem: & ita olim in lege veteri Deut. 23. lege cautum erat. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud est, quod vouerint. quia abominatio est vtrumque apud dominum Deum tuum.

CONCLUSIO II.

SI meretrix fuerit occulta, vel pœnitens, potest eius oblatio ab Ecclesia recipi. Ratio est: quoniam tunc cessat occasio scandalum etiā, quia tūc si pœnitēs repelleretur, ea occasione, desperaret: quod

quod Christus Dominus visus est docere, quando permisit à muliere peccatrice, sed pœnitente, pedes suos lauari, & ungi, tergi, & osculari. Luc. 7.

D V B I V M I.

Quamobrem in vsura non transfertur dominium sicut in meretricio?

RESPONDEO : Quia pecunia ex natura sua non habet usum aliquem, ex quo fructum possit producere, atq; ita nunquam pro pecunia ex pacto licitè potest maior pecunia accipi, nec dari debet: at verò in actu fornicario, quia corpus, quod est liberæ facultatis alicuius, seruit, & voluntati alterius exponitur, potest lucrari, & transfertur dominium, quemadmodum eius, quod accipitur pro expositione equi, vel domus, in obsequiũ alterius, transfertur dominium in accipientem, & iustè possidetur.

Alex. ubi su.

Hinc ex acquisitis ab histrionibus potest fieri elemosyna propter eandem rationem: quia transfertur dominium.

APPEN. 1.

Hinc de acquisitis per ludum, potest fieri elemosyna, dummodo dominium transferatur, & colludenti repetitio non comperat, lege in 2. florum quæst. de clericis restitutioni obnoxiijs. difficultate 8. & q. de ludi restitutione.

APPEN. 2.

Q V Æ S T I O VII.

Quo ordine, & quibus est elemosyna tribuenda:

HVIC vltima quæstioni, declaratis quibusdam difficultatibus, extrema imponetur manus.

Alex. Alen. 9. 109. S. Tho. art. 9. q. 7. En 8. Sylu. & reliqui ubi supra.

Prima diffic. Quo ordine est faciendâ elemosyna?

Alex. Alen. 9. 113. m. 1. En 2. alij ubi sup.

HAC difficultate explicatur prima pars tituli quæstionis: postulat autem hæc difficultas disputationem de ordine charitatis, quæ cum in floribus secûdi libri ubi de gratia, & charitate simul differetur sit tractanda: modò cum Alex. nostro, quæ præsentis difficultate necessaria sunt, proponemus: ad ordinem explicandum, quarit Alex. quæ sunt attendenda in elemosyna faciendâ?

& respon

& respondet idem: nouem, nempe, fides, causa, locus, tempus, modus, necessitas, siue sanguinis propinquitas, ætas, debilitas, conditio, siue nobilitas: & quilibet istorum nouem articulorum dicit propriam rationem respectu sui oppositi, siue contrarij, licet inter se comparati vnus alteri præferatur. exempli gratia. Primus articulus, nempe, fides, significat, vt fidelis, in quantum talis infideli anteponatur: & sic de reliquis, quæ omnia exposita inuenies in Can. non satis 86. dist. qui est D. Ambr.

D. Ambr.

dist. 86. cap.
fratrem &
cap. in singu-
lis.
1. Tim. 5
D. Ambr. &
Alex. Alen.
est. lege infra
diff. 6.

Nota illos in eleemosyna esse præferendos, quos magis ex charitate diligere tenemur: vnde primò à nobis incipere debemus: secundò à parentibus, à quibus accepimus esse: tertio à filijs, quos carnem nostram dicimus esse: quarto à domesticis, vt B. Paul. ad Tim. docet: quinto extraneis est eleemosyna facienda, qui si boni sunt, malis filijs sunt præferendi. vide cap. citatum, non satis: hoc autem est maximè considerandum in ijs, nempe, quòd si vnus sit in maxima necessitate, & alter citra illam, ille simpliciter est præferendus, cui dans magis est obligatus ob beneficia potiora, & plura, ab illo recepta: si in necessitate, & debito sunt pares, qui iustus est, venit alteri præponendus: tum si sunt in bonitate pares, qui domestici sunt, extraneis præferantur: quæ omnia exactè metiri, & iudicare velle, difficile est, & ferè impossibile, quare ad sit bona fides, atq; conscientia: nam quid agendum sit vnctio docebit. hæc de ordine: nunc quibus sit eleemosyna largienda, dicamus.

Medin. q. 7.

Secunda diffie. Quibus est eleemosyna largienda?

CONCLUSIO.

Lege d. 86. c.
pasce. & dist.
47. c. si cuius
& cap. omnis
qui 7. q. 1.
Eccles. 17.

IN extrema necessitate omnibus etiam si mali & pessimi sint, eleemosyna ad sustentationem naturæ, est danda. Ratio est: quia vnique mandauit Deus de proximo suo, Eccles. 17. & quia omnem proximum diligere tenemur, & nullum occidere: & occideremus, si fame pereunti nõ subueniremus, vt ex superioribus constat: iam citra extremam necessitatem sit.

S. Th. vbi su.
Ric. quæst. 7.
Med. vbi sup.
Eccles. 30.

Tertia diffie. An possit aliquis sibi ipsi eleemosynam facere?

SI loquamur de eleemosyna spirituali, nobis ipsis prius eleemosynam facere tenemur. constat Eccles. 30. Miserere anima tua,

tur, placens Deo: tuncque dicitur quis sibi ipsi eleemosynam facere quando propriam indigentiam, & miseriam bonis operibus nititur, subleuare. vnde B. Augu. ait, Eleemosyna, vt Deo grata sit, à nobis ipsis debet incipere.

CONCLUSIO I.

D. Aug.

Si de eleemosyna corporali fiat sermo, si pauper constitutus est distributor eleemosynæ ab alio, potest sibi ipsi, vt aliis pauperibus, daturus erat, eleemosynam facere. Ratio est: quia adimpleuit dantis mandatum, ductus ratione, quæ ipsum non deterioris conditionis ex eo, quòd dispensator sit, quam si non esset, dicitur: debet enim se inter pauperes, & extraneos computare, & in persona dantis, à quo fuit distributor liberè constitutus, absque fraude, tantum sibi, quantum sibi similibus distribuere. lege q. 2. de rest. diffi. 6. in 2. p. Horum.

Quarta diffi. Est ne eleemosyna malis pauperibus danda?

Alex. Alen.
1. S. Tho. Ric.
q. 8. c. Med.
ubi supra.

PAUPERES mali in triplici sunt differentia. Quidam enim sunt, qui permanent in voluntate, & statu peccandi cõfisi, quòd eleemosyna illis non deerit, quæ si negaretur, fortè nõ ita in peccato permanerent. Alij verò sunt, quorũ vitia non sic verisimile est, per eleemosynas esse fouenda. Tertij autem, qui nolunt dimittere peccatum, & speratur, quòd mediis eleemosynis boni fient.

CONCLUSIO I.

PAUPERIBVS malis primæ differentia, non est eleemosyna conferenda. quando prædictum inconueniens certum aut probabile est: Ratio est: quia subuentio esset tunc fomentum malitiæ, & occasio permanendi in peccato. & confirmatur Can. non omnis, 5. q. 5. & est D. Aug. Vtilius esurienti panis tolletur, si cibo securus iustitiam negligit, quàm esurienti panis frangatur, vt iniustitiæ seductus, acquiescat, & distin. 86. cap. qui venatoribus. eiusdem Aug. & D. Hiero. Da pauperibus, non locupletibus, non superbis, quo necessitas sustentetur, non quo augeantur opes, & vitia. lege cap. 12. Eccles.

D. Aug.

August.

Hiero.

Eccles. 12.

CONCLUSIO II.

Matth. 5.

MALIS pauperib. secundæ, & tertiæ differentia, est indifferenter eleemosyna largienda. Patet, dicente Christo, vt patrem cælestem

lestera imitemur, qui solem suum ortiri facit super bonos, & malos, *Luca 6.* Matth. 5. & Lucē 6. Diligite inimicos vestros, & bene facite iis, qui oderunt vos: inimicos autem, & qui nos odio habent, malos esse ignorat nemo. & ad Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. & subdit, Hoc faciens carbones congeres super caput eius. glo. 1. feruorem charitatis, vel Spiritus sancti, vel vrente in pœnitentia ardorem.

CONCLUSIO III.

86. d. ca. fra- trem. Si in peccatore non peccatum sed naturam consideremus, cuicumque peccatori est eleemosyna eroganda. Ratio est: quia temporalia sunt ad naturæ rationalis, quæ secundum se ordinata est, sustentationem: quæquidem natura licet sit peccatis depressa, nūquam tamen in vita est de illa desperandum: quod Christus, Redemptor noster significare visus est, *Luc. 6.* dicens: Omni petenti te tribue. lege cap. sicut hi. dist. 47. quod est *D. Ambr.* vbi reperies multa.

Medi. vbi supra.

Quinta diffi. Est ne vita pauperis exploranda, vt discretionem in eleemosyna illis eroganda habeamus?

CONCLUSIO.

Tob. 4. **N**EQVAQVAM est exploranda. constat, tum ex Sacra scriptura, vt *Tob. 4.* vbi dixit filio suo: Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem ab vlllo paupete: tum etiam patet ex Iure Canonico, vt cap. quiescamus. 42. dist. & est *D. Chrysof.* vbi docetur, ne examinemus, quales sint, qui eleemosynas postulant, sed sine discretionem omnibus, cum possumus, subueniamus. & in *Can. si cupis. 16. q. 1.* idem traditur. & illustro exemplo *Loth conclusionem:* ille enim indifferenter aduenas, peregrinos, & etiam angelos, putans esse homines, hospitio suscepit.

APPEN. Hinc colligit *Medina*, & pie, non recte facere rectores reip. qui pauperes, aliunde venientes, a suis populis expellunt, nō permittentes, nisi, vt ibi per vnum, aut tres dies commorentur, qui fortē sunt meliores, & pauperiores, quam sint pauperes in ipso populo enutriti: vnde fit, vt sic expulsi, nullibi requiem inueniant, aut per vias sine vlllo remedio motiantur, aut vnde possunt indebitē furentur, &

tur, & pœnam flagellis, vel patibulo luant, quàm fortè non meruerunt: tum etiam deberent tales gubernatores animaduertere, multos etiam mendicantes in sua patria non posse commorari: quia exulant, aut inimicos, quos meritò timent, ibidem habent: vel quia ibi dedecus aliquod, & tale passi sunt, vt malint patriam etiam cum mortis periculo deferere, quàm in ea habitare: vel quia loco pœnitentiæ hoc fuit illis iniunctum, vel id salus animarum, vel populi pax exigat: aut alias ob causas innumeras, quibus homines coacti, aliena loca quærere, & cum necessaria non habeant mendicare coguntur.

Sexta diffic. Si bonis, & malis indifferenter subuenire non possimus, tenemur ne bonos præferre?

CONCLUSIO I.

SVNT boni malis præferendi. Ratio est: quia id ordo charitatis postulat, vt ex prima difficultate huius quæst. constat: quoniam extranei quoque, si boni sint, sunt malis filijs præferendi: verum nota patrem malum, stante æquali necessitate, præponendum esse cuique bono. lege cap. i. dist. 30. quia nullum beneficium tantum est, sicut parentum, & in extrema necessitate magis deferendi essent filij, quàm parentes: quod ex cap. non satis, & cap. quiescamus, citatis iuncta gloss. colligitur.

CONCLUSIO II.

ELEEMOSYNA, vt magis satisfactoria sit pro peccatis, bonis est danda. Ratio est: quia orationes istorum sunt efficaciores apud Deum, & meritis istorum quibus eleemosyna confertur, sit celerior liberatio à pœna, quam passuri erant, eleemosynam largientes.

Hinc executores testamentorum deberent eligere bonos, quibus res mortuorum distribuerent, vt expeditius, & citius à pœna purgatorij liberarentur.

QVÆS

Alex. Alen.
m. 2. S. Tho.
& Medi. &
Syl. vbi supr.
& cap. fratrem dist. 86.
D. Ambr. est super illud cant. 2. Ordinaui in me charitatē, & lib. de offic.

*An elemosyna sit danda sanis, qui possunt labore manuum
sibi necessaria acquirere?*

DECLARATIO tituli huius quæst. notatu dignissima
expositionem sequentium difficultatum exposcit.

*Alex. q. 109.
m. 1. S. Tho. 2.
2. q. 187. ar. 3.
Medi. ubi su.*

*Prima diffi. An sit necessarium homini sano, & robusto ma-
nualiter, seu corporaliter, vel sub præcepto ad
victum acquirendum laborare?*

*Gen. cap. 3.
A. H. 20.*

D. Hieron.

2. Cor. 6.

1. Cor. 9.

*D. August.
Arist.*

NOTA primum cum nostro Alex. ex quo totam hanc diffi-
cultatem, accepit Medina: quòd cum ex fine de vnaquaque
re sumatur iudicium, videndum erit, quo fine homines ad laboran-
dum moueantur: est autem iste finis triplex: nam primo solent ho-
mines manibus operari ad acquirenda vitæ necessaria, quomodo
intelligenda sunt multa vtriusque sacræ paginæ loca: vt, In sudore
vultus tui, vesceris pane tuo. & Act. cap. 20. Ea quæ mihi opus
erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Secundò
ad euitandum otium, & damna ex otio prouenientia, vt docet B.
Hieron. ad Rusticum monachum: Semper aliquid operis facito, ne
te diabolus inueniat otiosum: & vt intelligas de opere manuali
loqui, subiungit: Vel fiscellam, texe iunco, & postea subdit: In desi-
derijs est omnis otiosus. Tertiò laborant homines ad corpus exer-
cendum, & illud rationi subiiciendum, & satisfaciendum pro pec-
catis, quod docet D. Paul. 2. Cor. 6. enumerans ea, quibus corpus
castigatur, dicens: In laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate.
& 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, &c. Nota secundo, quemad-
modum visus est reliquis sensibus principalior, quam obrè reliqui
sensus nomen visus sortiuntur, vt D. Aug. docet: ita etiam quoad
plurima opera est necessaria manus, ab Arist. in lib. de anima, or-
ganum, organorum appellatur, vnde in operatione manuum, non
solùm, quòd manib⁹ fit, est intelligendùm, verum etiã quod fit, quo-
cunque corporis instrumèto: & vno verbo, quodcunque negociùm
homo habeat, vel agat, quo licitè potest victum quærere, labore ma-
nuum cõprehenditur: non enim ratione consonum esse videtur, vt
magistri

magistri mechanicarum artium possint de sua arte viuere, & magistri liberalium artium, vt aduocatus de patrocinio, quod in causa præstat, & medicus, & alij, qui licitis occupationibus nauant operam, non valeant illis victum cibi parare.

CONCLUSIO I.

NON est omnino simpliciter necessarium pauperibus labore manuū victui necessaria acquirere, nec est præceptū necessitate salutis simpliciter exequendum. Probat̃ iuxta diuisionem primi notabilis; nam primò ad acquirendū victui necessaria non est simpliciter necessarium: quia si homo habet diuitias, vel per viam donationis, vel ex hæreditate, vel ex legato, vel per aliam viā suppetunt illi necessaria victui sine manuum labore, non est quòd laboret: neq; secundò ad euitandū otium: propterea quòd alij. modis potest euitari, nempè literis incumbendo, legendo, docendo, visitando, & alia opera misericordiæ exercendo: neque terriò ad corpus castigandum: nam potest corpus affligere per ieiunia, vigilias, orationes, & alia honesta exercitia, quin manibus laboret.

CONCLUSIO II.

QVIA aliter non possunt nisi per laborem manuum victui necessaria acquirere, tenentur sub præcepto laborare. Ratio est: quia homines isti, si otio vacant, paupertate oppressi, sunt reip. perniciosissimi, & multorum malorum patratores. vt constat Prou. 30. Mendicitatem, & diuitias, ne dederis mihi, &c. & infra, Ne egestate còpulsus furer, & periurem nomen Domini Dei mei: & ideo B. Paul. Ad prohibendum furtum, præceptum de opere manuali dat, ad Ephes. 4. Qui furatur, iam non furerur, magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti & 1. Thess. 4. prohibens concupiscentiam alienarum rerum, ait: Operamini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & vt honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. & tandem 2. Thess. 3. prohibens turpia negotia. ita ait: Audiuius enim inter vos, quosdam ambulantes inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes. vbi gloss. .i. fœda cura necessaria sibi procurantes.

Hinc optimè in Regnis inuictissimi Regis nostri Philippi lege cautum est, vt homines otiosi, & vagabundi in exilium mittantur.

Hinc etiam magistratus curam habere deberent, vt pauperes,

F. t. q. f. 4.

H H

qui

Alex. est.

Prouer. c. 30.

Ephes. 4.

1. Thess. 4.

2. Thess. 3.

APPEN. 1.

APPEN. 2.

qui multos filios, & filias habent, & præ nimia paupertate vix, ac ne vix quidem vitam degere possunt, illos ad seruiendum alijs, & ad artes mechanicas discendas collocarent.

Et nota conclusionem esse intelligendam de labore, vt dictum est in secundo notabili: nam qui artem mechanicam non norunt, digitibus, & nobilibus seruire debent. Tandem ad perfectam intelligentiam huius difficultatis, nota quæ sequuntur cum nostro Alex. præceptum legis naturæ duplex esse: vnum enim ordinatur ad tollendum defectum singularis personæ: vel spiritualem, sicut præceptum de actibus virtutum: vel corporalem, vt illud Genes. 2. De omni ligno paradisi comede: alterum verò ordinatur ad tollendum defectum speciei, vt illud Genes. cap. 1. Crescite, & multiplicamini, & cap. quo præcipitur actus generationis, quo natura saluatur, & multiplicatur.

Gen. 2.

Genes. 1.

Secundò nota: inter duo dicta præcepta hoc interest, quòd ad primum quilibet, & ordinatur, & tenetur: ad secundum autem non quilibet singulariter tenetur: nam in ijs, quæ pertinet ad speciem, omnes homines, vnus homo, computatur, iuxta Porphyrij dictum, quo ait: Participatione speciei plures homines sunt vnus homo: vnde sicut vnus homo habet diuersa membra, quibus occupatur in diuersis officijs ad defectum proprium tollendum, quæ omnia non possunt per vnum membrum exerceri, vt oculus videt toti corpori, & pes totum corpus portat: ita quoque esse oportet in eis, quæ ad totam speciem pertinent: non enim sufficeret vnus homo ad omnia, quibus humana societas indiget exequenda, sed ad diuersa officia, diuersos occupari oportet. & confirmatur ad Rom. 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, &c.

Rom. 12.

Tertiò nota, hanc hominum diuersitatem in diuersis officijs emanare: tum ex diuina prouidentia, quæ ita humanum statum disposuit, vt de necessarijs ad vitam nihil deesse inueniatur: tum etiam ex causis naturalibus: quoniam diuersæ inclinationes in diuersis hominibus ad diuersa officia, vel ad diuersos modos inueniuntur: quare cum labore manuum aliquis possit subuenire proprio defectui, & alieno: & vnus homo sibi sufficere in omnibus non possit, sed indigeat alieno auxilio: patet præceptum de labore manuum quodammodo sub vtroque genere prædictorum in primo notabili con

li con

li contineri: nam in quantum labore vnus subuenitur, necessitatibus aliorum, pertinet ad secundum genus: quatenus autem sibi ipsi soli succurrit, ad primum genus refertur.

Quartò nota, præceptum primi generis, quod ordinatur ad defectum naturalem, vel corporalem tollendum, non obligare, nisi defectu existente, vt est præceptum de comedendo: vnde si aliquis posset viuere sine cibo, non obligaretur ad præceptum comedendi: ita quoque theologandum est de præcepto laborandi, quatenus ordinatur ad defectum singularem tollendum, quod quidem non obligat, nisi defectu existente: & ideo qui habet aliàs vnde possit licite viuere, manibus operari haud tenetur.

Secunda diffi. Vtrum licitum, & meritorium sit, diuitias propter Christum relinquere?

*Alexã. Alen.
q. 106 m. 1.
Medi. 7 bi. ju.*

CONCLUSIO.

EST profectò maximè licitum, & meritorium, diuitias habentibus eas relinquere, & in summa paupertate viuere. Hanc conclusionem Christus Redemptor noster verbo, & exemplo docuit: verbo quidem Marci. 10. Vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus: & Luc. 12. Vendite, quæ possidetis, & date cleemofynam. & Matth. 5. Beati pauperes spiritu, &c. exemplo etiam confirmauit: quia cum diues esset, pauperrimus fieri voluit: tum in infantia, quia ex matre pauperrima natus, & in præsepio inclinatus, paruoque lacte pastus est: tum in vitæ progressu: nam vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habuit, vbi caput suum inclinaret: & in morte quoque nudus in Cruce mortuus est, & in alieno sepulchro positus: & Nicolaus. 3. illam declarauit in Extravaganti, exiit, & sancti eam sunt amplexati, ait D. Aug. inde Ecclesiasticis dogmatibus: bonum est de propriis pauperibus erogare, sed melius omnia relinquere, & cum Christo egere. & D. Hier. ad Heluidiã, Si vis esse perfecta, & in primo dignitatis fastigio stare, sequere Apostolos: da omnia, quæ habes, pauperibus, & nuda nudum Christum immitare.

Matth. 10.

*Luc. 12.
Matth. 5.
2. Cor. c. 8.*

Luc. 9.

B. August.

D. Hiero.

HH 2 Tertia

Tertia diffi. Vtrum sit actus perfectionis Euangelica, omnia propter Christum relinquere?

Matth. 19. EST quidem actus perfectionis Euangelicæ. patet *Matth. 19.* Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & exemplo Christi confirmatur, cuius vita fuit perfectissima, & pauperrima: vt modò diximus: & perfectus omnis erit, si sit sicut magister eius. *Luc. ca. 6.* & iis promisit Christus sedes duodecim, tanquàm perfectis, vt habes in 2. p. florum in q. de beatitudine. & apud Alex. nostrum reperies multas auctoritates sanctorum, qui hoc communi consensu confitentur.

*Alex. Alen.
Med. vbi su-
prà.*

Quarta diffi. An sit actus perfectionis omnia propter Christum in communi, & in particulari, relinquere?

1. Tim. 6. EST sane actus Euangelicæ perfectionis, non qualiscunque, sed abundantis, relinquere omnia in communi, & in particulari, tanquàm consilium principale, principium fundamentale, & fundamentum sublime Euangelicæ perfectionis. Hæc conclusio est nostri Alex. ad verbum: & primum, inquit ille, suadet natura, secundum scriptura, & tertium gratia: est quidem consilium principale: quoniam viam præbet ad alia: nam abundans paupertas disponit ad carnis macerationem, & mortificationem, & propriæ voluntatis renunciationem, cum nihil sibi determinet, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: natura quoq; ipsa viâ spiritualiter ad paupertatem hanc parat, siue instituta, siue lapsa, consideretur: nam homo nudus formatus, etsi in statu illo steterit, nihil sibi prorsus appropriasset: homo namque nudus nascitur, & moritur, & ideo hæc rectissima via est, non declinans à dictis extremis natiuitate, scilicet, & morte, & hoc est quod *1. ad Tim. 6.* dicitur: Nihil inulimus in hunc mundum, haud dubium, quod nec auferre quid possumus. vnde colligit B. Pau. Habentes autem alimèta & quibus tegamur, his contenti sumus. & *Iob. cap. 1.* Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Deinde sicut radix, & fundamentum omnium malorum est cupiditas: ita etiam sublime fundamentum perfectionis est perfectissima hæc paupertas, quæ omnino, & in communi, & in particulari cupiditatem ex-terminat:

terminat, hanc scriptura docet, pauperes beatos vocans, vt ex supradictis constat, & Spiritus sanctus inspirat: hic enim est, qui amare cœlestia, & præsentiā contemnere facit: nam diabolus, & mundus, semper ad bonum priuatum declinant: & vno verbo, si actus perfectionis est, vt ex proximè dictis constat, relinquere omnia propter Christum maioris perfectionis profectō erit relinquere in communi, & in particulari.

Hinc summi Pontifices hunc viuendi modum Spiritu sancto edocti approbarunt, vt constat ex decretali nimis praua, de excessibus prælatorum, & in fine regulæ nostræ confirmatur, vbi dicit Honorius Papa: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursum.

Quinta diffie. Virum qui ita in communi, & in particulari, omnia relinquunt, exponant se periculo mortis propter famem, & Deum tentent?

Alex. Alen.
m. 1. & m. 2.
ar. 2. vbi sup.

CONCLUSIO.

ISTI, neque Deum tentant, nec periculo mortis propter famem se exponunt. Hanc conclusionem confirmant diuina consilia, & promissa, & exempla, quibus in diēs videmus tales pauperes sustentari. vnde D. Aug. in tractatu de eleemosyna ait: Helias in solitudine coruis ministrantibus pascitur, & Danieli in lacu existenti diuinitus prandium apportatur, & tu metuis, ne, benè operanti, & Dominum meruenti, desit alimētum, cum ipse in Euangelio ad exprobrationem eorum, quorū mens dubia, & fides parua, contestetur, & dicat: Respicite volatilia cœli, & c. an eis terrena deerunt, quibus cœlestia, & diuina tribuuntur? Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem: vnde ad Hebræos 13. Non te deferam, nec derelinquam. & Luc. 22. Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? at illi dixerunt, & nihil: tandem nec exponunt se periculo: habent enim remedium, vel mendicando, vel laborando exemplo Apostolorum, qui aliquando labore manuum alebantur: & qui dat escam pullis coruorum, & c. nonne dabit iustis eum inuocantibus.

D. August.
3. Reg. 17.
Daniel. 14.

Matth. c. 6.
Psal. 36.
Iosue 1. & ad
Hebræos 13.
Luc. 22.

Psal. 146.

Sexta diff. Vtrum talis renunciatio in communi, & in particulari fit contra Euangelium?

Ioan. 12.

HA V D immeritò quæritur: quoniam Ioan. 12. legitur loculos Christum habuisse.

CONCLUSIO.

Alex. esf.

MO D V S habendi loculos nullo modo minuit paupertatem in communi, & particulari, nec est talis paupertas Euangelio contra-

D. Hieron.

ria. probatur conclusio multis rationibus: & primò, quia illos habuit Christus, vt alijs pauperibus eleemosynâ largiretur, vt sentit gl. in locum, Producēs fœnum iumentis, &c. & in locum Ioan. 12. Ea quæ mittebantur, portabat. Tertio, propter institutionem formæ Ecclesiasticæ in pecunia habenda: nam præcipiens nõ esse cogitandum de castino, non voluit prohibere, ne sancti pecuniâ haberent, sed ne illi pro pecunia seruirent, & ne præ inopiæ timore iustitiam desererent. Quarto ex B. Aug. homil. 57. super Ioan. quia Ecclesia loculos habitura erat, & intelligeretur, non esse peccatum illos habere in subuentionem pauperum, sicut est peccatum illos ex cupiditate habere, vt Iudas habuit. Quintò ex Chrysof. homil. 7. super Ioan. commisit loculos Iudæ, vt omnem ab eo absunderet malefaciendi occasionem: ne diceret, propter pecuniarum desiderium, Magistrum vendidisse. Tandem habuit loculos in articulo necessitatis, nempe, quando transibat per Samaritanos, in quo etiam articulo discipulos loculos habere permisit. Iuxta illud Luc. 22. Quando misi vos sine pera, &c. vbi glo. non eadem regula viuendi persecutionis, quæ pacis tempore discipulos informat, missis quidem discipulis ad prædicandum, ne quid tollerent in via præcepit, ordinans, vt qui Euangelium prædicat, de Euangelio viuat: instante autem mortis articulo, & tota illa gente Pastorem simul, & gregem persequentem, congruam tempori regulam decreuit, permittens, vt tollant necessaria viætui, donec sopita persecutorum insania tempus Euangelizandî redeat. lege etiam gloss. Luc. 12. in locum, Nolite quætere quid manducetis. vbi dicitur, nihil retinere ad vsus necessarios, non præcipitur à Domino, sed consulitur.

B. Aug.

Chrysof.

Luc. 22.

QVÆSTIO IX.

De mendicitate?

POSITIS aliquod difficultatibus, & quæstio absoluetur, & tractatui finis imponetur.

Alex. q. 107.
S. Tho. 2. 2. q.
187. ar. 4. &
S. Medin. ubi
suprà.

Prima diffi. Vtrùm mendicare pro Christo, & de quotidianis eleemosynis viuere, sit licitum?

Alex. Alen.
m. J. S. Th. &
Med. ubi su.

CONCLUSIO.

EST quidem licitū: & probatur Matth. 10. dixit Christus duodecim discipulis suis: Nolite possidere aurum, nec argentum: nec pecuniam in zonis vestris, nec peram in via, neque duas tunicas, nec calceamenta, nec virgam: dignus est enim operarius cibo suo. & Luc. 10. Nolite portare sacculum, nec peram, &c. & sequitur deinceps: In eadem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua: ergo iuxta hanc Domini persuasionem, licet, ea, quæ victui necessaria sunt, mendicare. & confirmatur: quia si non liceret, nõ dixisset. Matth. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: tum etiam, quia quod lege non prohibetur, licitum est: & mendicare neq; lege naturæ, nec lege scripta, neque lege gratiæ est prohibitum. Patet quoque exemplo B. Alexij, qui cum amplissimum patrimonium haberet, relictis omnibus, mendicatione victui necessaria sibi comparauit. & exemplo etiam B. Benedicti, & D. Greg. & B. Francisci, & Dominici, & aliorum sanctorum constat.

Hinc confutatur error Ioan. Vviteless: qui mendicitatem non esse licitam docebat, quem suscitauit Lutherus hoc nostro seculo dicens, mendicitatem esse lege prohibitam: qui error fuit condemnatus in Concil. Viënen. vbi modus viuendi fratrum Minorum per mendicitatem decernitur esse, & licitus, & meritorius, & in Conc. Constant. Sess. 8. lege apud Castrum contra hæreses, verbo mendicitas hæc, & alia loca sacre Scripturæ, quibus conclusio corroboratur.

Hæresi.

CONCLUSIO.

*Alc. Alē. m.
2. ar. 1. & re-
liqui ubi sup.*

EST meritorium pro Christo mendicare. Hæc conclusio definita est in Concilio Viēnen. proximè citato, & in extrauag. exiit. de verb. signific. tum etiā, quia nihil suadet Dominus directè, vel ex consequenti, quod non sit meritorium. vt patet ex locis Matth. & Luc. 10. proximè citatis: Christus ex consequenti mendicitatem persuasit: nam si nullus auditorum Apostolis tunc alimēta præstitisset, vt accidit Christo, in die palmarum, quem nullus ad prædium inuitauit, & reuersus fuit vsque Bethaniam, necessariū, ne fame perirent, mendicaturi erant: & Ecclesia aliquando mendicitatem, vel temporalē, vel perpetuā in satisfactionē imponit, quod non faceret, si mendicitas satisfactoriā, & meritoria, non esset: & confirmatur exemplo Lazari mendici, Luc. 16. Et factum est, vt moreretur, vt mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Habrahæ, id est in requiem beatorum pauperum, vt glos. inquit, insinuans præmium suæ mendicitatis: tandem probatur exemplo B. patris mei Francisci, qui non solum mendicauit, verum etiā suos filios in regula mendicare docuit, dicens: In paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadat pro eleemosyna confidenter: quod nec fecisset, nec docuisset, nec Ecclesia approbasset, si mendicare pro Christo meritorium non fuisset.

*Mat th. &
Luca 10.*

Matth. 21.

Luc. 16.

*Alex. art. 2.
& reliqui ubi
sup.*

*Tertia diffi. An sit mendicare perfectionis Euangelica opus,
& super erogationis?*

CONCLUSIO.

Luc. 16.

MENDICARE ex necessitate natura est miserabile, & tollerabile, & per patientiam laudabile, & meritorium efficitur. v. g. vt cum quis mendicat non solum quia pauper est: sed etiam quia infirmitatem, vel debilitatem, vel vtrūque simul habet. Patet conclusio exemplo Lazari, qui erat mendicus, iacens ad portam diuitis, vlceribus plenus, & subditur, Mortuus est mendicus, &c. vnde colligitur, mendicitatem ex necessitate præueniētē, occasionem esse in viam salutis æternæ perueniendi. Iuxta illud

B. Greg.

B. Greg. apud Alex. Mala, quæ nos hic præmunt, ad Deum ire compellunt. Greg.

CONCLUSIO II.

MENDICARE ex culpa vituperabile est, vt v. g. mendicare pro otio fouèdo, vel pro lucro cumulâdo, vel vtroque modo. B. Amb.
 batur conclusio auctoritate B. Amb. in lib. de offi. Petitionis causa veniunt validi, nullam causam nisi vacandi habentes, & volunt subsidia euacuare pauperum, exinanire sumptum, &c. & hic mendicandi modus est reprehensione maxima dignus, præsertim in D. August.
 illis, qui habent speciem sanctitatis, contra quos agit D. Aug. in lib. de monachorum opere: propterea quòd, inquit, non solum pigritiam in se ipsis mendicando fouebant, verumetiam prædicando aliis suadebant.

Hinc, qui plures eleemosynas, quam congruæ sustentationi opus est, petunt, & acquirunt, peccant, & alios pauperes expoliant. APPEN.

CONCLUSIO III.

MEDICARE pro Christo venerando, & imitando, est Evangelicæ perfectionis, & opus supererogationis. patet Matth. 19. Si Matth. 19.
 vis perfectus esse, vade, & vende omnia, &c. quia opus consilij est opus perfectionis, & supererogationis: & mendicare, vt ex proximè dictis constat, opus consilij Evangelici est. patet etiam ex supradictis.

Hinc confutatur error quorundam magistrorum Parisiensium. Error.
 Oppositum asserentium, qui fuerunt condemnati per Innoc. 4. & Alex. 4. vide Medinam vbi supra.

Quarta diffi. Monachi desistentes ab actibus religiosis, peccant ne mortaliter vtendo eleemosynis: & bonis suo monasterio concessis?

Caie. vbi sit. S. Tho.

PROPOSITIO.

MONACHIS, qui nullam vtilitatem reipublic. afferunt sed otiosè vitam degunt, & sine vlla cura, prohibitus est eleemosynatum, & redituum monasterij vsus, & ratione ingratitude, aliquando mortaliter si ingratitude fuerit mortalis, aliquando venialiter peccant. Et ratio est: quia hac de causa, benefactores donarunt sua bona, & eleemosynas conuentibus,

HH 5 vt

Psal. 104.

vt religiosi diuinis officijs, & religiosis actibus operam nauarent. *Psal. 104.* Dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. & ideo *Osee 4.* peccata populi comedere dicuntur.

Osee 4.

Quinta diffi. Tenebuntur ne isti ad restitutionem?

CONCLUSIO.

TALES monachi, & otiosè viuentes, & fraudulentè eleemosynis, & monasterij redditibus vtentes, non tenentur ad restitutionem. Et ratio est: quia illa bona fuerunt monasterio donata, & non ex aliquo contractu iustitiæ, atque ita non tenentur ad restitutionem: tum etiam, quia est verè pauper, & peccatum, quod vtendo eleemosynis committit, non est in retentione rei alienæ, sed in abusu rei concessæ, vt *D. Bona. q. 8.* super regulam nostram docet.

APPEN. 1. Hinc prælati deberent expoliare illos eleemosynis, & cogere, vt ad regularem obseruantiam redeant.

APPEN. 2. Hinc religiosi, licet sint inutiles, & inepti ad opera exteriora, si tamen sunt boni in se, licitè bonis monasterij vtuntur. Ratio est: quia hac de causa, est vita monasterij instituta, vt ipsi sint boni in se, & satis prodest reip. qui se bonum, & innocentem præbet.

Alex. Alen. m. 3. ubi sup.

Sexta diffi. Vtrùm perfectius sit simul dare omnia pro Christo, & postea mendicare, vel retinere ad suam, & pauperum sustentationem paulatim sibi, & pauperibus dispensanda?

CONCLUSIO.

D. Hiero.

MELIVS est omnia simul pro Christo dare, & postea mendicare. Probatür primo authoritate *D. Hier. cõtra Vigilantium* epistola 57. Quòd, inquit, asseris meliùs eos facere, qui vtuntur reb. suis, vt paulatim fructus possessionum pauperibus diuidant, quam illos, qui possessionibus venundatis, simul omnia largiuntur, non à me, sed à Domino tibi respondetur, Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me, ad eum, inquit, loquitur, qui vult esse perfectus, qui cum

Matth. 19.

qui cum Apostolis patrem, nauiculam, & rete dimittit: iste, quem tu laudas, secundus aut tertius gradus est. lege quoque epistolam eius ad Heluidium, & ad Rusticum monachum. & D. Aug. de Eccl. D. Aug. de Ecclesiasticis dogmatibus ait: bonum esse de proprijs pauperibus erogare, sed melius omnia relinquere, & cum Christo egere.

Septima diffic. An liceat diuiti aliquando mendicare?

CONCLUSIO.

DIUES eliciens eleemosynam humilitatis, aut peregrinationis causa, quam eleemosynam postea pauperibus erogat, non peccat, sed honestè operatur. Et ratio est: quia hic homo non querit sibi eleemosynam, sed pauperibus.

Octaua diffic. An, qui ficta paupertate, eleemosynam mendicando acquirit, peccet, & ad restitutionem teneatur?

HVIC difficultati responsum est in 2. p. florum in q. de clericis restitutioni obnoxijis. in 8. difficultate, ibi lege.

Nona diffic. Qui verè pauper est, si ad eleemosynam extrahendam ab aliquo fingat se esse eius consanguineum, tenebitur ne restituere?

CONCLUSIO I.

ISTE non tenebitur restituere. Ratio est: quia huiusmodi homini pauperi debetur eleemosyna: atque ita, licet fingat se consanguineum diuitis, vt ab eo eam recipiat, nemini facit iniuriam: item quia causa principalis in hoc casu est paupertas, & in eo nihil huiusmodi fingitur, sed tantum fingitur in eo casu impulsua, scilicet consanguinitas: quare cum nullus error existat in causa principali, datio illa eleemosynæ non erit inuoluntaria, neque restitutioni obnoxia.

Dices: quid si diues huic homini fingenti consanguinitatem, Dubium. det eleemosynam, non paupertatis, sed consanguinitatis causa?

CON

CONCLUSIO II.

Si is, qui accipit verè pauper est, & is, qui dat, respondet suæ necessitati proportionabiliter, in tali casu tenetur ad restitutionem. Et ratio est: quia illa eleemosyna sibi debetur ex charitate: ita tenet Medina. C. de restitut. q. 24. ad 5. & Adrian. in 4. in materia de restitutione in q. quæ incipit, Contra quæritur.

Decima diffie. An Christus summam habuerit paupertatem?

CONCLUSIO.

Zachar. 9.

Psal. 29.

Luc. 9.

Act. 1.

Matth. 19.

2. Cor. 8.

HABVIT Christus Dominus summam paupertatem. constat ex locis sacræ Scripturæ. Zacharias enim de Christo prophetizans, ait: Ipse pauper, & ascendens super asinam. & David Psal. 29. in Christi persona, inquit: Ego mendicus sum, & pauper: Christus de se ipso, Luc. 9. ait: Vulpes foueas habent, & filius hominis non habet, vbi caput suum reclinet; & tandem Christus prius cepit facere. Actuum cap. 1. quàm docere, & cum Matth. cap. 19. summam, & perfectissimam, paupertatem docuerit, dicēs: Si vis perfectus esse, &c. erit profectò de fide tenendum, summam paupertatem seruasse. vnde D. Paul. 2. ad Cor. 8. Scitis gratiam Domini nostri IESV Christi, qui propter vos egenus factus est, vt vos diuites essetis.

Vndecima diffie. Vtrum Christus mendicauerit?

Alex. Alen.

q. 107. m. 2.

Et m. 4. Et

Med. vbi sup.

Psal. 39.

Hæresis.

2. Cor. 10.

QVATVOR fuerunt modi dicendi circa hanc difficultatem, quidam enim falsum esse Christum mendicasse asseruerunt, alij inconueniens esse Christo mendicationem adscribere affirmauerunt. Tertij de medicitate quoque sanctorum, fuerit ne Deo accepta, dubitarunt. cum sit maximè Deo grata, eò quòd in mendicatione humiliatio, & vilificatio, quæ plurimū sunt Deo grata, resplendeant, & in Psal. 39. Ego mendicus, & pauper, & Dominus sollicitus est mei: qui quidem non esset sollicitus, si ei mendicitas displicuisset. Quarti fuerunt hæretici, qui mendicitatē esse contra Euangelium, & ab Apostolo prohibitam, tanquā malam tenuerunt cum 1. ad Cor. 16. prædicauerit collectas fieri pro pauperibus. vide Castrum verbo mendicitas. contra hæreses.

CON

CONCLUSIO.

CHRISTVS Redemptor noster mendicus fuit, & mendicanti se exposuit. Et ratio est: quoniam, vt ex proximè dictis constat, Scriptura sacra non erubescit mendicum, eum appellare: fuit enim mēdicus in infantili aetate: vt sentit Fulgentius in sermone de Epiphania, dicens: *Æstuo, cūm inspicio in præsepe mendicum: mendicus fuit alieno locatus tugurio, & alieno reclinatus in præsepio: fuit & mendicus in puerili aetate, teste B. Bernardo in sermone super illud Lucæ: Cūm factus esset Iesus annorum duodecim. Luc. 2. qui ait: Vbi eras bone Iesv, &c. & sequitur: Quasi vnus ex turba pauperum stipem per ostia mendicabas: & in virili aetate quoque mendicauit, vt hospitium à Zacheo Lucæ 19. Festinans descende: quia in domo tua oportet me manere: & mendicauit porum à Samaritana. Io. 4. Mulier da mihi bibere. & in Psal. sapè mendicus nominatur.*

Hactenus de tribus partibus satisfactionis, de oratione, scilicet, ieiunio, & elemosyna, sub quibus alia omnia opera pœnalia comprehendūtur: nam sub ieiunio oīa opera, quibus caro affligitur, intelliguntur, vt sunt macerationes, afflictiones, flagellationes, & peregrinationes: & sub nomine elemosynæ continentur omnia opera misericordiæ corporalia: & oratio suo ambitu omnia opera spiritualia misericordiæ comprehendit. Item nota, quod licet singula istarum triū partium singulis peccatis curandis approprientur: quoniam per ieiunium homo reuocatur à concupiscētia carnis, per elemosynam à concupiscētia oculorum, & per orationem, à superbia vitæ: nihilominus tamen, per quamlibet partem istarum trium, pro quolibet peccato potest fieri satisfactio: quoniam hæc correspondētia, neq; est de congruo, neque de necessitate in singulis casibus: patet exemplis positis: pauperi enim, neque congruum, neque necessarium est iniungere aliquid istorum, si est insufficientis ad ea, vt si pauper nutritur labore, ita vt, quo die non laborat, victu careat: & si ieiunaret redderetur ad laborem impotens, & orationi labore lassatus vacare non posset: & à fortiori, minus poterit elemosynam facere: sed iniungēdum istis hominibus est, vt labores, & reliqua infortunia, quæ illis accidunt, in satisfactionem suorū peccatorum in Deum referat, quousq; oportunitas aliter satisfaciēdi se offerat: nam per opera pœnalia possu-

mus Deo satisfacere, vt in difficul. præcedente tractatu orationis diximus: & hoc esset prædicandum, & sapè, ne huiusmodi videntes se non posse pœnitentias iniunctas adimplere, desperarent. Patet etiam exemplo diuitis, qui lapsus est peccato carnis, si ad eò fit delicatus, vt nolit ieiunare, nec macerationem carnis subire: vel si est præsumptio, quod ieiunia sibi imposta non adimpleret, & ita de nouo peccaret, erit elemosyna, vel oratio imponenda, si libentiùs accipit, & creditur perseverantiùs adimpleturum: & si nullam vellet accipere pœnitentiam & haberet dolorem de peccato, & firmum non peccandi propositum, esset absoluendus ne in desperationem caderet, esset tamen intimanda ei pœnitentia, quæ erat pro suis peccatis iniungenda, & suadendum, vt ea in se, vel in equiualentem studeat adimplere: alioquin erit eam ad plenum in Purgatorio soluturus.

¶ IN q. de iniustitia aduocati, & c. in 2. p.

S. Th. 2. 2. q. 71. art. 3. Syl. verb. aduocatus. nu. 5. Soto de iusti. c. 3. lib. 5. q. 8. arti. 3. Naua. in sum. c. 25. nu. 28.

D V B I V M I.

Quando aduocatus dubitat, sit ne causa iusta propter aliqua iuridica fundamenta, erit tutus in conscientia patrocinando?

C O N C L V S I O I.

Q V A N D O aduocatus patrocinator in causa dubia, quæ iudicio suo videtur anceps: quia vtraque pars est probabilis, in conscientia tutus est patrocinando. Tenebitur tamen admonere clientem de dubietate causæ.

APPEN.

Hinc, si causam, quam probabilè in principio iudicauit, in progressum litis iniustam esse, intellexerit, tenetur illam deserere: l. rem non nouam. §. patroni. C. de iud. & cliente. & vt causæ cedat; persuadere, vel saltem ad honestam concordiam eum inducere.

C O N C L V S I O II.

S I causa, quam aduocatus defendit, est mortis, vel sanguinis, vel in ea honor alicuius particularis periclitatur, etiam si aduersa sententia magis probabilis sit, licitè poterit eam defendere. Et ratio est: quia melior est conditio possidentis. In causis autem minoris momenti vix absque periculo, quæ infirmior causa, atque debilior est, defendi potest.

D V.

D V B I V M I I.

Aduocatus videns se in principali causa iustitia carere, poterit propter defectus quosdam, & nullitates processus partis contraria, suam causam defendere?

RATIO dubitandi est: quia accidit plerumque, ut iudex proferat sententiam in fauorem aduocati estimantis se iniustam causam defendere, & contra illum, qui iuridicis fundamentis iustissimæ causæ patrocinator: hac igitur de causâ quæritur, an liceat aduocato, &c.

C O N C L V S I O.

AD V O C A T O, in principali iniquam causam habenti, non licet aduersarium, assumens aliquod caput extrinsecum, iustum (respiciens fortè processum, vel alios) vexare. argumento glo. in cap. cupientes, in verb. malignantium. de electione in 6. impeditur enim, vel differtur hac occasione iustitia parti contrariæ competens, quod nullo modo licitè fieri potest. Ratio autem dubitandi ex parte iudicis adducta potius est contra aduocatum, quia facit suis tricis iustitiæ executionem differri: quare & peccat, & ad restitutionem damni aduersæ parti illati tenetur. arg. cap. i. de offic. delegati.

D V B I V M I I I.

Quid, si aduocatus ex ignorantia litem perdididerit?

C O N C L V S I O.

AD damnum parti aduersæ illatum restituendum est obligatus. l. idem iuris. §. i. ff. ad legem aquiliam. Ratio est: quia tenetur esse in iure peritus. l. nemini. C. de adi. iud. merita causâ scrutari, diligenter studere, debita remedia adhibere, & cura iuris peritos consulere: nec satis est ut ijs omisis, propriæ innitatur prudentiæ: nam istorum neglectum lætæ culpæ æquiparatur: neque enim excusat ignorantia aduocatum, nisi quando nihil eorum, quæ adhibere tenebatur, omisit.

*Doc. ubi sup.
Sylu. verb.
restit. 8. nu. 5.*

Q V Æ S

QVÆSTIO VLTIMA.

De Purgatorio.

DE hoc art. differunt DD. d. 20. Magistri: & sunt præsertim legendi D. Bona. & Ricar. & pater à Castro, verbo Purgatorium, contra hæreses. Absoluetur positus aliquot difficultatibus.

Prima diffic. An sit Purgatorium post hanc vitam?

DD. dist. 20.
Ric. art. 2. D.
Bona. q. 1. &
vlt. artic. 1.
Cast. Verbo
Purgatorium
contra hæreses.
Macha. 12.

CONCLUSIO.

IN alia vita est Purgatorium, in quo animæ pœnam temporalem pro peccatis mortalibus, & venialibus, iam dimissis, quoad culpam patiuntur. Pater Machab. 12. Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. Quis locus non intelligitur de beatis, pro quibus non est orandum, cum sint in patria, neque de damnatis, quia ibi nulla est salutis spes.

Hæresis.

Contra hanc veritatem est hæresis Lutheri, & aliorum, qui Purgatorium negabant. Vide Castrum vbi supra.

Ricar. q. D.
Bon. art. q. 2.

Secunda diffic. An pœna Purgatorij sit maior quacunque alia præsens vita pœna.

CONCLUSIO I.

POENA damni, quam iusti in Purgatorio patiuntur, non est maxima: quia cum sit exilium temporale à regno, spe videndi Deum minuitur. Quid? quod sequeretur ex opposito, olim sanctos Patres habuisse in limbo maiorem pœnam, quam si viui in hac vita comburerentur.

CONCLUSIO II.

POENA sensus in animabus Purgatorij est grauior quacunque alia huius vitæ pœna. Ratio est: quia anima separata habet potentias perspicaciores: & ita tunc de quacunque re nolita magis contristatur.

Tertia

Tertia diffi. Quorum ministerio anima in Purgatorio cruciantur?

*Ric. q. 3. ar. 1.
quæst. 5.*

CONCLUSIO.

NON cruciantur ministerio dæmonum. Ratio est: quia sunt inimici: deducuntur tamen animæ iustorum ad Purgatorium, per ministerium bonorum Angelorum, ut animæ damnatæ per ministerium dæmonum in infernum deportantur. constat Luc. 16. de Lazaro, & diuite Epulone. vide D. Bon. vbi supra vbi que tamen torquentur igne.

Quarta diffi. An pœna existentium in Purgatorio sit meritoria, & voluntaria?

VIDE D. Bona. vbi supra art. 1. q. 3. Ric. q. 2.

CONCLUSIO I.

ANIMÆ existentes in Purgatorio voluntariè, id est patienter tormenta sustinent: patet exemplo infirmi, qui patienter sustinet tormenta ignis, quoniam intelligit esse remedium ad salutem necessarium.

CONCLUSIO II.

IN Purgatorio nullus demereri potest. Ratio est: quia posset tunc peccate, & ex cõsequenti damnari, quod est manifestè falsum.

CONCLUSIO III.

ANIMÆ in Purgatorio existentes per patientiam quam habent in tormentis, neque gratiæ, neque gloriæ augmentum promerentur: patet Ecclesiast. 9. Quodcunque potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia est apud inferos, quo tu properas: quo loco Purgatorium infernum appellatur: tum etiam, quia solus actus in hac vita elicitus à charitate, est meritorius.

F. r. q. f. 4.

II FLO

FLORES QVÆSTIONIS

de Sacramento extremæ Vnctionis.

Art. I. De his, que ad essentiam huius Sacramenti pertinent.

DD. dist. 23.
q. unica Sco.
Durand. q. 1.
Ric. ar. 1. q. 1.
Concil. Trid.
Sess. 14.

HIC articulus, aliquot difficultatibus positus, patebit.

Prima diff. An extrema Vnctio sit Sacramentum?

CONCLUSIO.

D. Iaco. c. 5.

EXTREMA Vnctio verum est sacramentum: est enim ceremonia à Christo IESU instituta, gratiam conferens: Nam si in peccatis (inquit D. Iaco.) fuerit, remittentur ei. estque definita in Conc. Trid. Sess. 14. cap. 1.

Secunda diff. Enic ne hoc Sacramentum à Christo institutum?

Ric. q. 2.

HANC difficultatem expositam leges art. 5. q. 3. de sacramentis in genere:

Tertia diff. Cùm habeat plures vnctiones, & formas, est ne vnum Sacramentum, an plura?

CONCLUSIO.

D. Bon. ar. 1.
q. 3. & 4. Sco.
ibi. Dur. q. 2.
& 3. Ric. q. 3.

VNUM est, unitate perfectionis, licet plures vnctiones; & formas habeat: constat à simili de sanctissimo Eucharistie Sacramento, quod vnum est, quamvis duas formas, duasque materias partiales habeat.

Quarta diff. Quanam est huius Sacramenti materia?

CONCLUSIO I.

NECESSARIA materia est oleum oliuarum. Definita est, in Can. vnico de sacra vnctione, & in Concil. Florent. sub Eugenio IIII.

CON

CONCLUSIO II.

Est etiam de necessitate huius sacramenti, vt oleum sit benedictum. Definita est in Conc. Trid. vbi supra c. i.

CONCLUSIO III.

Est etiam de essentia huius sacramenti, vt benedictio fiat per Episcopū, aut à Sacerdote per Papæ facultatē. Definita est in Cōcil. Trid. proximè citato expressè: nam dicit Conciliū, materiā esse oleum ab Episcopo benedictum: quæ quidem benedictio facta ab Episcopo, cum non sit de iure diuino, sed de positiuo tantum, poterit per solum Romanum Pont. Presbytero committi.

Hinc cauendus erit Caiera. qui licet timidè, existimat olei benedictionem per quemlibet Presbyterum fieri posse.

Quinta diffi. Quanam est huius sacramenti forma?

APPEN.
D. vbi sup.
Ric. q. 4.

CONCLUSIO.

PRÆCISA forma est: Indulgeat tibi Deus quicquid peccasti per visum, &c. ita, vt per verbum indicatiui modi non cōficiatur. Definita est expressè in Conc. Flor. D. Bona. & Ric. referunt àliquis ecclesias, vt Græcorum Ecclesiam, habere formam indicatiui modi, dicendo: Vngo oculos tuos oleo in nomine Patris, &c. apud quos nisi addatur: Vt indulgeat tibi Deus, &c. extrema Vnctionis sacramentum non conficietur.

Art. I I. De effectu huius sacramenti.

An sit remissio venialium principalis effectus?

DVÆ sunt opiniones, quas citat D. Bona. Vna tenet non esse proprium effectum venialium remissionem, sed diminutionem reliquiarum peccati originalis, & actualis, & est S. Tho. Altera opinio est Ric. D. Bona. Scot. Duran. & Maio. qui tenent ordinari ad remissionem venialium.

D. Bona. q. 1.
art. 1. q. 2.
ar. 2. Ric. q. 5.
q. 6. art. 1.
Duran. q. 1.

CONCLUSIO I.

REMISSIO venialium est huius sacramenti effectus: dicit enim B. Iacob. Et si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Definita fuit in Conc. Trid. 2. & Can. 3.

Jacob. 5.

CONCLUSIO II.

NON tamen est peculiaris effectus huius sacramenti. Ratio est: quia (vt supra diximus) remissio venialium est effectus communis omnium sacramentorum, quia si per sacramentalia fit talis remissio, multò magis per sacramenta fiet.

CONCLUSIO III.

NEQVE est peculiaris effectus reliquiarum peccati diminutio, scilicet corporis ad bonum, & pronitatis ad malum: tunc enim deberet etiam sanis, sicut infirmis administrari, cum hæc peccatorum vestigia patiantur. Quid? quòd potius esset generalis effectus, omnium sacramentorum, quæ quidem conferunt gratiam, qua fomes peccati diminuitur: verum tamè est reliquias peccatorum per extremam Vnctionem extenuari: quemadmodum Concil. Trid. vbi suprà docet.

CONCLUSIO IIII.

PECULIARIS autem effectus gratiæ, quæ per hoc sacramentum confertur, est auxilium contra tentationes, quas homo tempore mortis patitur. Definita est in Conc. Trid. cap. 2. vbi suprà: vbi ita legitur: Res etenim huius sacramenti est gratia Spiritus sancti, cuius vnctio, delicta, si qua sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & aegroti animam alleuat, & confirmat magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus subleuatus, & morbi incommoda, ac labores leuius fert, & tentationibus dæmonis calcaneo insidiantis, facilius resistit: nunquam enim homo magis eo auxilio, quàm in instanti mortis indiget.

Art. I. III. An solus sacerdos sit huius sacramenti minister?

CONCLUSIO I.

D. Bona. art.
1. q. 1. Ric. ar.
2. q. 1. Et 2.
Scot. vbi sup.
Durand. q. 3.
Iaco. ca. 5.

DE necessitate huius sacramenti est, vt à Presbyteris ministretur: nam, Inducat (inquit D. Iacob.) Presbyteros. estque definita in Conc. Trid. vbi suprà, & in Cano. quæ sunt. de verb. significatione.

CON

CONCLUSIO II.

DEBET QVE à proprio Sacerdote ministrari: etsi ab alieno ministretur, erit verum sacramentum: peccabit tamen mortaliter administrans: si verò à religioso sine licentia Curati, erit excommunicatus. Ita definitur in Clement. dudum. de sepulturis: in casu tamen extremae necessitatis poterit quilibet Sacerdos, etiam religiosus, per ratihabitionem, in absentia proprii Curati, illud administrare. Ratio est: nam tunc actum charitatis exercet.

CONCLUSIO III.

SI ante finitam extremam Vñctionem contingat ministrum mori, aut infirmari, poterit hoc sacramentum, ab alio Sacerdote perfici. probatur à simili de Sacramento Eucharistiae.

Art. II. De recipientibus extremam Vñctionem. An sit ministranda sanis, furiosis, & pueris?

CONCLUSIO I.

DE necessitate huius sacramenti est, vt sanis non ministretur: nam dicit B. Iaco. Infirmatur quis in vobis, &c.

Hinc, si damnatis ad mortem, aut in periculo mortis violentae existentibus ministretur, non erit verum sacramentum: propterea quòd isti non infirmantur: benè tamen, si detur confessio vulneribus: quia quauis sit mors violenta, tamen infirmatur.

CONCLUSIO II.

AD veritatem huius sacramenti requiritur, vt medici de infirmi salute desperent, non autem, vt sit omni spe destitutus. Confirmatur ex vsu Ecclesiae, & Concil. Florent. autoritate.

CONCLUSIO III.

NON debet nisi petentibus confetri: patet ex vsu Ecclesiae: & confirmatur à simili de alijs sacramentis, dempto Baptismo respectu paruulorum.

CONCLUSIO IIII.

PERPETVO amentibus, qui nunquam ratione vsi fuerunt, non est extrema Vñctio administranda: quia datur in remissionem peccatorum, & isti nunquam peccauerunt.

Hinc phræneticis, & habentibus lucida interualla erit administranda, si illam in sanitate petierunt.

F. r. q. f. 4.

II 3 CON

D. Bon. ar. 2.
q. 2. Sco. vbi
supr. Ric. art.
2. q. 3. & 4.
Duran. q. 4.

Iaco. 5.

APPEN. I.

APPEN. 2.

CONCLUSIO V.

PVERI, qui nondum habent annos discretionis, non debent illam recipere: quia non indigent remedio contra peccata, cum nondum peccauerint, neque contra tentationes, quas tempore mortis non patiuntur: bene tamen erit ministranda pueris, qui annos discretionis attigerunt, quanuis non sint Eucharistiae capaces.

*D. Bon ar. 2.
q. 3. Ricar. 9.
ult. Scot. &
Dur. ubi sup.*

*Difficultas. Estne de necessitate huius sacramenti, determinatas
corporis partes vngere?*

CONCLUSIO I.

DE essentia huius sacramenti est, ut vnctio in quinque sensibus fiat, in oculis, scilicet, auribus, naribus, ore, quod est organum gustus, manibus, quae sunt organa tactus. Ratio huius conclusionis est memorabilis Ecclesiae usus: & quia per quinque sensus mors spiritualis ad animam intrat.

CONCLUSIO II.

VNCTIO in renibus, & pedibus non pertinet ad huius sacramenti essentiam: nam in nonnullis ecclesijs, & religionibus, non fit ibi vnctio: & feminae in umbilico, & non in renibus vnguntur, & tamen hi omnes verum recipiunt sacramentum.

CONCLUSIO III.

SUNT tamen de integritate huius sacramenti: ut olim respectu Baptismi erat trina immersio, in quarum vltima dabatur gratia: quia minister non intendebat conferre sacramentum, vsque ad vltimam immersionem.

APPEN.

Hinc, si infirmus in quinque prioribus vnctionibus non est dispositus ad suscipiendam gratiam, in vltima vnctione, si tamen fuerit dispositus, illam recipere poterit.

FLORES QVÆSTIONVM

de Sacramento Ordinis.

DE hoc Sacramento differit Magist. dist. 24. & 25. & DD. ibid. Et Castr. verbo Ordo, & verbo, Sacramentum.

Art. I.

Art. I. De iis qua ad essentiam Sacramenti Ordinis pertinent?

D. D. dist. 24.
D. Bona. q. 3.
ar. 1. Ric. art.
3. q. 2. Scot. q.
unica Durā.
q. 1.

ABSOLVETVR art. aliquot difficultatibus positis.

Prima diffi. An ordo sit noua legis Sacramentum?

CONCLUSIO.

ORDO pro ordinatione sumptus, est verum sacramentum. Constat ex definitione sacramenti in principio operis posita: est enim signum sensibile, &c. ex Conc. Florent. & Trid. lege suprā de sacramentis in genere.

Casiro verb.
Ordo contra
haereses.

Hic defendendus est Scot. ab iniuria, qua illum afficit Soto: nam dicit, Scot. dixisse Sacramentum Ordinis esse potestatem spiritua- lem, scilicet charitatem, & non potius ordinationem ipsam, cum tamen expresse Sco. oppositum affirmauerit: eius enim verba hæc sunt: Quid ergo est septimum sacramentum? dico, quod ordinatio, cuius descriptio potest esse ista: Ordinatio est institutio alicuius in gradu Ecclesiæ eminente, cui conuenit aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendum, facta à ministro idoneo certa verba proferente. Hæc Sco. qui quidem quando prius dixit ordinem non esse sacramentum, loquebatur de caractere, qui est res sacra- menti, & non sacramentum, cum sit inuisibilis.

Scot. libera-
tur. q. 1. art. 1.

d. 24. q. 2. ar-
tic. 3.

Secunda diffi. Quando fuit hoc sacramentum à Christo institutum?

Scot. ubi supr.

CONCLUSIO.

TEMPORE cœnæ fuit institutum, & post resurrectionem consummatum. Ratio est: quia hoc sacramentum Ordinis perfectum constat potestate conficiendi corpus Christi verum, & remittendi peccata. Prima fuit tradita post cœnam, quando dixit Apostolis: Hoc facite in meam commemorationem. Secūda verò post resurrectionem, qñ dixit: Accipite Spiritū sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. hoc autē intelligēdum est de septē omni- bus ordinibus: quia Christus dedit potestatem Ecclesiæ admini- strandi, & ordinādi ministros ad sacrificium Eucharistiæ necessa- rios: vt constat autoritate Anacleti Papæ in ca. 2. sui decreti. & B. Ambrosij super locum: Ipse dedit quosdam Apostolos, &c.

Luc. 22.
Ioan. 20.

Ad Ephes. 4.

Hæresis.

Hinc, confutatur error dicentium minores ordines esse inuentum humanum.

Cast. ubi su.

Tertia diffi. An Sacramentum Ordinis in septem ordines, quorum quilibet sit sacramentum, rectè diuidatur?

Caieta. in q. de ritu ordinis, & in 3. p. q. 64. artic. 3. D. Bona. q. 1. Et 4. Ric. q. 3. ar. 3. Dur. Sc. q. unica.

TRES sunt opiniones circa partem secundam tituli: an quilibet Ordo sit sacramentum. Prima Dur. asserentis solum Sacerdotium esse sacramentum, reliqua verò esse sacramentalia quædam. Secunda opinio videtur esse Caiet. B. Tho. D. Bon. & Ricar. Alberti Magni, Almay. Maioris, & c. asserentium, omnes septem ordines esse sacramenta, & in illis omnib. imprimi characterem. Tertia opinio, quam citant D. Tho. & D. Bon. tenet, Sacerdotiũ, Diaconatum, & Subdiaconatum, qui dicuntur ordines sacri esse sacramenta: reliquos verò quatuor sacramentalia.

CONCLUSIO I.

CONVENIENTISSIME Ordinis Sacramentum in septem ordines diuiditur: nam si regiam mensam decet varios esse, & multiplices ministros (vt de mensa Salomonis constat) quantò magis conueniet mensæ Regis gloriæ, ubi vitæ panis, qui est Christus IESVS spiritualis animarum, ministratur: quæ enim in mensa regis Salomonis gerebantur, erant figuræ Ecclesiæ, in qua varij sunt ministri, variis que vestibus, ad varia officia designati.

CONCLUSIO II.

NUMERVS ministrorum congruentissimè fuit septenarius, nempe Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector, & Ostiarius. Hæc probatur contra hæreticos antiquissima primitiua Ecclesiæ consuetudine: nam Canones Apostolorum diaconi, & subdiaconi, & c. mentionem faciunt. vt constat in summa Conciliorum. Can. 40. fuerunt enim ab initio nascentis Ecclesiæ septem ordines: de singulorum autem ministeriis lege Magistrum sententiarum hac distinctione.

CONCLUSIO III.

NON est erroneum affirmare cum Durand. solam ordinationem Sacerdotis esse Sacramentum Ordinis: reliquas verò ordinationes sacramentalia esse: quia Ecclesia hæctenus non declarauit opposi-

oppositum: neque eius opinio scripturae Sacrae, & sanctorum auctoritatibus contradicit.

CONCLUSIO IIII.

TRES Ordines sacri, scilicet, Sacerdotium, diaconatus & subdiaconatus, sunt sacramenta, reliqui vero quatuor, sacramentalia: nam B. Pau. de scriptis morib. Episcoporum, depingit diaconi, & subdiaconi mores: ita ut, qui sic ministrant, nullum habent crimē, quibus virtutibus fulgere non possunt, sine gratia, quae per illos ordines confertur: tum etiam diaconus, & subdiaconus, quemadmodum & Presbyteri ab Ecclesia matrimonium contrahere prohibentur: Sacerdotium autem esse sacramentum, ex dictis patet.

Hinc confutatur error Vviteless, qui duos tantum ordines esse assererat, in quem inuehitur pater à Castro verbo Ordo. *Haeretic.*

DVBIUM I.

Tres ordines sacri imprimuntne characterem?

Ric. d. 24. ar.

4. q. 3. D. Bo.

q. 4.

CONCLUSIO.

SI character pro potestate solenniter celebrandi sumatur, Sacerdotium, diaconatus, & subdiaconatus characterem imprimunt: quia nullus non ordinatus potest solenniter horum ordinum ministeria absque mortali peccato exercere. Dicitur autem solenne ministerium, quod vestibus sacris fieri consuevit: ut si quis non subdiaconus cum manipulo caneret, aut legeret Epistolam: quia solus manipulus est signum ordinis, ut constat in missis feriatis, peccaret, & efficeretur irregularis. Idem iudicium est de non diacono solenniter diaconatus officium faciente: sunt autem varij modi, quibus character à DD. sumitur, & iuxta hos varios modos variè de hoc dubio sentiunt.

Quarta diffi. Qua actione cuiuscunque Ordinis character imprimitur?

Ric. & D. Th.

ubi supr.

MERITO hoc quaeritur: quia in collatione cuiuscunque ordinis varia actiones interueniunt.

CONCLUSIO.

IN singulis ordinibus, per illam actionem character imprimitur, per quam principalis illius ordinis potestas applicatur: ut Sacer-

doti imprimitur character, quādo datur potestas consecrādi, scilicet, per traditionem calicis cum vino, & patena cum Hostia. Et diacono, quādo traditur potestas legendi Euāgelium, quē est principalis, imprimitur character per traditionem libri Euāgeliorum. Similiter & subdiacono per traditionem calicis vacui, & patena: nam principalis eius actus est materiam consecrandam preparare Canonizata est per Conc. Flor. expressē, vbi ita legitur, Sextum sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo, sicut Presb. teratus traditur per calicis cum vino, & patena cum pane porrectionem: Diaconatus verò per libri Euāgeliorum dationem: Subdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem: & similiter de aliis per rerum ministeria sua pertinentium assignationem. Hactenus Concilium.

DVBIVM II.

Instituit ne Christus diaconatum, & subdiaconatum?

CONCLUSIO.

CHRISTVS diaconatum instituit: fecit enim Apostolus mentionem de diaconatu, ideoque credendum est illum instituisse: quemadmodum & extremam vnctionem, quam B. Iacob. promulgavit.

De subdiaconatu dicitur, Apostolos diuississe diaconatum in duos gradus, atque ita est sacramentum. Magister sententiarum tenet, Ecclesiam instituisse subdiaconatum, & reliquos minores ordines. Et quoad minores nemo illi cōtradicit, cum non sint sacramenta.

DVBIVM III.

Peccant ne mortaliter diaconus, & subdiaconus in mortali hac sacramenta exercentes?

De sacramētis in genere.

*Caie. 3. p. 9.
64. ar. 6.*

SVPR A de hoc dubio egimus, non enim peccat: quia tunc mortaliter peccatur, quando actus qui exercetur ex opere operato gratiam confert, qualis actus non est Euāgelium, vel Epistolam legere.

DV-

D V B I V M IIII.

Licet ne septem ordines prapostero ordine recipere?

CONCLUSIO.

NEQVAQVAM est licitum, & si fiat, non erit Ordo reite- *Dur. q. 1.*
 randus, sed qui deest, est supplendus. Definita est in cap. tua
 litera. de Clerico per saltum promotio.

Quinta diffie. Quanam est presbyteratus forma?

CONCLUSIO I.

FORMA huius sacramenti est hæc, Accipe potestatem offerendi
 sacrificium in Ecclesia pro viuis, & defunctis. Definita est ex-
 pressè in Conc. Flor. vbi in alijs ordinibus similis forma ponitur.

CONCLUSIO II.

MATERIA verò est res illa, quæ suscipienti ordinem traditur,
 vt Calix cum vino, &c. Presbyteratus materia: liber Euangelio-
 rum diaconatus: Calix vacuus cum patena subdiaconatus, & sic de
 alijs ordinibus: ita enim in eodem Concilio definitur.

D V B I V M V.

Est ne de essentia huius sacramenti, vt ordinandus tangat materiam?

CAIE T. & alij tenent non esse necessarium talem contactum, *Verb. Ordi-*
 sed sufficere solam traditionem per Episcopum factam. *nadi in sum-*
 Contraria opinio est vetior, & securior. *ma.*

CONCLUSIO.

OR D O, vt est sacramentum, supponit pro traditione, quæ fit
 ab Episcopo, & verba, contactumque suscipientis connotat. Con-
 stat ex vsu Ecclesie, quod est fortissimum argumentum. Quemad-
 modum enim non acquiritur dominium, nisi per possessionem,
 quæ fit per contactum: ita non acquirit aliquis potestatem cele-
 brandi, quin materiam tangat.

*Art. II. De annexis huic sacramentis?***H**IC art. duabus difficultatibus positus absoluetur.*§ Tho. 2. 2. q.**184. art. 6. ad**1. Ric. ar. 1. q.**2. q. 1. ar. 1. q.**1. q. vnica.*

Prima

Prima diffic. An Sacerdotium & Episcopatus, sint ordines iure diuino distincti?

SCOT. opinatur partem negantem esse probabilem. Duran. verò magis communem, & securiorem esse affirmat.

CONCLUSIO.

QV O A D potestatem ordinis Episcopus iure diuino est superior, atque à simplici Sacerdote distinctus. Ratio est: quia solis Episcopis conuenit quædam potestas ordinis, quam Ecclesia annullare non potest: nam Episcopus degradatus, si conferret ordines: vel confirmaret, verum sacramentum conficeret: vt definitum est in cap. vnico. de ordinato ab Episcopo, qui renūciauit Episcopatu: quapropter talis potestas iure diuino, & non positio Episcopis, conuenit: alioquin enim Ecclesia illam reuocare posset.

Dur. quest. 5.
c. 6.

Secunda diffic. Est ne Episcopatus ordo distinctus à Sacerdotio?

DV Æ sunt opiniones contrariæ, quas citant Scot. & Duran. Vbi supra: intelligenda est difficultas de ordine, non vt est dignitas in Ecclesia, sed vt est ordinatio quædam. Tenet autem prima opinio esse ordinem, & sacramentum à Sacerdotio minimè distinctum: secunda verò asserit non esse sacramentum.

CONCLUSIO I.

ORDINATIO Episcopi, non est perfectè sacramentum, aut ordo distinctus à Sacerdotio: Episcopatus enim necessariò præsupponit Sacerdotiũ, cum nemo possit, quin sit Sacerdos, Episcopus consecrari: essentq; iam non septè, sed octo distincti ordines.

CONCLUSIO II.

ORDINATIO Episcopi, est idem Ordo, & sacramentũ cum Sacerdotio, distatq; solum tãquam magis perfectum à minus perfecto: nam, vt Eucharistia constat speciebus, panis, & vini, vnum sacramentũ perfectum efficiētibus: ita & Episcopatus, qui est perfectum Sacerdotium, duobus ordinationibus constat: prima, qua Sacerdos imperfectus efficitur: & secunda, qua perfectus, constituitur: quia Episcopus habet potestatem conficiendi omnia sacramenta, qua simplex Sacerdos caret: vnde B. Aug. Episcopum consummatum Sacerdotem appellat.

D. August.

CON

CONCLUSIO III.

ORDINATIO Episcopi nouum characterem non imprimit, sed Sacerdotalem præexistentem ampliat: non enim est sacramentum à Sacerdotio distinctum: & quando Sacerdos Episcopus consecratur, eius character, seu potestas ad omnia septem sacramenta: vt ad sacramentum Confirmationis, & Ordinis, quæ antea ministrare non poterat, extenditur.

D. Bona. &
Ric. est & S.
Thom.

Duran. opinatur nouum characterem imprimere.

Art. III. De Ministro huius Sacramenti, an sit solus Episcopus?

Ric. ar. 1. q. 1.
D. Bon. Du-
rà. & So. q. 1.

HOC artic. distinctio 25. Magistri aperitur.

CONCLUSIO I.

SOLVS Episcopus, & non alius, vel ex officio, vel ex commissione Papæ sacros ordines maiores conferre potest. Definita est in Conc. Flor. & Trid. Sess. 23. & Can. 4. vbi expressè definitur: Episcopus solus Ordinarius huius sacramenti minister esse dicitur: tum etiam ex Ecclesiæ consuetudine constat: hætenus enim Rom. Pont. simplici Sacerdoti huius sacramenti administrationem non commisit.

INNOCENT. in cap. 4. quem citat Siluest. verb. Ordo. §. 3. & 7. opinatur, posse Rom. Pont. simplici Sacerdoti collationem sacrorum ordinum committere.

CONCLUSIO II.

MINORES ordines à Sacerdote non Episcopo conferri possunt, vel ex commissione Papæ, vel ex lege, siue ex consuetudine. Definita est in cap. quando. & in cap. non contingas. de atate, & qualitate ordinandorum, vbi Abbatibus diæcesanorum conceditur. Illos etiam Cardinales Presbyteri ex consuetudine conferunt.

CONCLUSIO III.

EPISCOPVS hæreticus, siue sit à Catholicis, siue ab hæreticis ordinatus, de facto sacros ordines conferre potest: quâuis conferendo peccet, & suscipiens similiter, atque irregularis reddatur. Canonizata est ab Ecclesia in Can. quod quidâ. 1. q. 1. est B. Abg. & Can. sicut semel. 68. dist. & est B. Gregorij: retinet enim characterem indelebilem. Est autem intelligenda conclusio hac lege, scilicet, vt sit in forma Ecclesiæ ab hæreticis ordinatus.

Irregularis.

Ricard.
D. August.
D. Greg.

CON-

CONCLUSIO IIII.

EPISCOPVS suspensus, excommunicatus, aut degradatus quâuis mortaliter peccet sacros ordines conferendo, veruntamen ordinis sacramentum conficit. Retinet enim facultatem ordinandi: quia characterem indelebilem habet: & colligitur à simili ex c. 1. de ordinatis ab eo, qui Episcopatu renuntiavit.

APPEN.
Ricard. est.

Hinc, omnes textus iuris canonici, in quibus ordinatio ab hereticis facta, dicitur esse irrita, intelligendi sunt quoad exercitium siue executionem ordinis: quia sic ordinatus manet irregularis, non tamen quoad characterem.

Irregularis.

*Ric. ar. 4. q. 1.
Scot. q. 2. D.
Bon. q. 1.*

Art. De suscipientibus hoc Sacramentum.

CONCLUSIO I.

SEXVS fœmineus impedit ordinis susceptionem: ita, ut nulla fœmina characterem recipere possit: dicit enim B. Paul. Mulierê in Ecclesia docere nō pręmitto, nec dominari in virũ: dominaretur, autem si in aliqua dignitate Ecclesiastica constitueretur.

1. Tim. c. 2.

CONCLUSIO II.

ÆTAS infantilis, aut defectus vsus rationis, huius sacramenti veritatem non impedit, etiam si præceptum Ecclesiasticum sacros ordines conferri prohibeat. Solus Dur. hanc conclusionem diffitetur. Ratio est: quia character, id est, potestas conficiendi sacramenta, quę in hoc sacramento confertur, non requirit in suscipiente rationis vsus: quęadmodũ neq; character Baptismi, & confirmationis. Hoc enim differt hoc sacramentum à pœnitentia, & matrimonio, quę non possunt recipi, nisi à ratione vtentibus, quia huius materia est res exterior, illorum verò sunt actus humani suscipientis. Et confirmatur expressè ex cap. vnico. de Clerico per saltum ordinato. esse autem hoc contra præceptum Ecclesiasticum, & mortale peccatum, per totum titulum de atate, & qualitate ordinandorum, demonstratur.

*Ric. art. 4. q. 1.
2. Dur. q. 2.*

Prima diffi. Parvulus ordinatus tenebitur ne continentiam sacris ordinibus annexam servare?

DVÆ sunt opiniones. Prima glossæ in cap. proximè citato, quę dicit obligari. Communis autem opinio negat.

CON

CONCLUSIO I.

NON obligatur ad illā seruandā: quia continentia sacris ordinibus annexa actū voluntatis præsupponit, quod si matrimonium cōtraheret sacros ordines exercere prohiberetur: nihilominus tamen probabile esse videtur nō posse, habito rōnis vsu, matrimonium contrahere: nā sicut ligatur alijs præceptis Ecclesiasticis, similiter, & hoc præcepto Ecclesiastico, vt sit ad contrahendum inhabilis.

CONCLUSIO II.

ILLEGITIME natus est irregularis, quominus possit de lege sacros ordines recipere. Definita est in cap. vt filij. de filijs Presbyterorum. & in cap. is qui, eodem titulo, in 6.

CONCLUSIO III.

DE facto tamen si ordinetur, ordines recipiet. Ratio est: quoniam irregularitas est de iure tantum canonico, quod quidem ius characteris receptionem non impedit.

Nota Episcopum posse dispensare, vt illegitimè nati, ad minores ordines promoucantur: ad maiores verò præter Papam posse neminem.

CONCLUSIO IIII.

INGRESSVS religionis tollit omnem irregularitatem, præterquam ex homicidio, & bigamia, quātum ad ordinis susceptionem. Definita est Can. Presbyteri d. 56.

CONCLUSIO V.

NON tollitur tamen quoad executionem, & administrationem, in ordinibus susceptis: nam si Sacerdos irregularis, religionem ingrediatur, eius irregularitas, etiam facta professione, nisi per dispensationem, non tollitur.

CONCLUSIO VI.

ILLEGITIME nati, non possunt in religione Prælati institui, nisi in hoc cum illis fuerit dispensatum. Ita definita est in cap. vt filij allegato.

CONCLUSIO VII.

SERVVS est irregularis ad ordines sacros recipiendos, nisi eius dominus consenserit. Definita est tota d. 54. & toto titulo de seruis non ordinandis. & domino consentiente, efficitur liber: etsi habuerit pretium, tenetur se redimere, & Episcopus scienter illum ordinans, ad duplum pretium domino restituendum obligatur.

CONCLUSIO VIII.

SERVVS, ignorante Episcopo & domino, ordinatus, à seruitute non liberatur: hoc enim in detrimentum proprium domini esset.

CONCLUSIO IX.

NEQVE poterit ministrare: non enim est sui iuris: lege distinct. 45.

APPEN. I. Hinc seruitus de facto sacramenti veritatem non tollit: recipit enim characterem, quia non est seruitus impedimentum ex iure diuino.

CONCLUSIO X.

CORPORE vitiatus, si vitium sacramenti Ordinis ministerium impediatur, est irregularis, vt abscissio pollicis, vel si causat horrorem, vt abscissio nasi, vel macula in oculo notabilis. Definita est per totum titulum de corpore vitiatis, extra.

CONCLUSIO XI.

POTEST tamen Papa cum his dispensare, vt ad sacros ordines promoueantur: patet exemplo B. Petri, qui cum D. Marco disputauit, qui pollicem sibi, vt Sacerdotio indignus haberetur, amputauit.

CONCLUSIO XII.

EVNUCHVS, qui se, vt continentiam seruaret, castrauit, irregularis efficitur. Definita est in Can. si quis absciderit. dist. 55.

CONCLUSIO XIII.

QVICVNQVE fuerit homicidij iusti, vel iniusti, & mutilationis membrorum causa, est irregularis. Definita est in cap. sicut dignum. & in cap. de cetero. de homicidio.

APPEN. I. Hinc iudices, testes, aduocati, tabelliones, & omnes iustitiæ ministri, qui dant causam homicidio, aut mutilationi membrorum, & dantes fauorem, consilium, auxilium, vnde homicidium sequitur sunt irregulares v. g. extrahentes ad suspendendum ab Ecclesia. constat ex cap. sicut dignum citato. Dauidi enim prohibitum fuit à Deo templum construere, quoniam vir sanguinis erat.

Ric. art. 5. q. 3.
Scot. q. 1.

Secunda diffic. Quando ratione homicidij irregularitas contrahetur?

VARIA est inter DD. disputatio circa proximam conclusionem: intelligitur facilè in hac difficultate.

CON

CONCLVSIO I.

OMNE homicidium, aut mutilatio membri in se voluntaria, inducit irregularitatem. Definita est in cap. sicut dignum. & in cap. de cætero. de homicidio.

CONCLVSIO II.

NON autem inducit irregularitatem, si propter defectionem propriam fiat. Definita est in Clementina vnica, de homicidio.

CONCLVSIO III.

QUI dat operam rei illicita simul, & periculosa, etiam si præter eius intentionem homicidium, aut membri mutilatio sequatur, efficietur irregularis: quia illis duobus concurrentibus, scilicet, periculo, & re illicita, homicidium inde sequutum in sua causa voluntarium censetur, & ita inducit irregularitatem: vt si Clericus hastis ludens hominem interficeret, aut mutilaret, quantacunque diligentia adhibita, incurreret irregularitatem.

Hinc Clericus medicus, qui causa pietatis curans infirmum, occidit illum, non est irregularis: quia curando gratis, quævis det operam rei periculosa, non tamen rei illicita. Ita definitur in cap. tua nos. de homicidio. APPEN. 1.

CONCLVSIO IIII.

SI Clericus, aut laicus die Dominico sternat tegulas, si non admonuerit prius prætereuntem, & illum interfecerit, erit irregularis: quia non admonendo, & adhibendo diligentiam debitam, fuit voluntariè negligens, & ex consequenti homicidium fuit in sua causa voluntarium. Definita est in cap. continebatur. & in cap. Presbyterum. & sequentibus de homicidio.

Hinc, si prius prætereuntem admonuerit, debitamque diligentiam adhibuerit, non erit irregularis: nam licet det operam rei illicita, non tamen periculosa. APPEN. 2.

CONCLVSIO V.

QUI dat operam rei illicita, erit irregularis, si ex negligentia homicidium sequatur: quia cum hæc negligentia sit culpabilis, censetur voluntaria.

Hinc, qui verberat discipulum etiam iuste, & ferit caput, ita vt mors sequatur, erit irregularis: quia fuit negligens, & incautus. & constat ex cap. Presbyterum citato. APPEN. 3.

Hinc, non erit irregularis, qui scindit arborem, qua cadens ho-

minem interficit, si prius diligentiam, ne aliquem opprimeret, adhibuit: ita intelligendus est casus in cap. dilectis. de homicidio.

CONCLUSIO VI.

IN his omnibus euentibus incurritur irregularitas, quanuis mutilatus, vel occisus sit infidelis: occidens tamen, vt sit irregularis, baptizatus esse debet: propterea quòd talis irregularitas tollitur per Baptismum.

CONCLUSIO VII.

SUNT etiam irregulares, qui concomitantur malefactorem morte plectendum: quia quòd modo homicidio cooperantur, Si tamen sic sunt mortis causa, vt mors, si ipsi non custodissent reum, non fuisset sequuta.

CONCLUSIO VIII.

QVA pugno, extrahit dentem non est irregularis, neque mutilator dicitur: quia pœna iuris non sunt amplianda, sed restringenda.

CONCLUSIO IX.

QUI est in causa, vt alij citius moriantur, vt qui infirmis assistunt, & illos verrunt: si bona fide illud faciunt, non videntur esse irregulares: grauisima enim est pœna Ecclesiæ, quæ bona fide operantes comprehendere non videtur.

CONCLUSIO X.

QUI defendendo se moderamine inculpatæ tutela olim erat irregularis, vt S. Tho. docet: modò autem iam est hoc reuocatum, per nouam Clementinam, atque ita poterit celebrare.

ECCLESIASTICI et ponentes iustitias, & exhortantes, vt obseruent eam, non sunt irregulares.

CONCLUSIO XI.

NON defendentes alium, qui occiditur, si ex officio defendere tenebantur, sunt irregulares, non autem si illis ex officio non incumbebat.

CONCLUSIO XII.

PER solam sanguinis effusionem, citra homicidium, aut membrorum mutilationem, irregularis efficitur nemo. Ratio est: quia pœna non est extendenda vltra casus à iure expressos.

De defectu ex parte delicti.

DELICTA, aut antecedunt ordinis sacri receptionem, aut illam cōcomitātūr, aut illā subsequūtūr: crimina, quę inducunt irregularitatem, quominus aliquis ad sacros ordines promoueatūr, quinque sunt, quibus singula propositiones respondebunt.

Ric. ar. 4. q. 3.
& sequētib.
Scot. ubi
sup. Sil. ver.
irregularitas
Ses. 14.

APOSTATA à fide: ut hæreticus, hæresi damnatus, aut idololatria, aut infidelis post Baptismum, qui omnes apostata appellatur, sunt irregulares, quoad ordinis susceptionem. Definita est in Cano. Presbyteros. 50. dist.

PROPOSITIO I.

REBAPTIZANS, & rebaptizatus irregulares efficiuntur.

PROPOSITIO II.

RELIGIOSVS, qui gratia audiendi leges, aut medicinam, monasterium relinquit, nisi intra duos menses reuertatur, irregularitatem incurrit. Definita est in cap. per specula, ne clericus, vel monachi, &c.

PROPOSITIO III.

QVI ministrat solenniter in ordine non suscepto; ut si diaconus cum stola, vel qui non est subdiaconus, cum manipulo, in Missa dicat epistolam, est quoque irregularis, Definita est in cap. 1. & 2. de Clerico non ordinato ministrante.

PROPOSITIO IV.

IRREGVLARIS quoque est, qui infamia iuris, aut facti est infamis.

Crimina ordinis susceptionem cōcomitātia, & irregularitatem inducentia sunt, quę sequentibus propositionibus explicantur.

PROPOSITIO I.

EXCŌMMVNICATIONIS maior est primum crimen: nam si ita excōmunicatus suscipiat sacros ordines irregularis efficitur. Definita est in cap. cum illorum, de excōmunicatione, in 6. quod de maioribus tantum ordinibus est intelligendum.

PROPOSITIO II.

SECVNDVM est, quādo aliquis recipit sacros ordines ab Episcopo, qui Ecclesię, & dignitati renunciauit, ut fiat monachus. Ita definitur c. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit, &c.

PROPOSITIO III.

TERTIVM est, quādo aliquis recipit sacros ordines ab Episcopo excommunicato, & denunciato, qui omnes susceptos ordines ministrare, & alios ordines recipere prohibentur.

Crimina quæ sequuntur post ordinis suspensionem, sunt, scilicet, suspensus, excommunicatus, aut interdictus, si celebrat: ut definitum est in toto titulo de Clerico non ordinato ministrante, & in cap. finali, de excessibus prelatorum, & in cap. cum medicinalis, de excommunicatione, in 6.

DVBIUM II.

In quibus casibus aliquis est suspensus?

PROPOSITIO II.

QUI suscipit ordines ab alieno Episcopo sine licetia proprii, & à proprio suspenditur, si celebrat efficitur irregularis.

PROPOSITIO III.

QUANDO vno die contra prohibitionem sub excommunicatione recipit aliquis duos ordines, vel ambos sacros, vel vnum minorem, & alterum sacrum, irregularitatem incurrit: quia recipit ordines excommunicatus. Secus autem est, si per excommunicationem non prohibeatur, tunc enim solum est suspensus, & per Episcopum potest dispensari.

PROPOSITIO IIII.

IDEM censendum est de eo, qui ordines furtive suscipit, ut qui ordinatur non à suo Episcopo, & sine eius licentia & absque examine se aliis commisset. Ita definitum est in cap. 2. & 3. de eo, qui furtive ordines suscipit.

PROPOSITIO IIII.

QUI per saltum ordinatur, ut diaconatum, ante subdiaconatum recipiens, est suspensus: & si in ordine sumpto administrat, erit irregularis. Definita est dist. 12. Can. sollicitudo. & cap. vnico. de Clerico per saltum promoti.

PROPOSITIO V.

QUANDO quis extra tempora ordinatur, est suspensus, & si celebrat irregularis. Definita est cap. cum quidam: & cap. consultationi. de temp. ordinandi. Animadvertendum est has omnes irregularitates

laritates esse de iure positivo, in quibus Rom. Pont. dispensare potest.

CONCLUSIO VI.

LIGATIVS vinculo matrimonij est inhabilis ad ordinis susceptionem: & si, relicta vxore, maneat in seculo, est de hæresi Lutherana suspectus: si autem religionem ingrediatur, & ibi ordines recipiat, non erit pœna aliqua plectendus, sed vxori restituendus. Hæc colligitur ex cap. i. de conuersione coniugatorum.

DVBIUM III.

Malitia Sacerdotis impedit ne characteris impressionem?

DE hac re supra egimus contra Lutherum, qui affirmabat impressionem impediti: contra quem copiosissimè agit pater à Castr. verbo, Ordo, & verbo Potestas, & verbo Sacerdotium, contra hæreses.

*Art. An Papa habeat etiam supra omnes Christianos
temporalem iurisdictionem?*

INTELLIGITVR titulus, ita vt possit Imperatores, & Reges deponere, & in causis ciuilibus, vt ad ipsum omnes appellent, efficere. Turrecrem. tres adducit opiniones. Prima est affirmans, quam Sylu. sequitur. Secunda negans, vllam habere potestatem super reges, etiamsi suis legibus fidem Christianam labefactare conentur. Tertia est media, quam amplectitur Turrecrem. hæc asserit, nõ esse absolutè dominum omnium temporalium, nisi quatenus illorum abusus vergit in detrimentum fidei, & obseruationis diuinorum mandatorum: vt si Rex aliquis esset hæreticus, aut schismaticus, vel si leges contra sacramenta, & præcepta diuina conderet v. g. si institueret in suo regno ne quis sine regia facultate matrimonium contraheret, vel posse dominium acquiri per malæ fidei præscriptionem.

*Lib. 2. de potestate Eccle.
verb. Papa.
§. 2.*

CONCLUSIO I.

POTESTAS ciuilis, & spiritualis non sunt vna, sed duæ potestates distinctæ: habent enim diuersos fines: nam finis ciuilis potestatis est pax & tranquillitas reipublica. Finis verò spiritualis potestatis est supernaturalis, nempe, manducare hominem ad penam beatitudinem.

F. q. t. f. 4.

KK 3

CON

CONCLUSIO II.

POTESTAS spiritualis ciuili potestate est præstantior: quia finis potestatis ciuilis ad finem potestatis spiritualis ordinatur: & finis præstantior est ijs, quæ ad finem referuntur.

CONCLUSIO III.

ROM. Pont. non est dominus totius orbis in temporalibus, ita vt ab illo Reges aliquod dominium temporale accipiant. Constat ex capite. per venerabilem qui filij sint legitimi: vbi Innocentius Papa confitetur se in temporalibus supra Regem Francorum nullam habere potestatem.

APPEN. I. Hinc extra crimen hæresis, aut schismatis non poterit Papa Reges temporali iurisdictione priuare.

APPEN. 2. Hinc, neque poterit alicui Regi Christiano potestatem tribuere, vt sibi Indorum regna vsurpet: non enim est orbis temporalis dominus: non desunt, qui oppositum affirmant.

CONCLUSIO IIII.

POTEST Papa quancunq; potestatem ciuilem temporalibus bonis priuare, quando fuerit ad fidei, & mandatorum Dei obseruantiam necessarium v.g. si fuerit hæreticus, aut schismaticus, potest illum deponere, & ad hoc aliorum Regum auxilium implorare. Perinde si Rex aliquis constituat leges contrarias diuinis, & Ecclesiasticis legibus, illas poterit reuocare per Ecclesiasticas censuras, procedendo vsq; ad regni depositionem: ita habetur in cap. cum secundum leges. de hæreticis, in 6.

APPEN. 3. Hinc Papa poterit irritare leges ciuiles cõcedentes dominium per malæ fidei præscriptionem, & sunt de facto abrogatæ: quia sunt contra ius diuinum, vt constat ex capite vigilanter. de præscriptionibus.

Art. vlt. An Clerici in sacris constituti sint quantum ad personas à potestate ciuili per ius Diuinum exempti?

DVÆ sunt opiniones. Prima glo. in cap. quanquam. de censibus, in 6. & Gratiani in cap. tributum 23. q. 8. qui dicunt, Clericorum res, & personas esse à potestate ciuili exemptas. Contraria opinio est S. Tho. super Epist. ad Rom. dicentis, esse exemptos Clericos à tributorum solutione per priuilegia Principum.

CON

CONCLUSIO I.

CLERICI quantum ad causas spirituales sunt iure Diuino à potestate ciuili exempti, ita vt nemo possit prater Papam eorum spirituales causas definire. v. g. creare Episcopos, & Prælatos, spectat de iure Diuino ad Rom. Pontiatque etiam lites super iurisdictione Episcoporum & Prælatorum, & alia id genus definire: quia Prælati in foro conscientia, & exteriori non à Regibus, & dominis temporalibus, sed dependenter à Papa habent iurisdictionem: Petro enim, & non alicui Imperatorum dictum fuit: Tibi dabo clauces regni caelorum: & Ioannis vltimo: Paſce oues meas.

Matth. 28.

Ioan. vlt.

Idem est etiam iudicium de causis spiritualibus laicorum, vt sunt matrimoniales causa: quia cum sint spirituales à solo Iudice, habente clauces regni caelorum, definiri possunt.

APPEN. I.

CONCLUSIO II.

CLERICI in minoribus constituti iure Diuino quantum ad penas corporales à potestate ciuili non sunt exempti. De facto enim Clerici, & in sacris constituti degradantur, & curia seculari suspendendi traduntur: quare priuilegium non erat de iure Diuino, quo ante degradationem siuebatur: alioqui enim nullo modo Papa Clericos hoc priuilegio priuare posset.

Hinc bona Clericorum, sicut eorum persona, non sunt iure Diuino à potestate ciuili libera: nam si persona non sunt exempta, multo minus bona: quamobrem perspicuum est solo iure Ecclesiastico positiuo esse Clericos exemptos à ciuili potestate.

APPEN. 2.

Diffi. Tenentur ne Clerici seruare leges regni, in quo vitam degunt?

CONCLUSIO.

TENENTUR quidem etiam qui in sacris sunt constituti ciuiles leges seruare, quæ aliàs in conscientia obligant: nõ quidẽ quatenus regibus subduntur, sed quatenus illarum transgressio est contra virtutem moralem. Hæc de Sacramento ordinis.

FLORES THEOSOPHICARVM

quæstionum Sacramenti matrimonij.

DE quo disputat Magister à d. 26. vsq; ad 42. & DD. ibidè præter quos est legendus pater à Castro verb. Coitus. verb. matrimonium. & verb. nuptiæ. contra hæreses. & Sess. 24. Conc. Trid.

QVÆSTIO PRIMA DE HIS, QVÆ AD ESSENTIAM MATRIMONII PERTINENT.

HAC quæst. 26. 27. distinct. Magist. explicantur.

*Alex. Alen.
q. 1. m. 3. ar. 3.
§. 2. S. Th. in
additionibus
ad 3. p. q. 41.
ar. 1. reliqui
d. 26. Ric. q.
1. ar. 1. Sco. q.
1. & Dur. D.
Bo. art. 1. q. 1.*

Art. I. An matrimonium sit ex institutione diuina, an ex naturali dūt axat.

ID EST, an sit secundum inclinationem naturalem, tanquam necessarium ad conseruationem speciei humanæ; ita vt per copulam vagam conseruari non possit.

CONCLVSIO I.

SI homo, non vt rationis particeps est, sed vt animal est, cōsideretur, & matrimonium nō, non est vinculum indissolubile, sed si vt est contractus inter determinatū virū, & femina, sumatur, tūc homo ad matrimoniū naturaliter inclinatur, quam inclinationem Ricardus generis esse dicit: quia aliter, quam per matrimonium suam speciem cōseruare non potest. Ratio est: quia naturaliter homo ad operationem inclinatur, per quā indiuiduum, vel tota eius species conseruatur, quæ nisi per matrimoniū inter determinatum virum, & vxorem, diu conseruari haud posset: nam ad humanæ speciei conseruationem liberorum educatio, & institutio necessaria est: quæ quidem, si vxores essent communes, & indeterminati patres, non fierent: tunc enim nullus educandi, instituendū liberos curam haberet.

APPEN. I.

Hinc sequitur simplicem fornicationem non solum cōtra ius diuinum, verum etiā contra naturale ius esse, vt non furtum facies: quia per vagam copulam humana species destrueretur, ad cuius conseruationem homo naturaliter inclinatur: quemadmodum venenum sumere contra ius naturæ est: quia proprium indiuiduū destruit, ad cuius conseruationem homo suapte natura est procliuus.

CON

CONCLUSIO II.

MATRIMONIUM, si vt vinculum indissolubile est, consideretur, de iure naturali, idest, rectæ rationis dictamini consonum esse dicitur. Ratio est: quia si matrimonium esset ad tempus, non haberent parentes exactam curam educandi prolem, vt Reipub. conuenit: neque esset corporum per translationem dominij permutatio, quæ sunt de ratione matrimonij, sed esset tantum corporum accommodatio.

Ad altus vir
& utis.

Hinc colligitur illius loci declaratio: Vade, & assume tibi vxorem fornicationis, &c. non quod filij essent illegitimi futuri: sed quia erant generandi ex quadam meretrice, quæ, post contractum matrimonium cum Osea, fuit legitima vxor.

APPEN. 2.
Osee ca. 1.

Hinc error Symonis Magi, & aliorum hæreticorum refutatur, qui docuerunt, promiscuū fœminarū vsum esse licitum, ita vt quiuis, qua vellet, sine peccato vti posset, cum sit contra ius Diuinum, & naturale. Vide patrem à Castro verb. Coitus. hæresi. 1. & 3.

Hæresi.

Art. II. An matrimonium fuerit à Deo mediatè per ministros, vel immediatè ab ipso institutum?

Alex. Alen.
vbi sup. Ric.
q. 3. ar. 1. loco
citato Dur.
d. 34. q. 1. D.
Bo. q. 1. art. 2.

CONCLUSIO.

DEVS immediatè, & nõ per aliquem ministrum contractum matrimonij instituit. Ratio est: quia instituta ministrorum possunt reuocari, & à ministris fieri in illis dispensatio: at verò matrimonium est indispensabile: nam quos Deus coniunxit, homo separare non potest.

Prima diffi. Quando fuit matrimonium institutum?

Alex. Alen.
ibid. Ric. ar.
1. q. 3. Dur. v.
bi su. D. Bon.
ibid.

QVATOR sunt opiniones. Prima Magistri, cui subscripsit Sco. scilicet, matrimonium fuisse institutum illis verbis Adæ: Hoc nunc os de os sib. meis, &c. vsque ibi, Propter hæc relinquet homo patrē, & matrem, &c. Secunda est D. Bon. asserentis, fuisse institutum à Deo, & releuatum Adæ, vt ipse esset matrimonij promulgator. Tertia Ric. tenentis fuisse institutū à Deo, quādo produxit Euam de costa Adæ. Quarta est S. Thom. hac. d. 26. qui

Gene. 2.

Gen. 1. docet fuisse immediate à Deo institutum, quando benedicens, primis parentibus dixit: Crescite, & multiplicamini, &c.

CONCLUSIO I.

Gen. 1. MATRIMONIUM in statu innocentiae ante lapsum fuit à Deo in officium dumtaxat institutum: patet *Gen. 1.* Crescite, & multiplicamini, & replete terram.

CONCLUSIO II.

1. Cor. 7. POST lapsum eadem institutio in officium, & in remedium permanfit. Constat *1. ad Cor. 7.* Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque suam habeat uxorem.

Secunda diffie. An matrimonij institutio fuerit concilium Vel praeceptum?

CONCLUSIO.

Gen. c. 1.

Alex. Alen. loco citato S.

Th. q. in. 3. p. citata art. 2.

Ric. ar. 3. q. 3.

D. Bon. ar. 1.

q. 3.

IN statu Innocentiae fuit sub praecepto: nam obligabat transgressores ad mortale: patet ex illo *Gen. loco*: Crescite, & multiplicamini, & replete terram Et ratione confirmatur: nam, ut alimenti sumptio est ad conseruationem indiuiduum praecepto diuino, & naturali necessaria, ita ut, alimentum non sumens, esset sui ipsius homicida, & reus praecepti, Non occides, ita erat tunc praeceptum Diuinum, & naturale matrimonij institutio ad propriam speciem humanam conseruandam.

Tertia diffie. Obligat ne hoc praeceptum nunc omnes homines?

Ric. q. 2. art.

2. ad 1. Alex.

Alon. loco citato S. Tho.

q. 41. artic. 2.

Dur. q. 2.

1. Corint. c. 7.

DUAE sunt opiniones. Prima D. Bona. d. 26. q. 3. ar. 1. afferentis, esse hoc praeceptum in lege Euangelica per consilium uirginitatis reuocatum. Altera est B. Tho. & Ric. ex quorum sententia difficultati respondetur.

CONCLUSIO I.

PRÆCEPTUM matrimonij singulos copulatum, seu copulatumè minimè obligat. Constat ex B. Paul. dicente: Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem: & ibidem, Dico autem non nuptis, & uidebis, bonum est illis, si permanferint, sicut & ego.

CONCLUSIO II.

NUNC temporis solum obligat Principes Reip. ut, si opus fuerit, sub-

rit, subditos ad matrimonium contrahendum compellant. Ratio est: nam vt defensio ciuitatis ab hostibus obligat non singulos ciues, sed gubernatorem (solus enim vita priuaretur, si ob eius negligentiam ciuitas ab hostibus occuparetur) ita si genus humanum periret propter matrimonij defectum, soli principes mortalis peccati rei essent: non enim præceptum matrimonij ad indiuiduum, sed totius speciei humanæ conseruationem datum est.

Hinc, si Ecclesia Romana peste aliqua, vel calamitate alia, ad tantam hominum, raritatem, vt tempore Noë redigeretur, essent Christiani ad matrimonium inter se cōtrahendum compellendi: ne, si cum infidelibus miscerentur, Ecclesia periret.

Hinc, si religiosi duntaxat essent in mundo superstites, essent quoque ad matrimonium compellendi: quia votum solenne non obligat, quando eius obseruatio est cum iure naturali, & diuino incompossibilis: quale est ius de humana specie conseruanda.

Cæterum Ric. hac dist. opinatur hoc præcepto singulos etiam homines obligari: verum quia est præceptum affirmans, non obligat semper, quantum ad actum, sed certo loco, & tempore à Deo determinato v.g. quādo tanta esset humani generis penuria, quanta Adæ, vel Noë tempore fuerat. At verò alio tempore, cum non sit multiplicatio necessaria, singulos minimè obligabit.

Art. III. An oscula, complexusque maritalis, coniugalis copula licite fiant, sintq; gratia, & gloria meritoria?

Alex. Aen.
2. p. 9. 22. m.
7. artic. 3. &
106. m. 2. 5.
Th. q. 41. art.
4. in additio-
nibus, Reli-
qui dist. 27.
Castr. verb.
nuptia.
1. Ad Tim. 4.
Hæresis.
Gen. 1.

CONCLUSIO I.

NUPTIÆ licitæ sunt, fierique sine peccato possunt. Constat Nex D. Paul. qui docet futuros esse hæreticos in spiritu dæmoniorum prohibentes nubere. Tum etiam quia, Deo authore, quo nullus fit detrior, homines contrahunt. Gen. 1. Crescite, & multiplicamini, &c.

Hinc confutatur hæresis multorum dicentium, nuptias esse illicitas, & peccare, qui nuptiarum fœdera inter se iungunt: in quam copiosissimè pater à Castro verb. nuptiæ, hæresi prima disputat.

CONCLUSIO II.

QUANDO congressus maritalis in officium, & in remedium exercetur, & coniuges in gratiam existentes referunt illum actum in Deum, erit proculdubio gratiæ, & gloriæ meritorius. Est enim primum

1. Cor. 7.
Gen. 1.

primum actus iustitiæ, dicente B. Paul. Vir vxori debitum reddat. Secundò obedientiæ præceptum adimplet, scilicet, Crescite, &c. atque etiam religionis: nam sit ad multiplicandam prolem in Dei cultum. Hæc sunt confessoribus animaduertenda, vt doceant coniugatos, quo animo maritalem actum exercere debeant.

APPEN. 1.

Hinc colligitur, talem actum esse peccatum, & veniale, vt quidam existimant, si fiat solo animo explendi libidinem, vt bruta animantia coeunt, vel si nullo fine posito exerceatur: nam est tunc actus otiosus: erit autem mortale, si tunc animus exercendi eundem actum cum aliena habeatur.

Inf. d. 30.

APPEN. 3.

Hinc etiam sequitur, matrimonium, quanuis sit licitum, non semper esse consulendum: cum sit minimum bonum: præstantior namque est virginalis castitas, vidualisque continentia.

Alex. Alen.

4. p. 9. 2. m. 2.

ar. 1. S. Th. q.

42. art. 1. in

additionibus

Ric. d. 26. ar.

4. q. 1. Dur.

eadem d. q. 3.

pater Med. c.

62. & sequē-

tibus libr. 5.

ubi supra.

Ad Eph. c. 5.

Art. IIII. Sit ne matrimonium noua legis sacramentum?

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM, vt est vinculum indissolubile, est sacramentum à Deo in statu innocentia institutum, non vt gratiam conferret, sed vt vnionem inter verbum, & humanitatem, Christumque, & Ecclesiam repræsentaret. De fide est, & constat ad Ephes. vbi B. Paul. loquens de matrimonio primorum parentum ait: Sacramentum hoc magnum est, &c. vide cap. gaudemus. de diuortijs.

CONCLUSIO II.

MATRIMONIUM, quatenus contractum, & consensum, actusque vtriusque coniugis significat, est nouæ legis sacramentum à Christo IESU institutum: propterea quòd, omnis cæremonia, vel ritus à Christo in Euangelio institutus, vel confirmatus in remedium contra aliquem peccati morbum, est nouæ legis sacramentum, id est, signum certum, quòd, posita illa cæremonia, non ponendo obicem datur gratia: & tale est matrimonium, vt ex superioribus constat. Definita est etiam in multis Concilijs, vide supra de sacramentis in genere, Et nota, fuisse institutum Matth. 19. vbi referens primam institutionem matrimonij, Christus dixit. Quos Deus coniunxit, &c. vbi tanquam indissolubile à Deo factum approbavit.

Hinc

Hinc inferitur, Matrimonium, vt est nouæ legis sacramentum, APPEN. habere esse in fieri: nam illi actus coniugum, quibus mutuum consensum exprimunt, sunt sacramentum. At verò quatenus representat vñionem Christi, & Ecclesiæ, &c. habet esse permanens: nã est, illa indissolubilis obligatio, quæ nunquam vtroque coniuge viuente extinguetur.

Prima diffi. Confert ne gratiam, vt est nouæ legis sacramentum?

CONCLUSIO.

MATRIMONIUM, vt in secunda conclusione articuli sumitur, ex opere operato gratiam confert. Definita est expressè in Conc. Flor. & Trid. Sess. 24. Can. 1.

Secunda diffi. Quenam est matrimonij materia, & forma?

VARIÆ sunt de hac re opiniones. Prima est Palud. hæc dist. q. 4. asserentis, materiam esse ipsos coniuges. Secunda opinio docet, materiam esse consensum contrahentium, & formam verba, Accipio te in meam &c. Tertia opinio est Ric. quæ prima conclusione explicabitur. Quarta opinio est Duran. quæ supra q. 1. de sacramētis in genere refutata est. Quinta opinio est Magistri Sco. hac. d. 2. art. 1. ad primum, cuius erit secunda conclusio.

*Alexã. Alen.
4 p. q. 8 m. 1.
ar. 1. q. 13.
m. 3. artic. 2.
Sco. d. 28.*

CONCLUSIO I.

VERBA, quæ prius proferuntur, materiæ rationem habent, quæ autem superueniunt formæ rationem induunt. Ratio est: quia verba, quæ posterius ab altero coniugum proferuntur, verbis præcedentibus dant esse sacramentale: proprium namque formæ est dare rei esse.

Hinc collige benedictionem Sacerdotis non esse matrimonij APPEN. formam: quia accidit matrimonio iam cōfecto. Est tamen aliquid sacramentale, id est, sacramento annexum.

CONCLUSIO II.

VERBA vtriusque coniugis sunt sibi inuicem materia, & forma. Ratio est: quia sibi inuicem præstant, recipiuntque sacramentale esse.

Tertia

Tertia diff. Quis est huius sacramenti minister?

Alex. Alen.
ubi sup. Sco.
d. 18.

DUÆ sunt opiniones. Prima tribuitur S. Th. qua dicitur minister Sacerdos: eiusdem opinionis est Guiliel. Parisi. Secunda est Mag. sent. & probabilior, quæ continetur hac conclusione.

CONCLUSIO.

NON Sacerdos, sed coniuges dicuntur esse ministri, cum sibi inuicem materiã, & formam ministrer: patet inductione reliquorum sacramentorum: nam forma sacramenti est ministri actio, & cum actio contrahentium, scilicet, Accipio te in meam, &c. sit forma, vt paulò ante diximus: profectò non Sacerdos, sed contrahentes erunt sibi inuicem ministri. lege cap. licet. de sponsa duorù. Et quando Còc. Trid. Sess. 24. c. 1. de reformatione. dicit, nullum esse matrimonium, nisi præsentè Sacerdote, &c. intelligitur, quantum ad validitatem contractus matrimonialis: nam ante definitionem huius Concilij Matrimonium clandestinum: vel nullo Sacerdote præsentè, erat verum sacramentum.

Hæresis.

Per secundam conclusionem huius articuli confutatur error Armeniorum, negantium matrimonium esse sacramentum, quam Lutherus ab inferis excitauit. lege patrem à Castro verbo nuptiæ. hæresi. 3.

Art. V. Sit ne coniugalis copula de essentia matrimonij?

Alex. Alen.
& S. Th. ubi
sup. ar. 4. Ric.
d. 27. ar. 4. q.
3. D. Bona. d.
20. q. 3. & d.
17. artic. q. 1.
Sco. d. 21. &
Dur. d. 27.

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM ratum, etiam ante copulam, est essentialiale, integrum, & verum matrimonium: ita vt copula de eius essentia non sit: solum enim est de essentia matrimonij indissolubilis nexus, & inseparabilis obligatio, quæ per solum matrimoniale consentum absque copula contrahitur: est enim matrimonij definitio, Coniunctio maris, & fœminæ indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, vt Can. illud. 27. q. 2. habetur. cõstat etiam exemplo sanctissimæ Virginis, & beatissimi Iosephi, inter quos fuit verum matrimonium.

CONCLUSIO II.

CONIUGALIS copula est de perfecta accidentali integritate matrimonij. Ratio est: quia tunc dicitur res aliqua perfecta accidenta

cidentaliter, quando potentia reducitur ad actum, siue operatur:
& copula coniugalis, matrimonij vsus, & operatio est.

Error V vitleff, afferentis, ante copulam, non esse verum matri- *Haresis.*
monium i. concl. confutatur.

Dist. 27. Art. 1. Quenam est matrimonij definitio?

CONCLUSIO.

MATRIMONIUM, est viri mulierisque coniunctio maritalis, inter legitimas personas indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Hæc est perfecta definitio, in qua loco generis ponitur (coniunctio) quæ est communis ad omnes contractus, in quibus contrahentes vnitatem consensus vniuntur: differentia est vox illa (maritalis) finis, indiuiduam consuetudinem, & c. id est, obligationem ad reddendum mutuam debitum, si petatur, ita ut neuter sine alterius facultate possit continentiam profiteri. Ita explicatur à D. Aug. & habetur in Can. B. Maria. 27. q. 2. & hoc sine *D. Aug.* distinguitur à cæteris contractibus, qui per voluntatem contrahentium dissolui possunt. Verùm de his infra latius.

Art. 11. An sit de intrinsecaratione matrimonij mutuus consensus?

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM de lege non aliter contrahitur, quàm per mutuam contrahentium consensum. Definita est expressè in Conc. Flor. vbi mutuus consensus de præsentis matrimonij causa efficiens nominatur lege cap. duas. de sponsa duorum, & Can. sufficiat. 27. q. 2.

CONCLUSIO II.

POTEST Deus nullo partium consensu, aut dissensu, interueniente sua absoluta potentia matrimonium efficere, vt si diceret Martino: Esto vir Catharina. Ratio est: quia quicquid Deus potest, mediante causa secunda efficere, se solo ratione omnipotentia præstare potest: mutuus autem consensus, vt ex Conc. Flor. proximè citato constat, efficiens causa matrimonij est: est tamen questio de possibili.

Hinc, si in Israël non fuisset nisi vnica meretrix, quando dixit **APPEN.**
Dominus

*S. Tho. q. 44.
art. 3. in add.
reliqui d. 27.
D. Bon. ar. 1.
q. 2. Ric. art.
4. q. 1. Sco. q.
1. & Duran.
ibidem.*

*Alex. Alex.
2. p. q. 175. m.
6. q. 1. S. Tho.
q. 45. ar. 1. re-
liqui dist. 27.
D. Bona. q. 1.
Scot. q. 2.*

Dominus Osea: Accipe tibi vxorem fornicariam, illa continuo Osea extritisset.

CONCLUSIO III.

1. Cor. 7. ECCLESIA non potest vilo modo instituere, vt coniuges matrimonium contrahant, quin prius illorum consensus interueniat. Est enim consilium D. Pauli de virginitate dicentis: Præceptum Domini non habeo, consilium autem do: & contra consilia diuina Ecclesia nihil instituere potest.

CONCLUSIO IIII.

POTEST tamen Ecclesia aliquos ad contrahendum, id est, ad præstandum mutuam cōsensum compellere. Potest enim per censuram excommunicationis cogere sponsum renitentem, vt cum sua sponsa per verba de presenti contrahat. Sed de his infra 29. d.

Prima diffic. Talis consensus est ne signo aliquo exteriori necessario declarandus?

CONCLUSIO.

Alex. Alen. ubi supra, reliqui d. 27. S. Thom. & D. Bon. q. 2. Sco. & Dur. q. 1. glossa in cap. tua fraternitatis extra de sponsalibus 1. Reg. 16. NISI signis exterioribus mutuus consensus exprimaturn matrimonij contractus non perficietur. Ratio est: quia consensus, nisi signis exterioribus, constare non potest: Deus enim intuetur cor, homines autem quod foris apparet.

Secunda diffic. Si Deus vni contrahentium alterum velle reuelaret, esset ne hoc satis?

CONCLUSIO.

NEQVAQVAM sufficeret. Definita est in Conc. Flor. vbi habetur, causam efficientem matrimonij esse mutuum consensum regulariter: quoniam aliquando contingit non verbis, sed nutibus, & signis declarari.

Tertia diffic. Talis consensus a quo est exprimendus?

DVÆ sunt opiniones. Palud. hac dist. q. 2. asserit, patrem, aut tutorem pro puella debere respondere. Altera opinio dicit, satis

fatis esse, ut quilibet astantium pro puella, ipsa tamen non contradicente, respondeat: quod quidem est verum in foro conscientia, ceterum in foro exteriori, si respondens pro puella non sit pater, aut tutor, matrimonium non censetur: patet cap. 1. de desponsatione impuberum, in 6. §. porro, quo Palud. opinio confirmatur.

Quarta diffi. Matrimonium per procuratores contractum est ne sacramentum?

Alex. Alen. ubi supr. reliqui d. 30. q. 1.

DVÆ sunt opiniones, Dur. & Caiet. ubi suprà partem negantem defendunt. Soto autem oppositum tenet. Et ratio illius est: quia cum Christus instituerit matrimonium esse verum sacramentum, temeritas, inquit, erit excludere à sacramento matrimonium inter absentes contractum: ita habetur per Eliezer seruum Abraham, & patrem Rebeccæ, &c. Gen. 24.

Gen. 24.

Quinta diffi. Quando alter coniugum fictè contrahit, est ne verum matrimonium?

NO T aliud esse hoc loco querere, quid fictus facere teneatur: aliud verò, qua ratione innocens debitum petere possit.

CONCLUSIO.

FICTVS tenetur consensum præstare. Ratio est: quia post Concil. Trid. iste non posset contrahere, nisi in facie Ecclesiæ coram tribus testibus, & compelleretur ab Ecclesiæ in perpetuum cum coniuge habitare: quare, ne sit in statu damnationis, tenebitur omnino consensum præstare. Quantum ad secundum, opinio Scot. est dist. 30. 4. ubi ait, Coniunx innocēs deponat omnino conscientiam non credendo ficto, & ita poterit petere, & reddere debitum: & si non deposuerit conscientiam, peccabit petendo: quia aget contra conscientiam, atque etiam peccabit negando, & recedendo à viro: quoniam fortassis fictus mentitur, dicens se nõ consensisse. Aliter verò respõdet Soto hac dist. nam aut cõiunx innocens habet legitimam causam credendi ficto, aut est dubius: quia fortassis sunt æquales in vtranque partem coniecturæ: si primum, non poterit tunc innocens reddere, aut exigere debitum, sed tene-

abauz

F. t. q. f. 4.

LL

tur

tur separare se, donec iterum præster consensum, & simul contrahat matrimonium: si secundum, poterit, inquit, innocēs exigere debitum à ficto. Ratio est: quia in pari causa dubitandi, melior est conditio possidentis.

Hæresis.

Ex hoc artic. manet refutatus error Vvitleff, asserentis, solum consensum internum efficere matrimonium, quo errore notatur etiam Abbas Panor. in cap. cum locum. de sponsalibus.

Panor. cautè legendus.

Alex. Alen.

2. p. q. 170. m.

3. S. Th. q. 53.

q. 61. ar. 2.

D. Bon. art.

ult. q. 2. &

dist. 32. q. 2.

ar. 1. Sc. d. 31.

Art. III. An matrimonium ratum per ingressum religionis alterius coniugis dissoluatur?

CONCLUSIO I.

POST matrimonium ratum, & non consummatum, integrum est alteri coniugum, altero etiam invito, ad religionem transire. Definita est toto titulo de conuersione coniugatorum, præsertim in cap. ex publico ibidem, vbi exempla B. Macharij, & Alexij referuntur.

CONCLUSIO II.

CONSUMMATO iam matrimonio, nulli coniugum licet religionem ingredi altero invito: patet ex iisdem cap. de conuersione coniugatorum.

CONCLUSIO III.

IN casu primæ conclusionis, facta iam coniugis professione, poterit in seculo manens matrimonium contrahere. Definita est in cap. ex publico prima conclusione citato: nam professio est mors ciuilis.

D. Bon. d. 27.

art. ult. q. 2.

Sc. ubi supr.

Prima diffic. Qua auctoritate matrimonium ratum dirimitur?

CONCLUSIO.

Matth. 19.

DISSOLVITVR per ingressum religionis auctoritate potiùs Dei, quàm Ecclesiæ: Quos enim Deus coniunxit, &c. est etiam definita à Nicolao Papa, & refertur Can. scripsit. 27. q. 2.

Secunda

Secunda. Matrimonium consummatum potest ne aliquando quantum ad vinculum, utroque coniugum viuente, dissolui?

CONCLUSIO.

NVLLO modo est separabile: sola enim morte matrimonij consummati vinculum dissolvitur, *Matth. 19.* Quos Deus coniunxit homo, &c. & B. Paul. Mulier, quæ sub viro est, viuente viro, alligata est legi viri: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege: nam poterit tunc cum alio contrahere. *1. Corint. 7.*

Falsus est Caiet. circa explicationem huius loci *Matth. 19.* scilicet: Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi propter fornicationem, &c. ait enim, Intelligo igitur, ex hac Domini IESU Christi lege, licitum esse Christiano dimittere uxorem propter fornicationem carnalem uxoris, & posse ducere aliam uxorem, salva semper definitione Ecclesiæ: quod videtur ab Erasmo sumpsisse: sed de his infra de diuortio. *Caieta. causè legendus. Matth. 19.*

Hinc refutatur error Montani, & cæterorum dicentium nuptiarum fœdus, & vinculum pro coniugum arbitrio dissolui posse. *Hæresis.*

Tertia diffi. An sit hoc matrimonium separabile quoad thorum?

CONCLUSIO I.

SI uterque coniugū emisit votum simplex continentia, neuter potest debitum reddere, vel petere, sine voti dispensatione. Ratio est: quia votum obligat. *Cass. ubi sup. hæresis. Alex. Alex. 3. p. q. 27. m. 4. art. 3. §. 4. reliqui d. 27. D. Bon. ar. 1. q. 1. Ric. ar. 2. q. 1.*

CONCLUSIO II.

SI vnus eorum emisit votum continentia, de consensu alterius, poterit, qui facultatem concessit, illam reuocare, & debitum exigere. Definita est in *Can. manifestum. 33. q. 5.* Ratio autem est: propter vitandum fornicationis peccatum cum aliena.

SI uterque conuertitur ad Deum per votum solenne religionis, quanuis maneat matrimonium insolubile quoad vinculum, nam quilibet est coniunx alterius, vt supra in secunda diffi. patet: est tamen solum quantum ad thorum per votum solenne continentia, vt ex dictis constar. *APPEN.*

Quid si alter coniugum solum religionem profiteatur?

CONCLUSIO I.

D. Bon. in ex-
positione lue-
ra. Ric. q. 2.
ar. 2. Duran.
q. 2.

SI manens in seculo est suspectus de incontinentia, quia forsan est iuuenis, non potest tunc vnus sine altero religionem profiteri, & si profiteatur, erit nulla professio. Definita est in cap. cum sis præditus. de conuersione coniugatorum.

CONCLUSIO II.

SI non est suspectus: quia iam est prouectæ atatis, vt pote, sexagenarius, satis erit tunc, vt de licentia Episcopi continentiam voueat, & in seculo maneat. Definita est in cap. cum sis præditus, citato: & in Canone Agatosa. 27. q. 2. & ab Honorio Papa in regula nostræ Seraphicæ Religionis. ca. 2. vbi de ingressuris religionem dicitur: quòd si vxores non habent, vel si habent, etiam monasteriũ intrauerunt vxores, vel licetiam eis dederint autoritate diocesani Episcopi, voto continentie iam emisso, vel illius sint atatis vxores, vt non possit de illis oriri suspitio, &c.

Ric. arti. 2. q.
2. D. Bon. ar.
2. q. 1. Dur.
ibid. q. 1.

Quarta diffi. Si vnus coniugum de licentia alterius professus sit religionem, poterit ne (facta professione) qui in seculo manet illum extrahere?

CONCLUSIO.

POTEST quidem. Definita est in cap. i. de conuersione coniugatorum.

Quinta diffi. Extractus à religione, soluto matrimonio per mortem alterius, tenebitur ne reuerti ad religionem?

CONCLUSIO.

PLANE tenebitur. Definita est in cap. ex parte. de conuersione coniugatorum.

Sexta diffi. Quid si de facto secundas nuptias contrahat?

CONCLUSIO.

NULLÆ erunt nuptiæ. Ratio est: quia votum à principio fuit validum.

*Septima diffic. Quid de coniuge, qui sine alterius licentia solen-
niter professus est, & ab alio extractus a religione,
illo mortuo, ad quid tenebitur?*

*S. Tho. q. 61.
art. 1. D. Bon.
in lito. H.
Dur. q. 2.*

CONCLUSIO.

NON tenebitur ad religionem redire. Definita est in cap. qui-
dam. de conuersione cōiugatorum: professio enim fuit nulla.

Octaua diffic. Poterit ne ille secundas nuptias contrahere?

VIDETVR quidem non posse: quia quantum in se est, te-
netur seruare votum emissum continentia: videtur etiam
posse: quia votum fuit nullum: quod indicat glossa super cap. qui-
dam citato.

*Nona diffic. Sunt ne haec vera, quando promouetur ad sacros
ordines, aut assumitur ad Episcopatum?*

CONCLUSIO I.

SI vxor est sexagenaria, poterit in seculo, emissio continentia
voto, manere: si autem fuerit minor, tenebitur religionem in-
trare. Definita est in cap. sanè. de conuersione coniugatorum: aut
illum reperere.

*Soto dist. 27.
q. 2. art. 4.*

CONCLUSIO II.

CONVERSIO coniugum ad religionem fieri non potest nisi
petita licentia ab Episcopo, & obtenta, Ita definitur in Can. si vir,
& vxor 27. q. 2.

*Decima diffic. Quid de separatione coniugum, qua fit per
adulterium vxoris?*

CONCLUSIO.

POTERIT vir tunc, si fuerit innocens, inuita vxore adultera,
ad religionem, conuerti: si verò non fuerit innocens: nequa-
quam poterit: sed de his infra de diuortio latius.

D. Bon. ar. 3. Undecima diffi. An possit Papa dispensare in matrimonio rato quoad vinculum, ita ut uterque possit ad secundas nuptias transire?
g. 2. d. 27. & DD. hac d. 27.

DVÆ sunt opiniones. Prima glossa in cap. ex publico supra citato, quam omnes Canonistæ amplectuntur, & est affirmans. Vide Sylu. verb. diuortium 4. vbi illos nominat, quibus adhæsit Caiet. opusc. 27. q. 25. Contraria opinio est omnium fere Theologorum, & Syluest.

CONCLUSIO.

PA P A non potest dispensare in matrimonio rato, quoad vinculum, ita ut liceat utrique coniugum ad secundas nuptias conuolare. Ratio est: quia Papa non potest dispensare in matrimonio consummato, ut omnes fatentur, ergo neque in rato poterit: consequentia est manifesta: quia quoad essentialia, hæc duo matrimonia nullo discrimine distant: imo oppositum fuit error V vitcleff, asserentis, copulam ad essentiam matrimonij pertinere.

Hæresis.

Art. II. De sponsalibus.

Prima diffi. An sint promissiones futurarum nuptiarum?

CONCLUSIO I.

SPONSALIA sunt mutue viri, & femine promissiones. de matrimonio in futurum cōtrahendo. Ratio est: quia promissio non est præsentis, sed futuri euentus: nemo enim dicitur promittere, quod statim tradit, sed quod traditurus est, & in sponsalibus, ut nominis etymologia declarat, spontanæ, & mutue promissiones fiunt.

CONCLUSIO II.

AD matrimonium præterita sponsalia minimè sufficiunt, nisi vtriusque coniugis nouus consensus, vel formaliter per verba de præsentem, vel virtualiter per copulam maritalem, ut olim ante Conc. Trid. accedat. Ratio est: quia matrimonium est mutua corporum traditio vtriusque coniugis ad copulam maritalem: at verò in sponsalibus non fit corporum traditio, sed traditionis promissio: non enim sunt idem, tradam tibi equum, vel trado tibi illum.

Secunda

Secunda diffi. Qua aetate licet sponsalia contrahere?

CONCLUSIO I.

TEMPVS permissum contrahendi sponsalia per seipfos est à septimo anno expleto, & non antea: non enim ante illam aetatem vitur homo perfecto rationis iudicio, vt possit assensum alicui contractui præstare. Definita est etiam in cap. literas. & in cap. accessit. & in cap. ad dissoluendum. de desponsatione impuberum. & cap. vnico. eodem titulo, in 6.

CONCLUSIO II.

AD V E N I E N T E pubertate vtriusque sponsi, tenentur pueri, qui per seipfos ante pubertatem sponsalia contraxerunt, altero volente, legitimum contrahere matrimonium. Ratio est: quia promissio homini facta promittentem in consciencia obligat: & sponsalia promissiones quaedam sunt, nisi fortè remissio mutua promissionis fiat.

CONCLUSIO III.

QU A N D O parentes pro filiis, aut tutores pro pupillis in infantia sponsalia celebrant, infantes post pubertatem matrimonium contrahere non tenentur: propterea quòd, nullus ad matrimoniũ obligatur, nisi ratione proprię promissionis, vel propter hominum penuriam: & infantes in casu posito nihil promiserunt, neque hominum penuria illorum matrimonio indiget.

Tertia diffi. An sponsalia iuramento affirmata matrimonij robur obtineant?

CONCLUSIO.

SPONSALIA iuramento affirmata vim matrimonij de presenti minimè habent. Definita est in c. 2. de sponsalibus. vbi dicitur, per consensum partium dissolui posse.

Opinio Soti hac dist. est huiusmodi, sponsalia, quando personæ sunt legitimæ non posse dissolui, nisi per dispensationem ex legitima causa. Oppositum tamen est definitum cap. citato absolute, confirmatur à simili: nam, vt alij contractus iuramento firmati possunt solo partium consensu dissolui, ita, & hic: nullum enim ibi est periurium: nam vtraque pars iuri suo cedit.

S. Tho. q. 48.
ar. 1. Scot. d.
28. q. 1.
Canonista c.
2. & c. ex lit-
teris el. 2. &
ca. requisit
de sponsalibus.

*Quarta diffi. Poterit ne index Ecclesiasticus in foro exteriori
sponsum compellere, ut iuramentum adimpleat?*

IN c. ex literis, dicitur esse compellendum per censuram Ecclesiasticam: at verò in ca. requisivit. eodem titulo oppositum definitur.

CONCLUSIO.

IN hoc casu non potest Index sponsum inuitum compellere, ut cum sponsa per verba de praesenti contrahat. Definita est expressè in cap. requisivit. Et nota intelligendam esse conclusionem de compulsionem per carcerem, & de alia compulsionem, quam per censuram Ecclesiasticam: ita enim in Curia Ecclesiae fieri conuenit. Caput autem, ex literis: intelligitur, quando publicum bonum futurum speratur: ut est alicuius regni conuersio ad fidem: tunc enim reus per censuram Ecclesiasticam esset ad contrahendum compellendus: & ratione publici commodi Iudici obedire teneretur.

Quinta diffi. Quid si interim cum alia per verba de praesenti contrahat?

RESPONDEO, Valebit matrimonium, Deum tamen ultorem habebit.

*Sexta diffi. Copula carnalis post sponsalia de futuro facit ne
verum matrimonium?*

CONCLUSIO I.

POST Conc. Trid. sponsalia de futuro per nullam subsequentem copulam verum matrimonium efficiuntur. Definita est ibidem Sess. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij: quia quando matrimonium sine praesentia parochi, aut alterius Sacerdotis, & sine praesentia aliorum duorum, vel trium testium fit, est clandestinum, & ipso iure nullum, & ex consequenti subsequens copula sponsalia sine tali solennitate contracta verum matrimonium non facit.

CONCLUSIO II.

ANTE Conc. Trid. sponsalia de futuro per copulam affectu maritali superuenientem verum matrimonium efficiebantur, quando, sci-

do, scilicet ambo actuali animo, & intentione consummandi per illam copulam matrimonium, iungebantur. Hoc enim erat olim ius commune, vt constat in cap. is, qui fidem. & cap. de illis. & cap. per tuas. de sponsalibus.

Septima diffi. An aliquo modo dissolui sponsalia possint?

CONCLUSIO.

POSSUNT quidem duodecim casibus dissolui: quos Siluest. aperitissimè declarat. Est autem circa nonum casum, qui continetur in cap. ex literis. de eo, qui cognouit consanguineam alterius sponsi, animaduertendum, reddit tunc temporis inhabiles ad contrahendum: quia efficiuntur affines. Hic autem casus post Cóc. Trid. Sess. 24. c. 4. de reformatione matrimonij est verus, quando affinitas contrahitur in primo, & secundo gradu consanguinitatis, nam alij gradus matrimonium non impediunt.

Art. vl. Sunt ne bigami irregulares?

PRIMUM nota, bigamum propriè dici, qui cum duabus vxoribus legitimis, vel cum vidua à priori viro cognita contraxit. vt constat ex cap. debitum. de bigamis. Secundo animaduerte, bigamiam esse duplicem, veram, scilicet, & interpretatiuā: vera est, quam modò diximus, quæ non repræsentat perfectè vnionem vnus Christi ad vnā Ecclesiam propter secundum matrimonium: interpretatiua est illa, quæ etiā si sit vnus viri ad vnā vxorem, vel è conuerso, punitur tamen vir irregularitatis pœna, perinde ac si esset bigamus. Præterea nota, bigamiam interpretatiuam quinque modis sumi, vt cap. super eo. de bigamis, refertur. Prima est, quando quis, viuente priori legitima, duxit secundam legitimā. Secunda, quādo mortua priori legitima, duxit secundam illegitimam: quia forte erat affinis, & consanguinea, hi duo modi bigamiæ intelligendi sunt, dummodò vtramque cognouerit: aliter enim non erit irregularis. Tertia, quādo contraxit cū corrupta scienter, vel ignoranter. Quarta, quando cognouit propriam vxorem adulteram, etiam ignorando adulterium, tempore, quo illam cognouit. Quinta, quando post votum solenne religionis,

*Ric. d. 27. So.
to art. 4. Sco.
d. 33. q. 2. Du.
rā. d. 27. q. 4.*

aut ordinis de facto matrimonium contraxit. Vltimò perpende, nunquam irregularitatem ex bigamia contrahi, nisi interueniente cum vtraque carnali copula, vt definitum est in cap. citato, de bigamis.

CONCLUSIO I.

BIGAMVS propriè dictus est irregularis ad suscipiendos sacros ordines, vel ad susceptos administrandos. Definita est ca. 1. & cap. super eo, & cap. debitum. de bigamis non ordinandis.

CONCLUSIO II.

BIGAMVS interpretatiuè primo, & secundo modo, si vtramque uxorem cognouerit, est irregularis. Definita est in cap. nuper. de bigamis.

CONCLUSIO III.

*Paluda. est
hac d. 9. 4.*

QVI cum duabus contraxit, quas cognouit, licet vtrunque matrimonium nullum fuerit, vt si vtraque cõsanguinea erat, bigamus, & irregularis interpretatiuè iudicatur. Ratio est: quia quantum in se fuit, binas contraxit nuptias.

CONCLUSIO IIII.

BIGAMVS interpretatiuè tertia bigamia est irregularis. Definita est in Can. qui in aliquo. 51. dist. & de hac disputant Canonistæ super cap. 1. qui Clerici, vel vouentes contrahere possint.

CONCLUSIO V.

2. Cor. 11.

BIGAMVS interpretatiuè quarta bigamia, secundum probabilem sententiam S. Tho. & Ric. hac dist. irregularis censetur. Ratio est: quia irregularitas in bigamia non præsupponit culpam, sed defectum in Sacramento matrimonij, quatenus alter coniugum non perfectè repræsentat Christum, siue Ecclesiam, & mulier adultera perfectè non repræsentat Ecclesiam, quam B. Paul. Virginem castam Christo exhibendam appellat.

CONCLUSIO VI.

BIGAMVS interpretatiuè quinta bigamia est irregularis. Definita est in cap. nuper. citato.

CONCLUSIO VII.

IRREGVLARITAS, quæ per bigamiam propriâ, vel interpretatiuam contrahitur, est inhabilitas ad sacros ordines recipiendos, & ad non ministrandos susceptos nullam culpam, vel peccatum præsupponens. Et ad probationem nota, duplicem esse irregularitatem,

tatem, propriam vnam, quæ est pœna, & censura Ecclesiastica propter culpam inflicta, vt quam contrahit excommunicatus celebrans: alteram, quæ est inhabilitas, propter aliquam indecentiam, vt quæ propter homicidium iustum, aut iniustum contrahitur, & propter bigamiam: quia transire ad secundas nuptias legitimas, nullum est peccatum.

Prima diffic. Potest ne Papa in bigamis dispensare: vt ad sacros ordines promoueantur?

CONCLUSIO I.

POTEST quidem dispensare. Definita est in Cano. lector. 34. dist. vbi legitur, Lucium Papam dispensasse cum Episcopo Panormitano, qui bigamus fuerat.

CONCLUSIO II.

EPISCOPVS potest dispensare cum bigamo, vt ad minores ordines promoueatur. Definita est in eodem Cano. lector.

Secunda diffic. An irregularitas bigamia per Baptismum tollatur?

DE hac difficultate fuit olim contentio inter B. Hieron. & D. August. B. Hieronymus, dicebat tolli: vt habetur in Can. vnus vxoris dist. 26. oppositum asseruit D. Aug. & refertur in Can. acutiùs 28. q. 3. quem sequuntur omnes Theologi.

CONCLUSIO.

IRREGVLARITAS bigamiæ nõ tollitur per Baptismum. Ratio est: nam etiam si matrimonium infidelium non erat sacramentum gratiam conferens, erat nihilominus sacramentum, id est, sacrum signum, vnionem inter Christum, & Ecclesiam significans, & ex cõsequenti habent bigami defectum significandi hanc vnionem, & ita post conuersionem erunt irregulares.

Tertia diffic. An irregularitas ex homicidio per Baptismum tollatur?

OPINIO Ric. est, non tolli irregularitatem homicidij iusti, cum non sit peccati pœna. communis opinio hac dist. & Sco. d. 33. q. 2. tenet oppositum.

*Ric. art. 4.
q. 2. d. 27.*

CON

CONCLUSIO.

Sūma Ange. verb. irregu- laritas.
 IRREGVLARITAS per quaecumque homicidiū contracta medio Baptismo tollitur. Ratio est: quia in primitiua Ecclesia nulus homicida, quemadmodum bigamus, à sacris ordinibus excludabatur. Cuius institutionis causa erat: quia horror homicidij, non autē in decentia bigamiæ in repræsentando, & significando vniōnem Christi cum Ecclesia, per Baptismum purgabatur.

QVÆSTIO SECVNDA DE MATRIMONIO CONDITIONATO.

HAC quæst. 28. dist. Magistri exponitur.

Art. vnicus. An contractus matrimonialis sub conditione factus, conditione non existente, valeat?

CONCLUSIO I.

S. Tho. q. 47. art. 5. reliqui d. 18. D. Bon. ar. 1. q. 3. Ric. ar. 2. q. 2. Sco. dist. 29. q. 1. Duran. q. 2. dist. 28.

CONDITIONIBVS de præsentī, aut de futuro cū verbis de præsentī iam existentibus, statim valet matrimonium: vt si dicat, Accipio te in meam, si patri meo placet, vel placuerit: pater conclusio à simili de alijs contractibus Iuris ciuili: vt definitur in l. itaque ff. de conditionibus. & demonstrationibus.

CONCLUSIO.

QVANDO verbo de præsentī conditio de futuro in se necessaria apponitur, statim est verum matrimonium: vt si quis dicat, Accipio te in meam, si cælum nunquam digito tetigeris, vel aliquid simile, quod naturali necessitate venturum est, adiungatur. Ratio est: quia cū istæ conditiones necessariò venturæ sint, in suis causis adimpletæ esse censentur. Hæc est S. Tho. hac dist. contra glossam in cap. per tuas. de conditionibus appositis.

Art. 3. q. 3.

APPEN.

Hinc, si quis cōtraheret, dicens, Contraho tecum, si pater meus est moriturus, statim matrimonium esset validum.

Prima diffie. Quid si conditio de præsentī, vel de præterito per verbum de futuro in contractu matrimoniali ponatur?

V. G. si dicat aliquis, Accipiam te in meam, si Imperator olim vicit Turcos.

CON

C O N C L U S I O I.
In tali casu non erit matrimonium, sed vera sponsalia; quia matrimonium fit per verba de presenti: hic autem solum fit matrimonij de futuro promissio.

C O N C L U S I O I I.
Si in contractu dies, sub conditione necessaria, siue contingēti, proponatur, non statim verum matrimonium, sed sponsalia efficiuntur: vt si dicat, Contraham tecum, quando pater meus morietur: nam etsi conditio sit necessario futura, consensus tamen non est de presenti, sed in diem signatam.

Secunda diff. Quando conditio contingens de futuro verbo, de presenti apposita impletur, est ne nouus consensus necessario praestandus?

D. Bon d. 28.
 art. 2. Dur. d.
 28. & 29. q. 1.

V. G. Contraho tecum, si dederis mihi centum, & c. Iuris periti in cap. de illis. de conditionib. appositis. tenent, non esse necessarium tunc nouum consensum, quibus ex Theologis solus Palud. adhæsit. Oppositam sententiam cæteri DD. Theologi hac dist. & sequenti defendunt.

d. 29. art. 5.
 q. 2.

C O N C L U S I O.
QUOTIES CONQUE conditio de futuro apponitur, quanuis consensus verbo de presenti explicatur: semper tamen est de futuro, & talis contractus non est matrimonium, etiam conditione adimpleta, cum nouus consensus per verba de presenti exprimendus sit. Ratio est: quia nullum sacramentum, quale est matrimonium, potest sub conditione confici: neque enim minister potest sacramenti effectum suspendere: quare, vt fiat sacramentum, necessarius esset nouus consensus.

Tertia diff. An conditio habitatis. posita. quando persone sunt inhabiles ad contrahendum, faciat sponsalia?

V. G. si consanguinei intra quartum gradum, hac conditione, scilicet, si Papa dispensauerit, contrahat. Adrianus duas opiniones in materia de matrimonio refert: opinio Adriani est affirmans. Cõmunis autem opinio negans. Siluest. verb. matrimonij. §. 9.

affert peculiarem Calderini opinionem asserentis, adueniente dispensatione, non esse necessarium de nouo contrahere.

CONCLUSIO I.

CONTRACTVS præcedens dispensationem Rom. Pont. in casu posito non facit vera sponsalia, ita vt adueniente dispensatione, aliquis illorum titulo sponsalitij cum alio matrimonium contrahere teneatur. Ratio est: quia si affinitas sequens sponsalia dissoluit illa vt in cap. superueniens. de sponsalibus definitum est multò magis profectò præcedens consanguinitas illa dissoluet: multò namque minus impedit sponsalia subsequens affinitas, quàm præcedens consanguinitas.

CONCLUSIO II.

TENETVR nihilominus ex lege iustitię vnus consanguineus, altero volente matrimonium, adueniente dispensatione, cõtrahere: propterea quòd, promissio in materia graui, qualis est matrimonij materia, obligat in cõscientia: aliter enim grauissima iniuria ille, cui facta est promissio, afficeretur.

Ric. d. 28. art.
2. q. 2.

Quarta diffi. An conditio impossibilis reddat matrimonium nullum?

EXEMPLI causa. contraho tecum, si cælum digito tetigeris, aut quid simile præstiteris: textus est expressus cap. finali. de conditionib. appositis. vbi conditiones turpes, aut impossibiles matrimonio appositae pro non adiectis habendas esse definitur. Circa cuius textus intelligentiam est grauis inter DD. Theologos disceptatio. Canonistæ primùm intelligunt textum absque vllò discrimine rationis, vel euentus. Palud. dist. 29. art. 5. tenet matrimonium non esse validum in foro conscientię, quia conditio impossibilis potiùs dissensum, quam consensum indicat. Adrianus in 4. in materia de matrimonio dubio 7. exponit, matrimoniũ esse verum, quando contrahentes ignoranter putant conditionem esse possibilem: secus verò, si impossibilem credant. Alij, quorum nomina non expressit magister Soto. d. 29. q. 2. artic. 1. 4. affirmant, Ecclesiam absolutè tenere, tales contrahentes esse veros coniuges, etiam absque consensu.

CON

CONCLUSIO.

ABSOLVTE fatendum est, conditionem impossibilem ver-
bis de presenti appositam non annullare matrimonium. Probatur
per cap. finale in principio citatū: talis enim conditio est habenda
pro non apposita, præsertim, si statim, prolatis prædictis verbis,
consensus signa sequantur, vt si faciat, quod cæteri sponsi facere
consueverunt. Hæc enim est vera illius textus interpretatio.

*Quinta diffic. An conditiones contrarie substantie matri-
monij, illud annullens?*

DD. d. 28. c. 29. Canoni-
sta cap. fin. de
conditio. ap-
positis. Ricar.
vbi supra.

ANIMADVERTE primum, tria esse bona matrimonij,
scilicet bonum fidei, bonum prolis, & sacramenti: erit autem
contractus contra huiusmodi bona, si quis contrahat hac condi-
tione, vt dicat. Contraho tecum, si generationem prolis equites, vel
donec inueniam aliam honore, & facultatibus digniorem. Prima
conditio est contra bonum prolis. Secunda contra bonum perpetu-
tatis, scilicet, sacramenti: vel tertio, si dicat. Contraho tecum, si
pro quæstu adulterium commiseris, quod est contra bonum fidei
matrimonialis.

CONCLUSIO.

CONTRACTVS matrimonialis, in quo vna ex prædictis condi-
tionibus ponitur, redditur nullus. Expressè definita est à Gre. 9.
in cap. fin. modò citato. Est enim matrimonium obligatio mutua
ad bonum prolis, & bonum fidei, & bonum perpetuitatis, & qui
conditionem aliquam ex dictis apponit, voluntatè obligandi se ad
hæc tria minimè habet: atque ita non efficitur matrimonium, quod
solo animo obligandi se verbis expressis contrahitur.

*Sexta diffic. An conditiones posibles, & turpes reddant nullum matrimonij Ric. vbi supr.
contractum, quando non sunt contra illius substantiam?*

V. G. si quis dicat. Accipio te in meam, si furtum, homicidium,
vel quid simile commiseris.

CONCLUSIO I.

TALIS conditio turpis est habenda pro non adiecta. Defi-
nita est in cap. fin. de cōditionibus appositis. Et est explicandus
textus,

textus, vt supra diximus; ita vt aliunde sint inuestiganda signa consensus, vel dissensus, & non ex conditione, vt supra dictum est.

CONCLUSIO I.

ALITER definiendum est circa hunc casum in foro cōscientiæ, aliter verò in foro exteriori: nam si pœnitens confiteatur se non habuisse intentionem contrahendi, nisi adimpleta cōditiōe turpi, tunc matrimonium nullum esse propter defectum cōsensus iudicabitur, eritque compellendus, vt adimpleta conditione, matrimonium contrahat: nam etsi cōditiō fuerit turpis: res tamen promissa est honesta, & ex consequenti adimplenda.

Septima diffic. Quid si dicat, Contraho tecum, si mecum prius concubueris?

CONCLUSIO.

HÆC cōditiō potest esse honesta intelligendo illam de virginitate ex affectu maritali, ita vt habeat animā cognoscendi illam, tanquam vxorem & non tanquam concubinam: & tunc cum primum illam cognoscit, per copulam consequentem verum efficitur matrimonium: quòd si fuerit turpis cōditiō, in foro exteriori pro non adiecta habetur, nisi probetur dissensus ex parte viri. Hæc concl. olim fuit vera, quando sponsalia de futuro per copulam subsequentem efficiebantur matrimonium: at verò nunc matrimonium est nullum, nisi contrahatur presentibus testibus, & cum solennitate, à Conc. Trid. definita Sess. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij.

Adr. est, in materia de sponsalibus, & gl. de sponsalibus duorum.

Ric. vbi supr. & Adr. q. 6. de sponsalibus.

Octaua diffic. An hæc cōditiō, Si te virginem inuenero, sit turpis, ita vt pro non adiecta habeatur?

RESPONDEO per tres propositiones.

PROPOSITIO I.

SI exploratio virginitatis est faciēda per aspectum matronarum, cōditiō erit licita; vt supra diximus.

PROPOSITIO II.

SI per congressum virilem, turpis est, & in foro exteriori pro non apposita habetur, & iudicabitur, ac si esset consensus absolutus: nisi aliunde dissensus probetur.

PRO

PROPOSITIO III.

IN foro conscientie standum est conditioni adimplete: impleta enim conditione tenebitur, qui illam posuit, matrimonium contrahere: nam etsi conditio fuerit turpis, res tamen promissa honesta est, scilicet matrimonium: quemadmodum tenebitur reddere centum, qui illa promisit, ut homo interficeretur, adimpleta conditione, atque etiam, qui promisit pretium meretrici: quia adimplere promissum, honestum est.

Nona diffie. An valeat matrimonium, quando conditio est negatiua?

Adr. dñb. 12. in hac materia. Soto dist. 29. in fine.

CONCLUSIO I.

SI negatio est exceptiua, includit affirmationem, & ex consequenti erunt sponsalia: ut si quis dicat, non ducam aliam præter te: idem enim est, ac si duceret, ducam te: quia exceptiua in rigore dialectico includit affirmationem.

CONCLUSIO II.

SI negatio est conditionalis, tunc non erunt sponsalia, ut si dicant, non ducam aliam nisi te: nam idem est, ac si dicatur: Si non duxero te, nullam aliam ducam: erit autem sensus ex præcedentibus, & sequentibus colligendus.

CONCLUSIO III.

SI autem fuerit conditio de futuro, & negatiua, sponsalia erunt nulla: quia pura negatio est dissensus, & ad matrimonium consensus desideratur: ut si quis dicat, nunquam aliam à te uxorem ducam.

QVÆSTIO OCTAVA DE CONSENSV

LIBERO, ET COACTO.

HAC quæst. dist. 29. Magistri declaratur.

Art. An metu cadente in constantem virum matrimonij contractus annullerur?

Alex. Alen. 2. p. q. 28. m. 2. ar. 2. §. 2. S. Tho. q. 47. ar. 3. D. Bon. & reliqui hac d. art. 1. Ric. q. 1. art. 1. Scot. q. 1. Dur. q. 1. & 2.

NOTA metum cadentem in constantem virum esse, qui potest virum studiosum cogere: ut iure faciat, quod cessante me-

F. t. q. l. 4.

MM

tu, non

tu, non fecisset: qui est quadruplex vel mortis, vel perpetua seruitutis, vel perpetui carceris, vel amissionis status.

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM contractum metu cadente in constantem virum est nullum. Definita est in cap. cum locum & in cap. veniens. de sponsalibus.

CONCLUSIO II.

NOTA metus cadens citra virum constantem in foro exteriori matrimonium non irritat. Ratio est: quia iura canonica hactenus solum declararunt, matrimonium metu cadente in constantem virum contractum, esse nullum.

Prima diffic. Erit ne tale matrimonium nullum iure Diuino, & naturali, an Ecclesiastico tantum?

Vbi supra.

*S. Th. & Sco.
& Bona.*

VARIÆ sunt opiniones. Prima Ricar. quem sequuti sunt Paluda. & alij, qui tenent iure tantum Ecclesiastico fieri invalidum. Altera opinio D. Bona. & Scot. asserentium, esse nullum iure naturali, & diuino: & Ecclesiam de nouo nihil in hoc casu instituisse, sed solum quod iure naturali, & diuino institutum erat, explicasse. Tertia opinio refertur à Sylu. verbo matrimonium §. ii. tenens, tale matrimonium esse validum secundum ius diuinum: rescindi tamen ab Ecclesia per actionem, quæ datur his, qui talem metum patiuntur. Hæc opinio est erronea: nam si esset validum secundum ius naturæ, & diuinum, non posset aliquo modo ab Ecclesia rescindi, vt constat Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet.

Matth. 19.

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM, metu cadente in constantem virum contractum, non est irritum ex iure tantum positiuo, eo quod Ecclesia personas, ad sic contrahendum, illegitimauit. Ratio est: quia matrimonium metu contractum ratificatur per solam libertatem superuenientem ex pacifica cohabitatione contrahentium, etiamsi nouus consensus non interueniat. At verò matrimonium inter personas illegitimas nunquam ratum efficitur per solam libertatem, & personarum legitimationem, quin nouus consensus superueniat. vt constat ex l. oratio. ff. de sponsalibus. quare non fuit matrimonium

nium nullum, quia persona fuerunt illegitima: alioqui enim esset
 nouus consensus necessarius.

CONCLUSIO II.

EST tamen nullum ex iure naturali, & diuino propter defectum
 libertatis in illo, qui metu ad contrahendum compellitur. Cōstat
 exemplo sacra Scriptura: nam seruo Abraha petenti Rebeccam
 responderunt parentes illius: Vocemus puellam, & quaeramus vo-
 luntatem eius: quam obrem lege natura, qua sola tunc vigebat, li-
 bertas in matrimoniali contractu exigitur. Vnde tale matrimo-
 niū propter defectum libertatis iure natura in foro conscientie
 rit nullum: quia per iniustitiam nullus in conscientia obligatur.

*Secunda diffi. Annullat ne matrimonium omnis metus cadens
 in virum constantem?*

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM metu ab intrinseco illato contra-
 ctum, est verum. Ratio est: quia talis metus non est causa ma-
 trimonij, sed occasio, & ita liberè matrimonium, contrahitur: non
 enim ab alio, sed à seipso ad contrahendum inducitur.

Hinc, si quis ab inimicis obsessus in virum alicuius foemina se
 offerat, vt obsidionem auferat, matrimonium valebit: fuit enim li-
 ber consensus, cum non ab alio, sed à seipso sit ad contrahendum
 inductus.

Hinc, si quis metu naufragij promittat aliquam pauperulam in
 vxorem ducere, vel de facto, titulo charitatis cum illa cōtrahat, erit
 verum matrimonium: quia non ab alio, sed à seipso inducitur, & de
 similibus erit similiter iudicandum.

CONCLUSIO III.

MATRIMONIUM contractum metu ab extrinseco, nō inten-
 tionē inducendi ad matrimonium, erit validum, vt si quis ad pati-
 bulum ducendus dicat, se velle ducere meretricem in vxorem, vt
 mortem euadat: quemadmodum in aliquibus prouinciis statutum
 est. Ratio est: quia metus ille non est causa, sed occasio matrimo-
 nij, neque hac intentione ad patibulum ducitur: atque ita liberè
 contrahit, cum non ab alio, sed à seipso inducatur.

QVOTIESCVNQVE metus iuste, aut iniuste hac intentione inferitur, vt aliquis ad contrahendum inducatur, matrimonium erit nullum. Ratio est: quia metus in hoc casu est causa matrimonij: & violentus: quia tollit liberum consensum, qui de essentia matrimonij est.

APPEN. 3.

Si homini deprehenso in adulterio aliquis mortem comminetur, nisi cum alia contrahat, matrimonium erit nullum: quia talis metus est causa matrimonij, tollitque libertatem: secus nisi adulter sponte, vt mortem vitet, ad contrahendum se offerat. vt ex 2. concl. constar. Ita definitum est in l. nec timorem. & in l. isti quidem. ff. quod metus causa, &c.

APPEN. 4.

Hinc, si iudex latroni suscipiendo pœnæ remissionem promittat, hac conditione, vt aliquam in vxorem ducat, tale matrimonium erit nullum, & de similibus simile est iudicium.

Tertia diffi. An matrimonium metu graui contractum, & iuramento firmatum, sit perinde irritum, ac sine iuramento contrabatur?

APPEN. 5.

R I C A R. diff. 29. art. 2. q. 3. duas refert opiniones, vnam affirmantem, & alteram negantem, quam ipse sequitur.

CONCLVSIO.

APPEN. 6.

MATRIMONIUM metu graui contractum, & iuramento firmatum, ipso iure nullum esse censetur: patet, quia cum votum solenne emissum per metum grauem sit ipso iure nullum, vt in cap. primo. quod metus causa. definitur: matrimonium profectò erit etiam nullum: quando enim non fit proximo iniuria, nullum quoad Deum est inter votum, & iuramentum discrimen.

Quarta diffi. An quando metu graui ad contrahendum, & consummandum matrimonium, aliquis compellitur, sit verum matrimonium?

CONCLVSIO.

In hoc casu cognoscens mulierem non affectu maritali mori peccat, & verum matrimonium non conficitur: quòd autè pec-

cet: pa-

cet: patet, quia fornicatur cum non sua, nullus enim metus à peccato excusat. Deinde, quòd non sit matrimonium, constat: quoniam matrimonium à principio metu contractum non ratificatur, nisi per subsequentem matrimonij vsum, & ille non vsu matrimoniali, sed fornicario accessit.

Hinc, si affectu maritali ad mulierem accederet, verum efficeretur matrimonium. Ratio est: quia liberè tunc præstat matrimonialem vsum: vir enim, qui est causa efficiens congressuum, vt experientia testatur, nõ potest ad illum compelli: quemadmodum mulier, quæ passivè tantum se habet, quæ ligari, & cognosci potest. APPEN.

Quinta diffi. An matrimonium, quod antea erat nullum per subsequentem liberam cohabitationem, aut matrimonialem vsum effici validum possit?

CONCLUSIO.

MATRIMONIUM metu cõtractum, per liberam cohabitationem superuenientem, quæ est vsus matrimonialis, verum, & validum efficitur. Ratio est, à simili: quia contractus civilis, qui fuit nullus ob defectum libertatis, verus efficitur adueniente libero vsu rei permutatæ, vt si liberè equo vtatur, qui metu compulsus illum emit: tum etiam, quia causa annullans matrimonium erat solus defectus libertatis, & cessante causa, cessat effectus.

Art. II. De compulsione per imperium.

ABSOLVETUR duabus difficultatibus positis.

Prima diffi. An pater possit filium ad contrahendum matrimonium compellere?

CONCLUSIO I.

QVANDO non est necessarium ad aliquem finem: vt filius *Cõmunis est.* contrahat matrimonium, non tenetur parenti coniugium præcipienti obedire: est enim libertas ad contrahendum lege naturali, quæ non potest paterno imperio tolli. Et est definita in c. 2. & cap. accessit. de desponsatione impuberum, & per legem non cogitur. de ritu nuptiarum.

APPEN.
D. Bons.

Hinc, puella desponsata per parentes ante pubertatem p[ro]p[ri]e reclamandi facultatem habet: ita expresse definitur in cap. a ccc sit citato.

CONCLUSIO II.

SI matrimonium filij est patri, aut Reipublicæ, aut ad aliquem bonum finem necessarium, poterit pater, non metu mortis, vel alia quavis violentia, sed simplici solum iussione filium ad matrimonium compellere: & filius si non contraxerit, mortaliter peccabit: vt si matrimonium expediat patri ad vitandas inimicitias, vel ad extirpandas hæreses, vel ad totius regni pacem: patet ex lege charitatis, quæ singulos obligat, non vt quæ sua sunt, sed quæ aliorum quarant: præsertim si fuerit persona publica, aut princeps.

Secunda diffic. Potest ne Princeps, vel Iudex, aliquando subditum metu mortis, siue carceris ad contrahendum compellere?

CONCLUSIO.

QUANDO subditus tenetur aliquo iure contrahere, aut quia desponsauit sibi aliquam, aut quia virginem violauit, quam ducere, vel dotare tenetur, poterit Iudex siue Princeps illum ad matrimonium compellere: citra hos autem, & similes euentus compellere potest neminem: hic enim compulsus, siue metus est legitimus: quia fit à iudice habente auctoritatem compellendi: neque tollit libertatem, eam enim priùs subditus, quando commisit delictum, amisit: quoniã voluntariè, ac liberè se ad p[œ]nam obligauit.

QUESTIO QUARTA DE IMPEDIMENTO ERRORIS.

HÆC quæst. dist. 30. Magistri aperitur.

Art. I. An error in persona, vel in conditione verum matrimonium impediatur?

CONCLUSIO I.

ERROR in persona matrimonij contractum impedit. Ratio est: quia causa efficiens matrimonium est consensus, & facultas

facultas contrahendi cum certa, & determinata persona: & qui er-
rat in persona, non habet voluntatem contrahendi cum illa, vt si
pro filia Ioannis, filia Petri apponatur: atque ita, deficiente consen-
su, matrimonium est nullum.

CONCLUSIO II.

ERROR circa conditionem matrimonij contractū impedit:
vt si mulier nubat seruo, quem liberum esse arbitrabatur: patet,
quia seruus est impotens ad soluendum debitum, cum possit à do-
mino impedi: & matrimonium nihil aliud est, quam obligatio
perpetua reddendi debitum, si petatur: quamobrem cum seruus
non possit reddere debitum, matrimonium erit nullum.

Art. II. An error in bonis, & in qualitate matrimonium impediatur?

CONCLUSIO.

ERROR in bonis fortunæ, aut in qualitatibus coniugum ma-
trimonium haud impedit: vt si quis ducat pauperem existimans
esse diuitem, quanuis aliter eam non duceret. Ratio est: quia iste
error non est circa essentialia matrimonij, sed circa accidentalia:
qui quidem non impedit contractum, quemadmodum error circa
essentialia matrimonij, vt circa materiam, vel circa obligationem,
id est, potentiam, obligandi se: de ratione enim contractus est con-
sensus circa essentialia, & non circa accidentalia, quemadmodum,
& in reliquis contractibus.

Hinc, si quis contrahat cum corrupta, existimans virginem esse, APPEN.
erit verum matrimonium: nam accidit contractui integritas vxor-
is, vel corruptio.

*Art. III. An inter Sanctissimam Virginem, & Beatissimum
Ioseph fuerit verum matrimonium?*

CONCLUSIO I.

SANCTISSIMA Virgo, antequam nuberet sancto Iose-
pho, vtrum continentiam emiserat, & constat Luc. I. Quomodo
fiet istud, quoniam virum non cognosco? id est, non possum co-
gnoscere, quoniam continentiam promisi.

Luca I.

CONCLVISO II.

Matth. 1.

MATRIMONIUM ratum Sacratissimæ Virginis verum, & perfectum fuit: nam apud B. Matth. Ioseph coniunx vocatur.

CONCLVISO III.

Ambr.

EXPEDIENS fuit multas ob causas, vt Sanctissima Maria viro nuberet: eas omnes reperies apud D. Ambr. Luc. 1. & apud S. Tho. loco citato.

Diffi. Habuerint ne in lege veteri præceptum contrahendi matrimonium omnes potentes illud contrahere?

DVÆ sunt opiniones. Prima S. Th d. 30. & in 3. p. q. modò citata affirmans. Secunda negans Sco. d. 30. q. 2. art. 1. quem, tacito, authore, sequitur Soto eadem d. q. 2. ar. 1. ad vltimum, scilicet, non fuisse tunc vniversale præceptum contrahendi.

CONCLVISO.

D. Hiero.

PATRIARCHÆ, vt pote Abraham, Isaac, & Iacob fortassis præceptum contrahendi Matrimonij habuerunt, vt Dei populus, qui ab illis exordium sumpsit, exiguusq; tunc, erat, multiplicaretur: quo quidem multiplicato nullus tali præcepto obligabatur: patet exemplis sanctorum veteris legis: Eliseus enim, Hieremias, Isaias in perpetuo cælibatu, authore D. Hieronymo, vixerunt, & D. Ioan. Baptista ad illud præceptum fuisset obligatus, cum ante mortem Christi nullum præceptum legale fuisset reuocatum.

APPEN

QVÆSTIO QVINTA DE BONIS MATRIMONIJ fidei scilicet, prolis, & sacramenti.

HANC q. tractat Mag. 31. dist. absoluetur aliquot difficultatibus expositis.

Prima diffi. Indiget ne matrimonium aliqua excusatione?

ALII nominibus hæc difficultas à Ricar. & Duran. & ab aliis proponitur.

CONCLVISO I.

MATRIMONIIONERA triplici bonorum genere excusantur,

CON

MM

siue

siue recompensantur: non enim est facienda iactura, nisi propter maioris lucri spem: vnde matrimonium, quod maximam secum affert corporis iacturam spe maioris lucri, scilicet, propagationis generis humani, & quia sacramentum est contrahitur.

CONCLUSIO II.

In statu naturæ integræ matrimonium his bonis non erat excusandum. Ratio est: quia tunc nulla fuissent matrimonij onera, quæ in pœnam peccati successerunt.

Hinc matrimonium sanctissimæ, & immaculatæ Virginis Mariæ fuit ex se appetibile: caruit enim ærumnis, quibus cetera matrimonia abundant: quia neque in conceptu impudicitiam, nec in partu dolorem habuit.

APPEN.

Secunda diffi. Quenam sunt matrimonij bona?

Hæc difficultas variè à DD. explanatur.

CONCLUSIO.

TRIA sunt matrimonij essentialia bona sine quibus consistere haud potest: vt pote indissolubilitas, obligatioque prolem creandi, & mutuam seruandi fidem. Definita est in Can. omne. 27. q. 7. lege cap. finale. de conditionibus appositis.

DVBIUM I.

Quod istorum bonorum est dignius, & magis ad matrimonij essentiam pertinens?

NOTA primum, indissolubilitatem, siue vinculum indissolubile vocari bonum sacramenti; obligationem procreandi prolem & religiosè educandi, bonum prolis appellari: & mutuam obligationem seruandi fidem, fidei bonum nuncupari. scilicet, vt nullus coniugum alij admisceatur.

CONCLUSIO.

INDISSOLVIBILITAS ceteris bonis præstat, & magis de essentia matrimonij est: nam est forma matrimonij, quatenus significat vinculum indissolubile, & indiuiduam vitæ consuetudinem: tunc enim non definitur per alia bona, nisi per sacramentum: diciturque excellentius ea ratione quia supermi beneficij, nempe, Incarnationis verbi Diuini est signum.

Tertia diffi. Secluso fine proles, & fidei, actus coniugalis est ne licitus?

D. Bon. & S. Tho. tres citant opiniones: quarum prima tenet, delectationem esse mortale peccatum. Secunda esse veniale. Tertia nullum esse peccatum conjunctionem carnalem coniugum propter explendam libidinem. D. Bona. opinatur conjugalem actum semper esse veniale, quanuis intentio sit recta, & si tamé delectatio interueniat, non autem si coniunx fastidiat delectationem, ita vt illam non admittat, sed patiatúr tantum, cum non possit illi resistere: nam erit tunc actus meritorius.

CONCLUSIO I.

ACCEDERE ad propriam vxorem, vel ad proprium virum delectationis tantum causa, non est mortale peccatum: quia mortale est transgressio legis, & talis accessus nulla lege prohibetur.

CONCLUSIO II.

ACCEDERE ad coniugem solo animo explendi libidinem, ita vt delectationem quærat, veniale peccatum est: quia est actus inutilis, eius enim finis, vt pote libido, nullius utilitatis est, est que omnino otiosus, & non potest in Deum referri, cum non referatur in finem honestum, scilicet, in procreationem liberorum, vel ad vitandam fornicationem, vel ad debiti solutionem.

CONCLUSIO III.

QUANDO aliquis accedit, sine debito, quamuis sponte delectationem admittat, neque venialiter peccat: quia finis huius actus est honestus, & rectus, & operatio bonitatem, vel malitiam à fine fortitur: & quia illam vitare non potest: est enim naturalis, vt delectatio in cibo, & somno.

Quarta diffi. An accedens ad propriam sola causa vitandi fornicationem cum non sua venialiter peccet?

D. Hiero. &
D. August.

DVÆ sunt opiniones. Prima D. Bona. & B. Thom. hac d. & Mag. ca. i. sequentis distinctionis, & sequuntur D. Augustinum, & Hieronymum, qui opinantur, omnem concubitum conjugalem esse peccatum, nisi vel causa procreandi prolem, vel reddendi debitum fiat. Sco. vero dist. 26. & Ric. art. 3. q. i. huius distinctioni, &

cti, & Dur. q. vltima Caiet. in summa, verbo matrimonium cap. de vsu matrimonij. Et Sylu. verb. debitum coniugale 6. oppositum tenent, scilicet, tam reddere, quam exigere debitum causa vitandi fornicationem in se, aut in alio nullum esse peccatum.

CONCLUSIO I.

NVLIVM est peccatum debitum coniugale exigere solum propter vitadam in seipso cum non sua fornicationem: matrimonium enim non solum est in officium, verumetiam in remedium, & si est actus charitatis exigere debitum propter vitandam in alio fornicationem, multo magis erit propter vitandam in seipso: ordine namq; charitatis potius nobis, quam alijs subuenire tenemur.

CONCLUSIO II.

QUANDO debitum petitur, non ad vitandum adulterium, sed ad delectationem tantum, & animo explendi libidinem, venialiter peccatur D. August. & ceterorum est: vt constat ex superiori difficultate. *D. Aug.*

DVBIVM II.

Quando abusus actus matrimonialis erit mortale peccatum?

RESPONDEO duabus propositionibus.

PROPOSITIO I.

QUANDO est contra naturam, & quando ex seminis effusione prolis generatio impeditur, mort. peccatur: patet ad Rom. 1. De fœminis Gentilium, quæ cum proprijs viris, inquit Paul. mutauerunt vsu in eum, qui est contra naturam: & quia finis principalis matrimonij, vt pote prolis generatio, impeditur. *Ad Rom. c. 1.*

PROPOSITIO II.

AMPLEXVS, & oscula inter coniuges quando honeste, & sine periculo pollutionis fiunt, non sunt peccata, sin minus, vtrouique peccatur.

QUESTIO SEXTA DE OBLIGATIONE

SOLVENDI DEBITVM.

HAC quæst. dist. 32. Mag. explanatur.

Ric. ar. 1. q. 1.
Dur. q. 1. Sco.
ibidem.

Art. I. An vir vxori, & vxor viro debitum reddere teneatur?

CONCLUSIO I.

1. Cor. 7.

MORTALE peccatum ex genere, est conjugale debitum negare, B. Paul. est dicentis: Vir debitum vxori reddat, & vxor viro: qui enim negat alteri coniugum copulam, alienum obsequium inuito domino retinet.

CONCLUSIO II.

VIR vxori interpretatiuè, & per insinuationem debitum petenti reddere tenetur. Ratio est: quia vxores præ rubore non aliter petere consueverunt.

CONCLUSIO III.

VNVS coniugum non reddendo alteri debitum à mortali excusabitur, vel quando remissè petitur, vel quando rogatus iuri suo cedit. Ratio à simili est de alijs debitis ciuilibus, quæ quando remissè petuntur, vel quando facilè à creditore dilatio solutionis impetratur, inuito domino, non retinentur: quia cum facilè cedat iuri suo, non dicetur esse inuitus.

D. Bon. vbi
sup. ar. 2. q. 1.
Ric. ar. 1. q. 1.

Prima diffic. Tenebitur ne coniunx sanus leproso reddere debitum?

TRES sunt opiniones. Prima cuiusdam Cardinalis, quam citat Sylu. tenetis, partem affirmantem, atque etiam ad reddendum debitum coniugi leproso, & ad cohabitandum intra eandem domum, & thorum. Secunda est D. Bona. S. Tho. Ric. & Sco. scilicet, teneri ad reddendum debitum, non tamen ad cohabitandum cum ea. Tertia est Dur. & Palud. & Caiet. asserentium, excusari à redditione debiti coniugem sanum, quando ex concubitu infectionis lepræ periculum timetur.

CONCLUSIO.

CONIUNX sanus non tenetur coniugi leproso debitum reddere, siue præcesserit, siue subsequuta fuerit lepra post contractum matrimonium: nam si coniunx sanus non tenetur reddere debitum coniugi infirmo illud petenti, quâdo infirmitatis augmentum timetur, neque tenebitur quando propriam infirmitatem timet, vt ex ordine charitatis constat, &c.

Secunda:

*Secunda diffic. Vxor tempore menstrui excusabitur ne à debiti
coniuugalis solutione?*

DVÆ sunt opiniones. Prima D. Bon. & S. Th. scilicet, petentes debitum tunc temporis peccare mortaliter, reddentes vero minimè. Secunda est Sco. eadè distinctione affirmantis, vtrumque coniugum peccare petendo, & reddendo debitum menstrui tempore, nisi timeatur fornicatio in petente. Idem tenet glo. super Can. ad eius dist. 5. & Ric. hac dist. art. 4. q. 1. Caiet. & Palud. venialiter peccare asserunt. Sylu. sequitur Scot. in muliere, si tunc exigat. verb. debitum coniugale. §. 6.

CONCLUSIO.

TEMPORE menstrui tam petere, quàm reddere debitum, est mort. quia fit proli grauißima iniuria. Ratio est: quia, vt debitor non tenetur creditori debitum reddere, neq; creditor petere, quãdo timetur abusus in malum corporale proprium, vel proximi: ita hñc neque debitum coniugale erit petendum, vel reddendum, quando proli generandæ corporale nocumentum timetur. Deinde quia in lege veteri vterque pœna capitis puniebatur: quæ quidem pœna, nisi pro transgressione ex genere mortali, non imponebatur.

*Caiet. in
summa.*

Respondent aduersarij, illam legem, ea parte, qua ceremonialis erat, pœna capitis transgressores punisse, & iam cessasse. Imò erat iudicialis, & licet quantum ad pœnam capitis cessauerit, nihilominus tamen accedere ad menstruatam, erat mort. ex genere, vt acerbissima pœna tunc imposita indicabat.

Leuit. 18.

Tandem confirmatur autoritate D. Hieronymi cap. 44. super Isaiam, vbi locum illum, Omnes iustitiæ nostræ, sicut pannus menstruatæ, declarans, ait, tunc, id est, tempore menstrui debent viri à mulieribus abstinere: quoniam concipiuntur filij membris damnati, cæci, claudi, leprosi: vt quia parentes non erubuerunt in conclauis commiseri, eorum peccata pateant omnibus, & apertius in paruulis redarguantur: hæc essent coniugatis proponenda, vt tunc à coniugio abstinerent. Sed in contrarium eam Scot. arg. 1. coniunx tenetur leproso: etiam cum detrimento prolis generandæ debitum reddere; ergo similiter in presentia. Sequela negatur, quia ex sententia Scot. nullum fit proli leprosæ detrimentum, quando aliter generari non posset: minus enim malum est prolem esse lepra infectam,

*D. Hiero.
Isai. cap. 44.*

fectam, quam si simpliciter in rerum natura non esset: etsi leprosis esset perpetuo illicitum commisceri, proles nūquam generaretur, & ita erit licitum. Tempore autem mēstrui nequaquam: quia posset postea, quam citissimè sana generari: atque tūc, si leprosa generaretur, maxima iniuria afficeretur: & idem quod de lepra, est dicendum de fluxu sanguinis perpetuo.

Tertia diffi. An vir ratione peregrinationis à solutione debiti excusari possit?

CONCLUSIO.

SI leuis est causa, minimè excusatur: agit enim contra fidem matrimonij, qua ad soluendum debitum obligatur.

APPEN.

Hinc, omnes coniugati sine legitima causa diutiùs ab vxoribus absentes, sunt in statu damnationis: quia, inuito domino, alienum retinent.

Sco. q. 1. d. 38.

Ric. ar. 2. q. 1.

d. 32. D. Bon.

d. 32. art. 1. q.

1. ar. 2. q. 1.

Quarta diffi. An possit vnus coniugum à solutione debiti liberari, altero inuito, continentiam vouendo?

RICAR. hac dist. opinatur, alterum coniugum posse emitte votum de nunquam petendo debitum. D. Tho. & Dur. eadem distinctione oppositum tenent.

CONCLUSIO I.

NEVTER coniugum potest votum emitte non reddendi debitum, si petatur: esset enim votum illud actus iniustitia, quia voueret alienum, cum non sit sui corporis dominus, & peccaret vouendo, atque etiam adimplendo votum.

CONCLUSIO II.

VOTVM non petendi debitum, si fiat à viro minime valet: nam esset contra bonum prolis, nunquam enim generaretur: vxores namque præ nimio rubore tunc rarissimè debitum petere auderēt.

CONCLUSIO III.

VOTVM de non petendo debitum in sceminis valet: quia non esset contra bonum prolis, viri siquidem petere, & accipere debitum vxoribus renitentibus solent.

CON

CONCLUSIO III.

QVANDO CVNQVE alteri coniugum periculum fornicandi cum aliena, vel pollutionis cum seipso imminet, qui votum non petendi emisit, exigere tenetur: dummodò petendo debitum, alterum à peccato liberandum speret. Ratio est: quia hoc ad fidei bonum pertinet: facit ad hoc cap. quidam. de conuersione coniugatorum.

Angeli, & verbo matrimonio. 3. §. 6.

CONCLUSIO V.

SI post matrimonium ratum, alteri coniugum fit cordi religionem ingredi, non tenetur petenti debitum reddere. Ratio est: quia in iure, duorum mensium spatia dantur.

Quinta diffic. Quo tempore non licet debitum petere?

CONCLUSIO.

NON licet in diebus magnorum festorum debitum petere. Definita est in Can. quotiescunque 33. q. 4. vbi ita habetur. Quotiescunque natalis Domini, aut reliquæ festiuitates adueniant, est ab vxoribus proprijs abstinendum.

DVBIVM I.

Est ne hoc Ecclesie præceptum, an consilium?

DVÆ sunt opiniones S. Tho. hac dist. opinatur, esse veniale quocunque die festo, aut ieiunij debitum petere. Caiet. in summa, verbo matrimonium cap. 2. putat nullum esse peccatum, vti matrimonio hisce diebus citra Ecclesie contemptum. Scot. hac dist. dicit, nullum esse mortale, quanuis de veniali nihil dicat.

CONCLUSIO.

HÆc opinio videtur rationi esse maximè consona. Ratio est: quia coniunx sine iniuria Ecclesie petit, quod sibi debetur.

DVBIVM II.

Quando coniugatus est communicaturus, licebit ne petere debitum?

CAIET. in summa, verbo communio cap. 1. putat esse veniale, die, quo præcessit nocturna pollutio, aut debiti solutio, communicare, nisi esset scandalum tunc communionem, vel celebrationem differre. Sco. verò dicit non esse mortale.

CON

CONCLUSIO.

NON est peccatum etiã veniale diebus festis, vel ieiuniorum, vel cõmunionis debitum, omnibus tamen circumstantijs concurrentibus, exigere: patet, primò quia actus coniugalis si debitis circumstantijs fiat, est nõ modò licitus, sed etiam meritorius. Deinde non est contra aliquod præceptum, erit tamen consulendum: vt præfatis diebus abstineant à carnis delectatione.

DVBIUM III.

Licebit ne quando Ecclesia nondum impartita est coniugibus benedictionem.

CONCLUSIO.

Caiet. verbo matrimonii. cap. 2. **P**ETITIO, vel commixtio sexus erit tunc venialis. Ratio est: quia minus reuerenter sine benedictione Ecclesiæ coniunguntur.

Diffic. Licet ne in loco sacro debitum petere?

Ric. art. 3. q. 2. reliqui ubi supra. In summa verbo matrimonium cap. 2. & alibi.

RICAR. & SCO. tenent esse mortale, quando coniuges possunt exire ab Ecclesia ad dormiendum, quod si multo tempore in Ecclesia interclusi teneantur tempore belli, tunc opinatur Maio. licere sine peccato vti actu coniugali. Sylu. verò existimat licere, si tamen in viro corruptela timeatur. Tandem Caiet. affirmat, coniuges tunc propter loci penuriam obligari ad cõtinentiam, quemadmodum propter longam alterius absentiam obligantur.

CONCLUSIO I.

MORTALE peccatum est ad vxorem in loco sacro, publicè, ita vt ab aliquibus possit intelligi, accedere. Ratio est: quia violatur templum, & fit ciuibus iniuria, quo minus in propria Ecclesia diuina celebrari, & illis interesse possint.

CONCLUSIO II.

SI ita occultè hoc fiat, vt à nullo intelligi possit, non erit mortale. Ratio est: quia huiusmodi actu Ecclesia minimè violatur: vt Summistæ in materia de violatione Ecclesiæ docent.

APPEN.

Hinc, in Ecclesia habitaculis, vt in turri, aut cõmeterijs, non erit mortale: quia DD. per locum sacrum, solam Ecclesiam consecratam, aut benedictam intelligunt.

QVÆS

QUESTIO SEPTIMA DE BIGAMIA.

HAC quæst. 33. dist. Mag. exponitur, in qua quaritur, An liceat DD. hac ca. viris pluribus vxoribus ligari, ita vt illis debitum coniugale reddere teneantur. dist.

Art. I. Quo iure bigamia utroque viuente est prohibita?

DVÆ sunt opiniones. Prima Dur. hac dist. q. 1. afferentis, non *Alex. Alen.* fuisse ante aduentum Christi lege aliqua prohibitum plures *in 4. p. m. 2.* habere vxores, dummodò secunda ex consensu primæ, & sequentes ex cōsensu præcedentium haberentur. Altera opinio est communis Bon. Tho. Ric. Scot. hac dist. *art. 4.*

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM, quatenus est in officium, non est aliqua ratione contra legem naturalem aliquas habere vxores. Ratio est: quia pluritate vxorum natura hominis consequitur suum finem, scilicet, speciei humanæ multiplicationem, & conseruationem.

CONCLUSIO II.

SI matrimonium, vt est in remedium, consideretur: plures simul habere vxores erit contra legem naturalem: nisi prima suo iuri cedat: nam fieret primæ vxori iniuria, cum vir quoties voluerit ab illa debitum petere, & quoties ipsa voluerit, debitum reddere non posset: sunt enim secundum iustitiam commutatiuam in solutione debiti æquales. Secunda pars est quoque manifesta: quoniam volenti, & consentienti nulla fit iniuria.

CONCLUSIO III.

SI matrimonium, vt est mutuum vtriusq; coniugis obsequium, consideretur, plures simul habere vxores, est contra legem naturalem: quæ in omnibus actionibus pacem, & tranquillitatem quarendam præcipit. Ratio est: quia in certissimo periculo inimicitiarum, plures habens vxores constitueretur: insatiabili enim odio præ nimio zelo, & inuidia, se inuicem vxores prosequerentur. vt constat exemplo sacræ Scripturæ inter Sarram, alioquin sanctam, *Ge. 16. & 30.* & Agar, & inter Liam, & Rachelem: deinde, quia illud est de lege naturæ, quod naturæ author in principio instituit, non enim dixit *Gen. 2.* Deus, erunt tres, sed duo in carne vna.

F. r. q. f. 4.

NN CON

PLURES habere vxores est etiam cōtra vnionem inter Christum, & Ecclesiam, quam matrimonium significat, & constat ex his quæ de bigamia diximus.

Prima diff. Quo iure poterant veteris legis patres plures habere vxores?

*Ric. ar. 1. q. 1.
Alex. Alen.
3. p. q. 48.*

Dist. 33.

DVÆ sunt opiniones. Prima Abulēsis, Matth. 19. à q. 30. vsque ad 34. & Dur. q. 1. huius dist. qui opinantur, ante aduentum Christi, seclufa dispensatione, fuisse lege naturali antiquis patribus licitam polygamiam. Opposita opinio est communis Bona. Thom. Ric. Sco. & aliorum affirmantium, fuisse licitam solum ex diuina dispensatione.

CONCLUSIO I.

TEMPORE legis naturæ, & Mosaycæ, aliqui ex patribus licite plures habuerunt vxores: patet exemplo Abrahamæ, Iacob, & aliorum, qui fuerunt iusti, & ad Hebr. 11. inter sanctos veteris testamenti, à D. Paul. recensentur.

*Ad Hebr.
cap. 11.*

CONCLUSIO II.

HOC autem fuit licitum illis, ex peculiari diuina dispensatione intrinsecus per reuelationem facta. Definita est expressè in cap. gaudemus. de diuortijs, & cùm lex, prohibens vxorum pluralitatem esset mentalis, & non scripta, eius dispensatio fuit quoque per reuelationem facta.

Secunda diff. Omnes, qui tempore legis scriptæ plures duxerunt vxores, habuerunt ne reuelationem?

SCOT. opinatur licuisse plures habere vxores illis tantum, quibus facta fuit reuelatio. Contraria opinio est Paludani.

CONCLUSIO.

ANTE aduentum Christi IESV, poterant Israëlita, qui non habuerunt reuelationem, plures habere vxores. Ratio est: quia quod exemplo (præsertim sanctorum) fit, iure fieri putamus: Patriarchæ autem, & Dauid plures vxores habuerunt.

Tertia

Tertia diffi. Poterant ne etiam Gentiles licitè plures habere vxores?

CONCLUSIO.

NEQVAQVAM fuit illis integrum. Ratio est: quia deerat causa dispensandi cum illis, scilicet, populi fidelis augmentum.

Hinc, à peccato exemplo Iudæorum minimè excusabantur: nam qui alterius exemplo à peccatis excusantur, illum tãquam iustum, & fideliem venerantur: Gentile verò populum Israeliticum non ita colebant.

APPEN.

*Contra Soru
& Paludanū
est.*

Quarta diffi. Cessauit ne talis dispensatio?

CONCLUSIO.

AB aduentu Christi IESV dispensatio habendi plures vxores cessauit. Definita est in c. gaudemus. vbi Innocentius ex loco Matth. 19. Qui dimiserit vxorem, nisi propter fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Ita colligit: Dimissa vxore, non licet aliam ducere, multò minus igitur licebit, eadem vxore retenta,

Matth. 19.

Quinta diffi. Poterit ne Ecclesia in hoc dispensare?

DVRA N. refert vnam opinionem, quæ partem affirmantē tenet.

CONCLUSIO.

ECCLESIA auctoritatem dispensandi in polygamia minimè habet: nam est contra ius diuinum immediatum, vt Matth. 19. constat: atque ita cum sit inferior in hoc Papa, dispensare non poterit, &c.

Matth. 19.

Sexta diffi. An in aliquo saltem euentu sit licitum vxori habere plures viros?

CONCLUSIO.

NVNQVAM, etiam per dispensationem diuinam, vni vxori licuit plures habere viros: est enim contra principalē matrimonij finē, nempe, prolis bonum: multitudo si quidē virorū prolis bonum impedit: vt in meretricibus patet: quid? quòd cum vit

NN 2 sit ca

1. Cor. 11.

fit caput mulieris, teste B. Paulo, esset monstrum, si vnum corpus
multa haberet capita.

D. Bon. ar. 3.
q. 1. d. 2. Ric.
arti. 3. q. 1. S.
Th. 1. 2. q. 100.
ar. 8. Duran.
q. 3.

Art. II. An inseparabilitas matrimonij, vsque adeo sit inuiolabilis de lege
natura, vt per leges ciuiles ante aduentum Christi non
potuerit in aliquo casu reuocari?

DIVE sunt opiniones. Prima Durand. & Abulensis super
Matt. 19. q. 45. afferentium, licitum fuisse repudium inter gē-
tes, dummodo educationi liberorum consuleretur. Contraria opi-
nio fuit S. Tho. & Ric. hac dist.

CONCLUSIO. I.

Matth. 19.

MATRIMONII inseparabilitas ita est de iure natura, vt lex
humana in hoc dispensare haud possit: quia educatio filiorum est
de iure nature, & si coniuges diuiderentur, post discessum, non cu-
rarent prolem. & constat Matth. 19. dicente Christo: Moyses ad
durtitiam cordis vestri permisit libellum repudij, ab initio nō fuit
sic, id est, in statu legis natura ante legem scriptam: vnde solus natu-
ra author in hoc dispensare potest.

CONCLUSIO. II.

Gen. 21.

DEVS potest dispensare in perpetuitatem matrimonij, ita vt
quoad vinculum dissoluantur. Constat exemplo sacra Scriptura
Gen. 21. vbi Deus dispēsavit cū Abraham, vt repudiaret Agar cum
filio suo: non enim est indissolubilitas de lege natura primo mo-
do, vt sunt præcepta de fide, vt de charitate, &c. sed secundo mo-
do, id est, de medijs charitatis, vt de educatione liberorum, quæ
melius perpetuitate matrimonij perficitur: facta autem tali dispen-
satione, quomodo filij essent educandi, Deus institueret.

*Difficil. An aduentum Christi fuerit licitam Iudeis libellum repudij
vxoribus dare, & ad secundas nuptias per solutionem
priorum nuptiarum, transire?*

D. Bon. ar. 3.
q. 12. Ric. art.
3.

COMMUNIS opinio Bona. Tho. Ricar. & Dur. hac dist.
defendit, Iudæos ita vxores repudiantes mortaliter peccasse,
& matrimonium, quoad vinculum non fuisse solum: non tamen
in foro exteriori lege puniebantur: vt maiora mala cauerent,
scilicet,

scilicet, vxoricidium, vel quid simile. Secunda opinio Abulen. *Seco q. 3. Dur. super Matth. 19. quaest. 46. & 51. qui tucur, licitum fuisse libellum repudij, & eo matrimonij vinculum dissolui. Tertia est Scot. quaest. 3. qui vtranque partem amplectitur.*

C O N C L U S I O I I.

A N T E aduentum Christi I E S V, Iudaei, legitimam ob causam proprias vxores repudiantes, & alias ducentes, minime peccabant quia ante Christi I E S V aduentum, nulla erat lex scripta de perpetuitate matrimonij, & erat de libello repudij: & vbi non est legis transgressio non est peccatum: quemadmodum, non peccabant ante aduentum Christi I E S V, habendo plures vxores: quantum non haberent de hoc legem permissiuam, sed tantum exempla sanctorum: deinde erat priuilegium illis concessum.

Hinc, legitima tantum causa interueniente, per libellum repudij matrimonij vinculum dissoluebatur: vt patet expressè Deut. 24. vbi legitur: Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam foeditatem, scribat libellum repudij, & dabit in manu illius & dimittet eam de domo sua, &c.

C O N C L U S I O I I.

E R A T autem legitima dandi libellum repudij causa, quando vxor delictum contra bonum fidei commiserat, vel quando impedimentum aliquod contra bonum prolis, vt lepra, & sterilitas superueniebat: quia per adulterium proles incerta fiebat, & per lepram infecta generabatur. Haec igitur erant causa, & multa alia, quae bonum prolis impediabant.

Hinc colligitur, non solum fuisse licitum repudium propter vxoricidium: verum etiam ob bonum prolis: quando mulier erat odiosa propter aliquam foeditatem, vt malum prolis euitaretur, quod sequutum fuisset, si vir mulierem suam adulteram, vel exosam interfecisset: ceterum in forma libelli non exprimebantur repudij causa, ne mulieres infamarentur.

QVÆSTIO OCTAVA DE IMPE-
DIMENTIS MATRIMONII.

DD. dist. 34. H A C quæst. dist. 34. Magistri enodatur.

Art. I. Potestne matrimonium impediri?

CONCLUSIO.

MATRIMONIUM potest impediri, quominus sit verus contractus. Ratio est: quia quanvis Ecclesia non possit impedire sacramenta: propterea quod posita materia, & forma, & intentione ministri sufficientis, non virtute ab Ecclesia data, sed à Christo gratiâ operantur: nihilominus tamen cum possit quemlibet contractum legitima, & rationabili causa interueniente, impedire, poterit etiam contractum matrimonialem: nam matrimonialis contractus, contractus est.

D V B I V M. I.

Quæ nam sint matrimonij impedimenta?

RESPONDEO, varia: Quædam, quæ dirimunt matrimonium contractum, nullumque esse efficiunt: quædam verò, quæ impediunt contrahendum, contractum tamen minimè dirimunt: & de singulis sunt singulæ difficultates proponendæ.

Prima diffie. Dirimit ne frigiditas matrimonium contractum?

CONCLUSIO. I.

QVANDO frigiditas, seu impotentia alterius coniugis perpetua est, matrimonium est nullum, & qui impotentiam sciens contrahit, peccat. Definita est in cap. Consultationi, de frigidis, & maleficiatis: non enim qui ita frigidus est, poterit reddere debitum, si peratur, quod est contra matrimonij definitionem.

APPEN. I.

Hinc, matrimonium cum eunuchis contractum, est nullum: non enim possunt seminare, cum perpetua laborent impotentia. Pannormit. est in cap. quod sedem eodem tit. contra Syluest. verbo matrimonium 8. §. 16.

Hinc

Hinc matrimonium cum sene naturaliter impotente ad semi- APPEN. 2.
 nandum est quoque nullum.

Hinc, quando vir præ instrumenti improportione non potest APPEN. 3.
 naturaliter cum muliere congregi, matrimonium est etiam nullum:
 quia solutio debiti intelligitur intra vas, quam non potest talis
 præstare: idem est iudicium de muliere adeo arcta, ut ei de sententi-
 a medicorum subueniri non possit: est enim solutio debiti illi
 impossibilis.

iii. Hinc, si eunuchus seminauerit, matrimonium erit validum, etiam si APPEN. 4.
 semen ad generationem sit insufficiente: quia per semen coniuges
 vna caro efficiuntur, & sunt ad reddendum debitum potentes,
 quod solum est de essentia matrimonij: nam: quòd sit sterilis, ni-
 hil refert.

Sco. libera-
 tur.

CONCLUSIO II.

QVANDO impedimentum perpetuum sequitur post matrimo-
 nium ratum, & ante eius consummationem, non illud dissoluit: ma-
 trimonium ratum ex diuina institutione, nõ nisi per ingressum re-
 ligionis, soluitur. Communis est opinio contra quam glossam
 Iuris Canonici, quam refert, & confutat Sco. hac dist. vnde falsò
 glossæ opinio fuit Sco. imposta à Soto.

CONCLUSIO III.

QVANDO impotentia est temporalis, propterea quòd potest
 illi per artem medicorum sine mortis periculo subueniri, matri-
 monium est validum. Definita est expressè ab Alexan. III. in cap.
 ex literis, & ab Innocentio III. in cap. fraternitatis, de frigidis, &
 maleficiatis.

Hinc, si viro ante congressum, vel præ nimio calore, vel præ im- APPEN. 5.
 becillitate, & frigiditate non potenti debitum reddere possit, per
 artem remedium adhiberi, matrimonium erit verum.

Hinc femina arcta renebitur in cisionem pati, ut apta ad con- APPEN. 6.
 gressum reddatur: quicumque enim ad aliquod obsequium obliga-
 tur, simul etiam ad omnem actionem, siue passionem obligatur, quæ
 naturaliter, sine mortis tamen periculo, ad tale obsequium præ-
 standum desideratur: etiam si ex incisione infirmitas aliqua timeat-
 ur: oppositum tenet Soto, quãdo timetur infirmitas: cuius opinio
 est contra ea, ex literis, citatum: vbi Alexan. Papa solum mortis pe-
 riculum exceptum voluit.

DVBIVM II.

Qua ratione impotentia temporalis, vel perpetua, dignoscetur esse?

CONCLUSIO.

SI potest aliter, quam per cohabitationem vtriusque coniugis cognosci, statim sunt iudicio Ecclesiae separandi: si verò non nisi simul cohabitando, expectandum est triennium, in quo debent actui coniugali fideliter operam dare: quo finito, si matrimonium non fuerit consummatum, utroque, vel altero tantum petente, separandi sunt. Definita est: verbo ad verbum à Celestino III. in cap. laudabile eodem titulo.

DVBIVM III.

Quomodo mulier poterit viri impotentiam probare, postquam cum illo per triennium dormierit?

CONCLUSIO I.

SI est integra, & iudicio matronarum non est arcta, sed ad copulam idonea, constabit tunc virum esse frigidum. Ratio est: quia non potuit tunc matrimonium consummare.

CONCLUSIO II.

SI mulier fuerit corrupta, & vir eunuchus, constat non esse matrimonium consummatum: quia non sunt effecti vna caro, cum vir non potuerit seminare, quanuis illam corruerit.

DVBIVM IIII.

Quid si vir non est eunuchus, sed integer?

CONCLUSIO.

SI ambo: diuortium petunt, ne fraudulentè petere videantur, introducendi sunt septè testes, aut propinqui, aut vicini, qui iurent de credulitate, illos per triennium, bona fide, coniugio operam dedisse, separandi que sunt.

DVBIVM V.

Quid, si alter tantum diuortium petat?

CONCLUSIO.

SI vxor petat, & per integritatem sui corporis, vel aliunde impotentiam viri non probauerit, viro credendum est: si autem vir petat

petat causas impotentia mulieris, scilicet, esse arctam, & cognosci non posse, adhibitis matronis ostendere debet: iuxta quarum sententiam separandi sunt, viroque, vt aliam ducat, facultas cõcedenda est. Hæc conclusio colligitur ex cap. i. & cap. laudabile. & cap. fraternitatis. de frigidis, & maleficiatis.

DVBIVM VI.

Quid si facta per Ecclesiam separatione, qui definitus est impotens, fiat per aliquam causam naturalem potens, vt si mulier arcta aliquo modo referetur, aut qui erat frigidus habeat cum alia liberis, erit ne tunc matrimonium reuolidandum?

Ric. ar. 3. q. 1.
Et 2. Sco. q. 1.

CONCLUSIO.

REPARANDVM est semper primum matrimonium, ita vt vxor referata priori viro, & vir fridus, veritate comperta, vxori restitatur. Definita est expressè cap. fraternitatis. nam quotiescunq; naturaliter fuerit remota impotentia, coniuges ad mutuo cohabitandum sunt compellendi: nam secundum matrimonium tunc fuit nullum.

Intelligenda est conclusio, dummodò à priori viro possit cognosci: nam si semper est frigidus vir, aut instrumentum vxori improporcionatum habeat, cui non potest naturaliter remedium adhiberi, non erit illi restituenda: nam matrimonium fuit nullum.

Limitatio.

DVBIVM VII.

Quid si impotentia perpetua per miraculum notorium dimoueatur?

CONCLUSIO.

PRI MV M matrimonium non erit tunc reparandum: nam cum impotentia esset perpetua, impotens non potuit se ad impossibile obligare: atque ita prior contractus matrimonialis fuit nullus.

NN DV

DVBIVM VIII.

Si neuter coniugum separationem petat, quanuis alter sit impotens, poterunt ne simul cohabitare?

CONCLUSIO.

NEVTRO reclamante simul cohabitare poterunt. Definita est in c. laudabile. vbi legitur: Si ambo consentiant simul esse, vir eam, et si non vt vxorem, habeat vt fororem.

DVBIVM IX.

Poterunt ne se inuicem amplexari, & osculari?

CONCLUSIO I.

SI impotentia coniugalis iudicio medicorum, & matronarū est perpetua, cui per causas naturales subueniri non potest, mortaliter peccant, amplexus, & mutua oscula sibi reddentes: quia tales tactus sunt illiciti, nisi fiant inter matrimonio coniunctos, & tali existente impotentia, non possunt vsu veri matrimonij coniungi.

CONCLUSIO II.

Si impotentia non fuerit perpetua, ei que possit per causas naturales remedium adhiberi, coniuges tunc simul habitare possunt, tanquam vir, & vxor, & nō vt frater, & soror, quanuis impedimentum coeundi non remoueatur. Ratio est: quia impotentia, quae per causas naturales remoueri potest, non irritat matrimonium, vt ex superioribus constat.

APPEN. 1. Hinc mulier, quae nupsit eunucho, & libidinosē se mutuo osculantur, & amplexantur, sunt in statu damnationis, nisi quoad thorū separentur: non enim inter illos est verum matrimonium: quia eunucho vivente, si alteri nupsit, erit verum matrimonium.

APPEN. 2. Hinc, vir habens mulierem arctam, quae per incisionem sine periculo reserari potest, nō vult tamen iuri suo cedere, potest illam sine mortali libidinosē tangere: nam sunt veri coniuges, cum impedimentum sit temporale.

Secunda d. f. Si vir uxorem virginem habeat, quam non potest referare, potest tamen ad corruptam accedere, tenetur ne virgo, per artem, vt sit viro, cui semel nupsit, apta, aperiri? S. Tho. 1. a
dist. 34.

CONCLUSIO.

SI vir cum corruptis suam expertus est potentiam, quia ex illis liberos habuit, vxor virgo referari debet: vt ei apta reddatur: si enim mulier arcta tenetur sine mortis periculo pati incisionem, quanto magis virgo, cum maius impedimentum sit arctitudo, quam virginitas.

Hinc, si potentia viri non fuerit cum corruptis manifesta, virgo non tenebitur referari. Ratio est quia vir fortassis, est frigida natura: quod quidem, si semel fuerit reserata, per artem medicinae probari non poterit.

Art. II. An maleficium, vt impediatur, & dirimat matrimonium?

CONCLUSIO I.

MALEFICIVM perpetuum impedit, & dirimit matrimonium. Definita est cap. finali de frigidis, & maleficiatis, quia impotentia per artem diaboli efficitur.

CONCLUSIO II.

MALEFICIVM temporale non impedit matrimonium contrahendum: pater ex definitione matrimonij, quia sic impeditus, sublato impedimento, potest debitum reddere.

DVBIVM I.

Quomodo probari poterit, sit ne perpetuum, an non?

CONCLUSIO.

SI coniuges per continuum triennium habitauerint, bonaque fide, coniugali copulae operam dederint, & se cognoscere non potuerint, hocque non solum per proprium iuramentum, verum etiam per septem propinquorum iurantium de fidelitate, probauerint, maleficium esse perpetuum dignoscetur: sententiaque nullitatis proferenda: & danda vtrique nubendi cum alio facultas erit.

Definita

Definita est in cap. finali, de frigidis, & maleficiatis, & in Can: si per sortiarias 33. quæst. 1. nam cum maleficiatus non sit respectu omnium, sed vnus tantum impeditus, non erit perfectò, ne cum alijs contrahat, prohibendus.

DVBIVM II.

Quomodo maleficium erit auferendum?

CONCLUSIO.

VNO quatuor modorum poterit remoueri: vel remedijs spiritualibus, vt ieiunijs, orationibus, peccatorum contritione, vt Deus opera diaboli dissoluat: quod quidem remedium in Can. si per sortiarias, collocatur: vel 2. per medicamenta contraria, quibus plerumq; maleficium soluitur: vel 3. per destructionem signi, quo durante, paciscitur diabolus cum Magis, coniogem futurum esse maleficiatum, vt Magi decipiantur, credentes in illo signo, quod vocatur maleficium virtutem aliquam esse, cum nulla sit: vel 4. potest per aliud maleficium destrui: vt si Magus per inuocatione dæmonis signum destruat, ex his quatuor modis duo priores, vt constat, meritorij sunt, non modo liciti: & tertius item, quando Magus rogatus sine inuocatione dæmonum signum destrueret, quemadmodum Sco. rectè docet: essetq; meritoriu, illum ad hoc inducere: nunquam tamen erit licitum opera diaboli vt ad maleficium auferendum, vt constat ex Cano. qui sine Salvatore 26. q. 2. oppositum tamē tenet summa Angelica verbo superstitio §. 13. dicit enim, non esse mortale, vti opera Magi, ad dissoluendum maleficium, qui paratus est inuocare diabolum ad alias actiones præstandas.

*Dist. presenti
& Caie. q. 2.
quodlibet. 1.
Eiusdem opi-
nionis est Au-
reolus distim.
34. q. 2.*

Diffic. An. destructo maleficio, matrimonium auctoritate Ecclesie solutum, sit reparandum?

*S. Bon. ar. 2.
q. 2. d. 34.
Art. 3. q. 1. &
2. Scot. q. 1.*

DVÆ sunt opiniones. Prima dicit, non esse reparandum. Constat ex textu, in capite si per sortiarias 33. q. 1. quæ est etiam Sco. Contraria opinio est Ric. & censetur communis.

CONCLUSIO I.

MALEFICII destructio per solam habilitatē maleficiati non potest.

potest Ecclesia constare: patet, quia maleficiatus respectu vnus non censetur talis respectu omnium: & ita poterit esse habilis ad secundam, & non ad primam: & ita est vera Sco. opinio, & Abulensis super Matth. cap. 19. q. 90.

CONCLUSIO II.

QUANDO CUMQUE Ecclesia constiterit, maleficium esse sublatum, primum matrimonium erit reparandum: patet, quia maleficium temporale veritatem primi matrimonij non abstulit, vt ex superioribus constat.

Art. III. Furiosi, & amentes possunt ne contrahere matrimonium.

CONCLUSIO I.

Ric. ar. 4. q. 1.
D. Bon. art.
3. q. 1.

PERPETVO amentes sunt inhabiles ad matrimonium contrahendum, & si contrahat, matrimonium erit nullum. Ratio est: quia consensus liber est de ratione matrimonij, & tales amentes libertate omnino carent: valebit tamen matrimonium ante talem amentiam contractum.

CONCLUSIO II.

AMENTES, qui habent lucida interualla, tempore, quo ratione vtuntur, matrimonium contrahere possunt. Ratio est: quia possunt prestare liberum consentum, qui ad matrimonium sufficit.

Diffi. Si amentia superueniat matrimonio contracto, coniunx sanus tenebitur ne reddere, & exigere ab amentem debitum?

CONCLUSIO.

POTERIT quidem sine peccato: quia sanus petendo vitium iure suo, & reddendo amentem a pollutionis periculo liberat.

QVÆSTIO NONA DE DIVORTIO CAUSA ADVLTERRI.

DD. eadē. d.
& Ale. Alē.
3. p. q. 46. co-
10 m. 2.

HAC quæst. dist. 35. Magistri explanatur.

Art. I.

Ric. ar. 1. q. 1.
Duvā. q. 1. 5.
Th. q. unica
art. 1. & fre-
quentibus D.
Bon. d. 35. ar.
1. q. 1. d. 3.

Art. I. An vir quoad thorum vxorem adulteram dimittere possit?

CONCLUSIO.

INTEGRVM est illam quoad thorum dimittere. Definita est à Christo IESV Matth. 19. dicente: Qui dimiserit vxorem, &c. frangenti enim fidem, fides non debetur eidem.

Prima diffi. Poterit ne à viro propter crimen contra naturam dimitti?

DVÆ sunt opiniones. Prima negans glo. in ca. omnes. 32. q. 7. & Innocentij in ca. matitis. de adult. & Panormitani eodem cap. Contraria opinio est Ric. B. Tho. D. Bona. Palud. & Sil. verbo diuortium.

CONCLUSIO.

VIR potest vxorem contra naturam fornicantem dimittere: quia propter fornicationem, vt ex prima conclusione constat, licet illam dimittere, & nomine fornicationis in Can. meretricis. 32. q. 4. omnis illicitus coitus intelligitur.

APPEN.

Hinc, propter tactus impudicos, & seminationem extra vas, nō licet vxorem dimittere: quia non est fornicatio, neque adulterium: nisi quando fit congressus in vas naturale, aut contra naturam.

Secunda diffi. Quando vir vxorem adulteram dimittere non poterit?

CONCLUSIO I.

QVANDO vir etiam adulterium commisit non potest vxorem dimittere. Definita est in Can. 1. 32. q. 6. & in ca. intelleximus. & in cap. finali. de adult. paria enim delicta mutua compensatione tolluntur.

APPEN.

Idem iudicium est de muliere, quæ pluries adulterium commisit: nam, vt causa dimittendi vxorem est sola fidei coniugalis fractio, similiter, & recompensationis causa erit fractio fidei in vtroque coniuge: parum enim refert sint ne adulteria vtriusque paria, an non, cum vterque fidem fregerit.

CONCLUSIO II.

QVANDO vxor non sponte, sed per violētiam adulterium commisit, non est dimittenda. Definita est in Cano. ita ne. & in Can. proposi

proposito 32. quaest. 5. & ad maiorem explicationem lege Can. omnes 32. q. 7. nam ubi non est culpa, poena esse non debet.

CONCLUSIO III.

QVANDO vxor bona fide existimans maritum mortuum, nupsit secundo, à primo dimitti non potest. Definita est in Cano. cum per bellicam 34. q. 2.

CONCLUSIO IIII.

QVANDO aliquis sub specie mariti illam cognouit, dimittenda non erit. Ita definitur Cano. in lectum; 34. q. 2. & est Concil. Triburien.

CONCLUSIO V.

NEQVE dimittenda est, quando maritus tradidit adultero vxorem. Definita est in cap. discretionem. de eo qui cognouit consanguineam vxoris suae.

CONCLUSIO VI.

NEQVE dimittenda est, si maritus adulterij conscius, illam cognouit: visus enim est tunc noxam dimittere. Definitur ita in Can. si quis vxorem 32. q. 5. quod si postea adulterium commisit, propter adulterium à reconciliatione commissum, illam repellere poterit: verum si post separationem, illam quoquo modo cognoscat, iniuriam remittere censetur.

CONCLUSIO VII.

QVANDO repudiata fuerit vxor ante Baptismum, si ambo ad fidem conuertantur, licet fuerit à secundo viro ante Baptismum cognita: priori nihilominus erit reconcilianda. Ita definitur in cap. gaudemus. de diuortijs.

DVBIVM I.

An vir ex praecepto vxorem dimittere teneatur?

CONCLUSIO I.

QVANDO vxor non perseverat in crimine, eam dimittere non tenetur: nam verba Christi: Qui dimiserit vxorem, &c. non insinuant praeceptum, sed permissionem, vt gloss. 1. ad Cor. 7. docet: eam enim tunc retinendo, omnis ratio scandali cessat.

CONCLUSIO II.

QVANDO maritus nullo modo potest vitare suspicionem partu-
cipatio

Ric. ar. 1. q. 2.
Abulensis su-
per Mat. c. 19.
q. 71. Dur. c. 19.
D. Bon. eadē
d. ar. 1. q. 2. S.
Tho. q. unica
art. 2.

cupationis in crimine, illam retinendo, relinquere tenetur. Ratio est: quia tenetur vitare scandalum: vide literam Magistri.

CONCLUSIO III.

SI eam aliter corrigere non potest, tenetur illam etiam dimittere: quia ex præcepto correctionis fraternæ obligatur ad illam corrigendam, & cum aliter non possit corrigi, quàm per diuortium, ei subuenire hoc modo tenebitur. Definita est in Concilio Arelatensi, & habetur in Can. si vir, de adulter. & stupro.

CONCLUSIO IIII.

QUANDO potest maritus vxorem retinendo suspicionem remouere, poterit incorrigibilem retinere, præsertim, si dimissa, futura est deterior. Ratio est: quia cessat omnis ratio scandali dati, & iuri suo cedere potest: nam facultas dimittendi vxorem adulteram in fauorem viri concessa est.

DD. vbi sup.

*Tertia diffie. Poterit ne vir vxorem adulteram propria
authoritate dimittere?*

CONCLUSIO I.

POTERIT, quoad thorum vir vxorem dimittere in pœnam perfidiæ coniugalis, dummodò sit certus de adulterio, aut verisimilis coniecturis illud suspicetur. Aliter non potest petenti debitum denegare: esset enim iniustitia coniugali debito, ex leuissimis, & incertis coniecturis vxorem priuare.

CONCLUSIO II.

NON potest vir quoad habitationem ab vxore adultera recedere, nisi per iudicis sententiam: quia nullus est in causa propria iudex, & accusator: & ideo autoritate iudicis debet fieri separatio.

Limitatio.

Hæc conclusio intelligitur, quando ex tali separatione scandalum oriretur, vel vxor reclamauerit.

APPEN.

Hinc, cessante scandalo, & vxoris reclamatione, poterit sine scrupulo conscientiæ, etiam ad Indos migrare: quæ omnia tam diu vim habent, quandiu vir post separationem castè vixerit: nam si adulterium commiserit, & ius suum amittit, & vxorem sibi reconciliare tenetur, quod est à confessoribus maxime notandum.

Nota confessor.

CONCLUSIO III.

SI crimen vxoris fuerit notorium, poterit coniunx innocens ab vxore

vxore adultera propria autoritate separari: ita definitum est in cap. significati. de diuor.

Tertia diffic. Potest ne similiter vxor virum adulterum dimittere?

C A I E T. Matth. 19. Falsus est affirmans, solis viris tale priuilegium fuisse concessum. Communis autem opinio Ric. Bon. Tho. tenet oppositum, vbi supra.

C O N C L V S I O I.

V X O R quoad thorum virum adulterum dimittere, eique debitum negare potest. Definita est in Cano. Christiana, & ex Conc. Mileuit. Can. placuit 22. q. 5. vxor nihilominus propter honestatem debet cedere iuri suo, vt virum à concubina detineat.

C O N C L V S I O I I.

I V S ciuile non cōcedit actionem vxoribus in viros adulteros, vt quoad habitationem separentur, benè tamen ius Canonicum: quia autoritate Iudicis Ecclesiastici à cohabitatione viri adulteri recedere potest.

Quarta diffic. An possit vir dimissa vxore adultera, aliam ducere?

C O M M V N I S est DD. sententia.

C O N C L V S I O I.

F A C T O per fornicationem diuortio neutri coniugum ad secundas nuptias transire licet: patet Matth. 19. Qui dimiserit vxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: vbi *Matth. 19.* Christus **I E S V S** duo præcepit. Primum, ne Christiani dimittant vxores, dantes eis libellum repudij, vt Iudæi faciebant. Secundū, ne illis repudiatis, alias ducant: huius loci variæ sunt opiniones: Verum Catholica sententia est, exceptiuam (nisi) solum esse prioris præcepti, & non secundi: quemadmodū B. Paul. docet, dicens: *1. Cor. 7.* His, qui matrimonio coniuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari, & vxorem ne dimittat.

C O N C L V S I O I I.

H Æ C veritas Catholica, scilicet, matrimonium quoad vinculum per diuortium propter fornicationem factum non tolli, est ab *Cast. ver. nuptia har. 5.*

F. t. q. f. 4.

OO

Ecclesia

D. Damas. Ecclesia definita à temporibus Apostolorum, vt *D. Damascenus* lib. 4. orthodoxæ fidei docet & in Concilio Maleuita, 32. quæst. 7. Can. placuit & in Conc. Eliber. Can. fidelis & in Conc. Flor. his verbis: *Quauis* ex causa fornicationis liceat thori separationem facere, non inde aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonij vinculum legitimè contractum perpetuum sit.

APPEN. Hinc, confutatus manet error Erasmi in annotationibus Matth. 19. & in paraphrasi i. ad Cor. 7. affirmantis, per adulterium vxoris matrimonium quoad vinculum ita dissolui, vt liceat vtrique coniugum ad secundas nuptias transuolare: atque etiam Caieta. super Matth. 19. qui illam docuit dicens, Salua semper Ecclesiæ definitione, quæ hæctenus, inquit, non apparet.

Hæresis.
Caiet. cautè
legendus, &
Erasmi.

D. Bon. ar. 1.
q. 1.
Ric. ar. 3. q. 1.
Dur. q. 2.
1. Cor. 7.

Art. II. An vir teneatur reconciliare sibi vxorem adulteram?

CONCLUSIO.

POTEST, non tamen tenetur: pater ex *B. Paul.* dicente: *ma-* neat inupta, aut suo viro reconcilietur: quod est intelligendum, dummodo cesset omnis scandali suspicio: alioqui enim non poterit, nam iudicaretur adulteri j patronus.

Quinta diffic. Tenebitur ne coniunx repudiatus redire. si innocens petat:

CONCLUSIO.

TENETUR profectò. Ratio est: quia innocens ius petendi debitum nunquam amittit: atque ita tenebitur nocens debitum reddere, etiam si votum continentiae emiserit, si tamen fuerit votum simplex: quia per diuortium conceditur repudiato facultas ingrediendi religionē, à qua professione facta extrahi non potest.

S. Th. q. uni-
ca art. 6. D.
Bon. ar. 1. q. 1.

Sexta diffic. Facto diuortio, si innocens adulterium committat,
tenebitur ne nocentem sibi reconciliare?

S. Tho. in foro conscientiae dicit teneri. Canonistæ oppositum tenent in cap. ex literis.

CONCLUSIO I.

IN foro exteriori proculdubio tenebitur, si repudiatus hoc petat. Ita enim definitum est in cap. ex literis. de diuortijs.

CON

CONCLUSIO III.

IN foro consciētiae etiam ad hoc obligatur: quoniam ipse tene-
tur quoque seruare fidem coniugij: quamobrem si adulterium cō-
miserit, erit etiam in conscientia recompensationi locus. *Nota confes-
for.*

*Septima diffi. An vir occultè adulter vxorem adulteram repu-
diando peccet?*

CONCLUSIO.

PECCAT quidem: nam amisit ius repudiandi, vt ex superio-
ribus constat. & confirmatur ex B. Pau. dicente: Qui dicis non *Ad Ro. c. 2.*
māchandū, mācharis.

Art. III. Quæ crimina matrimonium contrahendum dirimunt?

CONCLUSIO I.

SOLVM homicidium vnus coniugis ab altero coniuge ma-
chinatum, matrimonium dirimit contrahendum, vt si dicat Ti-
tius Bertè, Occidamus meam vxorem, &c. & sequatur homicidium
ab vtroque machinatum, non poterit inter illos matrimonium cō-
trahi. Definita est in cap. laudabilem. de conuersione infidelium.
vbi Celestinus III. Papa præcepit, ne Saraceni ad fidem conuersi
ducerent vxores Christianas, quarum suggestione viros illorum
occiderunt, quas si duxissent, vt separarentur mandauit.

Hinc, si Saraceni tantum occidissent viros sine vxorum confi-
lio, & machinatione, tale homicidium non esset impedimentum
contrahendi cum vxoribus occisorum: solum enim homicidium
commune dirimit matrimonium contrahendum.

APPEN.

CONCLUSIO.

HOMICIDIUM adulterio mixtum dirimit quoque matrimo-
nium. v. g. si Matthæus cognouisset Catherinam vxorem Barnardi,
& ipsa sciēte, vel ignorante, Matthæus postea occidisset Bernar-
dum virū suum, vel propriam vxorem, inter illos non posset esse
matrimonium. Definita est in Can. si quis viuente. 31. q. 1. & in ca.
super hoc. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluerat per
adulteriū: differt autem hæc conclusio à prima, quod in prima solū
homicidium commune sine adulterio sufficit, in secunda verò

homicidium ex vna parte, adulterio commixtum sine amborum consensu.

D V B I V M I.

Quid, si homicidium sit commissum sine intentione contrahendi cum participante, vt in prima conclusione, vel cum participante in adulterio, vt in secunda conclusione?

DVÆ sunt opiniones. Prima Silu. dicentis, homicidium cõmune, vel mixtum adulterio, nunquam impedire matrimonium contrahendum: nisi à delinquentibus animo contrahendi committatur. Secunda, & opposita est Ric. & Caiet.

C O N C L V S I O I.

Verbo matrimonii. 8. §. 9.

IN vtroque casu matrimonium impeditur, quauis non adsit contrahendi intentio: nam Canones citati de his sine distinct. loquuntur, & ita sine distinctioe erunt interpretandi, vt ex cap. laudabile. constat.

Ric. vbi supr. Caiet. verb. matrimo. §. 5.

C O N C L V S I O I I.

QVANDO interuenit adulterium cum fidei datione, vel cum matrimonio de præsentis, deinceps matrimonium consistere non potest. Definita est cap. 1. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. v. g. Petrus coniugatus commisit adulteriũ cum Berta coniugata, vel soluta, aut è conuersio, & contrahit cum illa sponsalia, dicens: Mortua propria vxore, ego ducam te: vel per verba de præsentis cum illa contraxit, tunc, mortua Petri vxore, non poterit Bertam ducere.

D V B I V M I I.

Quid si sola simplex promissio iuramento firmata, aut non firmata ex vna tantum parte interueniat?

DV P L E X est opinio, quidam. vt refert Ric. asserunt minimè impediri: alij verò oppositum tenent.

C O N C L V S I O.

PR O M I S S I O ex vna parte sufficit: vt mortuo coniuge innocente, adulteri inter se contrahere non possint: simplex enim promissio sponsalibus æquipollent.

DVBIVM III.

Quid, si vnus adulter alterum coniugatum esse ignoret?

CONCLUSIO.

PENE poterit matrimonium contrahi. Definita est expressè cap. i. & in cap. veniens. de eo, qui duxit in matrimonium, &c. debet enim esse malitia ex parte vtriusque, scilicet, vt ambo intelligant, crimen commissum esse adulterium, & non simplicem fornicationem.

DVBIVM IIII.

An solum adulterium sine fidei datione, & sine homicidio impediat matrimonium post mortem coniugis innocentis?

CONCLUSIO.

NON impedit matrimonium contrahendum. Expressè definita est per Innocentium III. in cap. significasti. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium: nam Canones, qui in oppositum adducuntur non de puro adulterio, sed de adulterio cum morte coniugis, vel fidei datione mixto loquuntur.

DVBIVM V.

Sola fidei datio, vel matrimonium, viuente priori coniuge, sine adulterio, aut homicidio impedit ne matrimonium?

CONCLUSIO.

NEQUAQUAM impedit, dummodò, nec ante, nec post fidei dationem adulterium sequatur. Definita est in cap. finali de eo, qui duxit in matrimonium, &c.

QVÆSTIO DECIMA DE ERRORE

CONDITIONIS SERVILIS.

DE hac quæst. disputat Magister 36. distinctione, & ibidem DD.

F. r. q. l. 4.

OO 3

Art.

S. Bon. art. 1.
 q. 2. S. Tho. q.
 unica art. 1.
 Ric. art. 1. q. 1.
 Dur. & Sco.
 q. 1.

Art. I. Quando quis duxit ancillam, credens esse liberam, cognita
 seruitute, erit validum matrimonium?

CONCLUSIO.

SI coniunx liber cum serua ignoranter ignorantia inuincibili
 contrahat, matrimonium est nullum. Expresse ita definitur in
 cap. proposuisti & in cap. ad nostram. de coniugio seruorum: im-
 pedit namq; seruitus debiti redditionem: quia seruus potest à do-
 mino impediri, ne debitum reddat, & prolem educare possit. No-
 tantly dicitur, si ignoranter, &c. quia si vterque fuit seruus, erit va-
 lidum matrimonium: error enim æqualis conditionis non vitiat
 contractum. vt Ric. & Scot. docent: idem est iudicium de errore
 melioris conditionis, qui non vitiat contractum, vt si quis con-
 trahat cum libera, existimans esse ancillam.

DVBIVM I.

*Estne hoc impedimentum de iure natura, vt frigiditas, & arctitudo,
 an de iure Canonico, tantum, vt consanguinitas?*

RICAR. & Palud. de iure Canonico tantum esse opinantur.

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM à libero cum ancilla ignoranter con-
 tractum, ante Canonicam institutionem, fuit iure naturæ
 irritum: quia iure naturæ error circa essentialia contractus, con-
 tractum irritat, quia est inuoluntarius: & quando liber ignoranter
 contrahit cum serua, errat circa essentialia contractus: neque enim
 potest seruus reddere debitum, quoties petatur.

CONCLUSIO II.

SI, seruitute cognita, coniunx liber carnaliter seruam cognoue-
 rit, matrimonium erit validum. Definita est expresse in cap. pro-
 posuisti, & in cap. ad nostram, citatis.

APPEN. Hinc, si scienter libera cum seruo coniuge cōtraxerit, matrimo-
 nium erit validum: volenti enim, & consentienti non fit iniuria.

CONCLUSIO III.

SI dominus libertatem seruo cōcedat, vt cum libera contrahat,
 vel è conuerso: seruus liber manet, & matrimoniū tenet Definita
 est in quadam authentica, quæ à glo. in cap. ad nostram. allegato re-
 fertur:

ferat: tunc enim matrimonium est inter liberos: quia, ut dicit Pa-
nor. in dicto ca. Si ancilla, domino sciente, & non contradicente,
contraxerit cum libero, illam manumittere videtur.

CONCLUSIO III.

Si Titius contraxerit ignorāter cum Berta ancilla: & post ali-
quot dies dominus Bertæ manumiserit illam, nō erit tunc verum
matrimonium: propterea quod defuit consensus: nam præteritus
fuit nullus, & nouus non habetur.

Hinc, neque valebit, etiā si eam secretò manumissam carnaliter
cognouerit: quia primus consensus fuit nullus, & adhuc ignoran-
tia perseverat. Hæc est glo. Cano. si quis. 29. q. 2. contra Palud. hac
distinctione,

CONCLUSIO IIII.

Si liber cum serua, vel è conuerso contraxerit, & detecta serui-
tute, voluerit matrimonium per nouum consensum ratum habere,
coniunx seruus tunc consentire minimè tenetur. Ratio est, quia
præteritum matrimonium fuit nullum, & requiritur nouus cōsen-
sus, quem seruus præstare non tenetur, cum contrahendi, vel non
contrahendi potestatem habeat.

D V B I V M . II.

*Si vir ignoranter contrahens cum ancilla, tanto illam amore prosequitur,
vt si tempore contractus seruitutem agnosceret, eam nihilo-
minus duceret, cognita seruitute, valebit
ne matrimonium?*

Soto partem negantem tenet, Ric. hac distinctione opposi-
tum asserit.

Dist. 35. ar. 11.

CONCLUSIO.

TUNC matrimonium valeret. Ratio est: quia talis contractus
non est nullus, eo quod ius Canonicum personas illegitimet,
vt supra diximus, sed quia intetuenit error circa essentialia, quo
impeditur consensus, & cum in casu posito, si seruitus esset nota,
consensus non esset impeditus, nullus censetur fuisse error, atque
ita matrimonium valebit.

Art. II. Possunt ne duo serui, inuitis dominis matrimonium contrahere?

CONCLUSIO I.

POSSUNT, inuito domino, matrimonium contrahere. Definita est in Can. omnibus. 29. q. 2. & in c. 1. de coniugio seruorum. nam circa redditionem debiti, cum sit actio ex natura inclinatione fluens, nec pretio æstimabilis, seruus sui iuris est.

CONCLUSIO II.

POTERIT tamen dominus in locis remotissimis seruum vendere, ne debitum soluere valeat. Ratio est: quia per tale matrimonium ius domini non est extenuatum: & ita, vt ante matrimonium, sic post illud vendere poterit: tenebitur tamẽ quoties potuerit petenti reddere, quãdo à domino, propter alia obsequia ratione seruitutis exhibenda, non impeditur. Hæc est Sco. contra Ric. & S. Tho. hac distinctione.

CONCLUSIO III.

Si seruus cum ancilla, domino volente, contraxerit, non poterit tunc dominus impedire, quominus seruus cum vxore singulis noctibus dormiat: quia concedendo seruo, vt vxorem ducat, visus est cedere iuri suo ad hoc, vt non possit petitionem debiti impedire, quod si concesserit, vt cum libetã contrahat, censetur illum mittere, vt in principio huius quæstionis declaratum est.

Ricard. est.

Art. III. Potest ne vir, vxore inuita, se in seruitutem redigere?

CONCLUSIO I.

NEQVAQVAM potest. Definita est in Concil. Triburien-
si, & refertur in Can. prælatum. 39. q. 2.

CONCLUSIO II.

ALIENATIO in seruitutem nulla ratione in præiudiciũ vxoris valet, neque debet fieri separatio quoad thorum, ita vt si eodem tempore vxor, & dominus postularent obsequia, potius teneatur vir domino soluere obsequium: quia secunda obligatio non valet in præiudicium prioris: quando quidem vxor habet iam ius acquisitum super virum, neque inde serua efficitur: vt ex Concilio citato constat: nam et si sint vna caro quoad copulam, non sunt tamen quoad alias actiones.

Filius ex serua, & libero natus, cuius parentis conditionem sequitur?

Ric. hac dist.

CONCLUSIO I.

PARTVS quoad seruitutem matris, & non patris conditionem sequitur, vt natus ex patre seruo, & matre libera, est liber & ex patre libero, & matre serua, est seruus. Definita est in cap. vnic. de natis ex libero ventre.

CONCLUSIO II.

QUO AD honorē, & immunitates, natus ex patre libero, sequitur patris conditionem: experimento hæc passim comprobatur. Ric. affirmat in quibusdam prouinciis sequi parentis deterioris conditionem, quantum ad immunitatem, & seruitutem.

S. Tho. est.

Art. IIII. An ante pubertatem legitimum matrimonium contrahi possit?

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM ante duodecim annos in femina, & quatuordecim in viro est nullum. Definita est in ca. attestations. de desponsatione impuberum.

CONCLUSIO II.

TUNC dicitur vir impleuisse annos pubertatis, quando attingit decimum tertium annum cum dimidio, & femina vndecimū cum dimidio, expleto tamen. Definita est in cap. continebatur. eodem titulo.

CONCLUSIO III.

QUANDO ante pubertatem malitia, id est, concupiscentia supplet ætatem, quoad coeundi potentia, & prudentiam, atque discretionem, tunc matrimonium, si fuerit consummatum, erit validum. Ita definitur in ca. de illis. el. 2. & in ca. finali. eodem titulo.

Hinc si vir decem annorum consummauerit matrimonium cum puella pubere, aut impubere, erit verum inter illos matrimonium: quia malitia supplet ætatem.

QUÆSTIO VNDECIMA DE IMPE-

DIMENTO ORDINIS.

Sili. ven. ma-
trimon. s. 9. 7.

Casi. verb.

Sacerdotium

har. 4. Clito-

naus de con-

tinentia Sa-

cerdotali. So.

lib. 7. de iu-

stit. & iure

q. 8. Ric. ar. 1.

q. 1. Dur. q. 1.

S. Bon. art. 1.

q. 3. ad I. 2.

1. Cor. 7.

HÆC QUÆST. à Magistro dist. 37. proponitur DD. ibi.

Art. I. An potuerit Ecclesia definire, vt in sacris constituti sint ad matrimo-
nium inhabiles, vel an perpetuus cœlibatus Sacerdo-
rum Ecclesia expedit?

CONCLUSIO I.

SUMMOPERE Ecclesiæ Catholicæ expedit, vt eius mini-
stri in factis constituti perpetuum obseruent cœlibatû: debent
enim pro populo orare, & peccata populi lugere, & patres pauperum
esse, & præ cæteris honorari, quæ omnia, matrimoniali vsu
interueniente, non possent, vt decet, exerceri. Constat, ut ad Cor. 7.
& experientia rei familiaris demonstrat: & tandem si essent con-
iugati, vilesceret eorum persona, & doctrina: non enim in maiori
honore, & pretio, quam cæteri populares haberentur.

CONCLUSIO II.

HERETICVM est affirmare licitè posse Sacerdotes Latinos
vxores ducere: quia definitionib. multorum vniuersalium Conci-
liorum aduersatur, in quibus Sacerdotum Latinorum cœiugia dam-
nântur, & illegitimi ad nuptias redduntur. vt constat ex Concilio
Niceno, & Arelatensi, vt refertur in Cano. assumi. & Can. præte-
rea. & Can. diaconi. d. 28. & est definita capit. 1. & 2. qui clerici, vel
uouentes, matrimonium contrahere possint.

Prima diffi. Calibatus Sacerdotum incepit ne à primitiua Ecclesia?

CONCLUSIO I.

1. Timo. 3.

APOSTOLORVM temporib. multi coniugati ad Sacer-
dotium, & Episcopatum assumebantur. Definita est in Can.
si quis. d. 32. dicit enim B. Pau. Episcopus sit vnus vxoris vit.

CONCLUSIO.

VNQVAM licuit, vt aliquis post receptum sacrum ordinem,
matrimoniu contraheret. Hæc conclusio expressè habetur in Ca-
none. 27. Apostolorum, & est definita in Concilio Neocæsariensi,
vbi dicitur: Si presbyter vxorem duxerit, ab ordine deponi debe-
re statuimus. lege Can. Syracusana. dist. 28.

Secunda

Secunda diffic. Quo tempore capit Sacerdos alia continentia?

Dvæ sunt opiniones extrêmæ. Prima est Clithouci, quæ sequenti conclusione continetur.

CONCLUSIO.

IN primitiua Ecclesia coniugati, qui ad sacros ordines promouebantur, matrimonio cōtracto utebantur, mortuis tamen vxoribus, ad secundas nuptias migrare non poterant. Definita est in Can. 6. Apostolorū, & in Can. cum igitur 35. q. 1. vbi habetur Catholica Ecclesia post instituta quædam cōcilia perfectionis addidit, scilicet, de continentia ministrorum: vnde sequitur in primitiua Ecclesia licuisse Sacerdotibus vti matrimonio antea contracto. Contraria opinio est Soti asserentis, quãdo coniugatus ad sacros ordines assumebatur fieri diuortii inter ipsum, & vxorem quoad habitationem, & thorum: non autem quoad vinculum. *vbi supra.*

Consuetudinem primitiua Ecclesiæ Græci modò nõ retinent.

Tertia diffic. In sacris ordinibus constitutus est ne inhabilis ad matrimonium?

CONCLUSIO I.

EST quidem inhabilis. Definita est in cap. 1. & 2. qui Clerici, vel vouentes matrimonium contrahere possint, atque etiam in multis textibus dist. 28. & 31.

CONCLUSIO II.

QVI in aliquo sacrorum ordinum cōstitutus contraheret, ipso facto esset excommunicatus, & matrimonium esset nullum. Definita est in Clementina vnica. de consanguinitate, & affinitate.

Quarta diffic. Quo iure tale matrimonium esset nullum?

TRES sunt opiniones. Prima opinio est. D. Tho. & Ric. hæc dist. scilicet, apud Græcos matrimonium fuisse nullum ratione ordinis, & voti solennis continentia. Secunda est D. Bon. Dur. & Sco. asserentium, esse nullum, solum propter Ecclesiæ institutionem, quæ illos illegitimat, sicut intra quartum gradum consanguinitatis

tatis contrahentes inhabilitati. Tertia opinio Maioris tenet iure diuino esse nullum.

CONCLVSIO I.
NON sunt inhabiles ratione voti. Ratio Sco. est: quia si quis tempore receptionis sacrorum ordinum nõ haberet intentionem promittendi continentiam, & matrimonium cõtraheret, esset nullum matrimonium, non ratione voti, quia nullum emisit votum.

CONCLVSIO II.
NEQVE erit nullum iure diuino. Ratio est: quia frequenter Rom. Pont. cum Subdiaconis dispensat, quæ quidem dispensatio esset nulla, si quis iure diuino contrahere prohiberetur.

CONCLVSIO III.
SOLVM est nullum propter Ecclesiæ institutione: nam si non iure natura: nec diuino, nec ratione voti, erit profectò ex institutione Ecclesiæ duntaxat nullum.

Quinta diffie. An sicut matrimonium est nullum & impeditur per sacros ordines: ita è conuerso sacer Ordo per matrimonium impediatur?

CONCLVSIO.

CONIVGATVS sacros ordines recipiendo peccat, nihilominus tamen characterè recipit. Definita est in cap. coniugatus. de conuersione coniugatorum: vbi dicitur cõiugatum posse ad sacros ordines promoueri, vxore continentiam proficiente.

Art. I. De impedimento criminis, quod impedit matrimonium, non tamen dirimit contractum?

SVNT autem sequentia. Primum interdictum Ecclesiasticum, vt si Curatus, & Episcopus rationabilem ob causam prohiberent, ne fierent sponsalia, cum seruaretur certa solènit, de qua re est titulus in decretalibus de matrimonio contra interdictum Ecclesiæ: quod quidem impedimentum olim non dirimebat matrimonium, nunc autem post Conc. Trid. sunt nulla, & irrita, si non seruetur forma in Concilio præscripta: & ita erit hoc impedimentum inter impedimenta dirimentia connumerandum.

Secun

Secundum est simplex votum continentia, de quo distinctione proxima.

Tertium sponsalium, & impedit secundum iustitiam matrimonium cum alia: quia sic iniuria priori sponsa frangendo illi fidem.

Quartum est Catechismus, ut qui tenet aliquam ad Catechismum ante Baptismum, prohibetur cum illa contrahere.

Quintum incestus cum consanguineis uxoris: nam, uxore mortua, priuantur facultate amplius cum alia contrahendi.

Sextum, vxoricidium.

Septimum, raptus aliena sponsa.

Octauum eleuatio proprii, filij de fonte Baptismi, de quo supra.

Nonum presbytericidium.

Decimum solennis poenitentia.

Vndecimum coniugum scienter cum moniali contractum.

Inter haec impedimenta, primo omissa, duo sequentia, votu, scilicet, & desponsatio transgressores ad mortale obligant: reliqua vero citra contemptum minimè, & fortassis iam non sunt in usu: ut Caiet. in summa existimat, verbo matrimonium cap. 1.

Diffi. Potest ne in aliquo casu vir sine peccato interimere uxorem adulteram?

CONCLUSIO I.

VIR autoritate propria uxorem adulteram etiam in adulterio deprehensam interficiens mortaliter peccat: nemini enim licet autoritate propria vindictam sumere, ut author est D. Paul. docens: potestatem superiorem legitimum, scilicet, praelatum, siue iudicem esse Dei ministrum, & vindicem in fratre ei, qui male agit. *Ad Rom. 13.*

CONCLUSIO II.

INTERIMENS uxorem in adulterio deprehensam in foro exteriori, tanquam homicida, non punitur, secus vero, si extra adulterium, etiam si ipsa sit adulterij rea. Constat per legem Gracchus. C. ad legem Iuliam. de adulter. nihilominus mortaliter peccat: quia lex civilis solum ignoscit marito occidenti uxorem in adulterio deprehensam, & non concedit facultatem interficiendi autoritate propria: quoniam est contra legem naturam.

CON

CONCLUSIO III.

NON tamen peccabit, si Iudicis autoritate illam occidat: est enim tunc iustitiæ minister, sicut carnifex, qui occidens latronem Iudicis autoritate non peccat: sunt enim huiusmodi leges, quemadmodum, & leges, quæ in Leuitico. & in Deut. habentur, quibus adultera lapidari præcipiebatur, vnde possent modò habere vim, si illas lex ciuilis restauraret. Alia est opinio tenens, virum sic vxorem occidentem peccare.

Leuit. c. 2.

Deut. c. 22.

Sco. est di. 15.

q. 3.

Art. II. An votum matrimonium impediatur.

HO Cart. d. 38. Mag. explicatur, in qua differit de voto, cuius disputationem in secunda parte huius operis inuenies: explicabitur autem articulus quantum ad ea, quæ ad præsens negotium faciunt, propositis aliquot difficultatibus.

Prima diffi. An votum simplex continentia, matrimonium præcedens impediatur, & dirimat matrimonium contrahendum?

D. Bon. ar. 1.
q. 1.

SOLVM dissident authores in explicanda causa, ob quam, si votum solenne dirimat matrimonium contractum, & non simplex votum.

S. Tho. 2. 2. q.

87. ar. 7.

Alex. Alen.

2. p. q. 166.

Ric. ar. 7. q. 1.

etc.

Communis ferè doctorum sententia D. Bona. Tho. Duran. & aliorum tenet, hanc esse causam: quia per votum simplex solum promittit homo Deo sui corporis continentiam: at verò per solenne votum, & promittit, & seipsum perpetuo obsequio Dei, tanquam mancipium, tradit, vnde permutando corpus cum vxore, non valebit permutatio.

APPEN. 1.

Ex hac opinione sequitur, Rom. Pont. non posse dispensare, vt religiosus sit ad matrimonium habilis: quia quæ semel Deo dicata sunt, ad humanos vsus transferri non possunt.

2. 2. q. 8. ar. 7.

Opinio Sco. de præsentia, cui adhæsit Caie. & Paluda. defendit solam Ecclesiæ institutionem esse causam: quia Ecclesia illegitimauit solenniter vouentes, quominus contrahere possent: quia solenniter vouentes alieni iuris, nempe Ecclesiæ, efficiuntur: at verò vouentes simpliciter sunt sui iuris, & ita ad contrahendum non censentur inhabiles.

Hinc

Hinc de sententia Sco. poterit Papa dispensare in voto solenni ad contrahendum, cum inhabilitas ex sola Ecclesia institutione oriatur. APPEN. 2.

CONCLUSIO.

QUI post votum simplex continentia, vel religionis, siue ordinis sacri, matrimonium, vel sponsalia contrahit, mortaliter peccat. Definita est in cap. si nupserit virgo dist. 27. & in cap. tursus qui Clerici, vel vouentes: nam vouentibus virginitatem, vt author est B. Hieronymus apud Magistrum, non solum nubere, sed etiam velle nubere, damnabile est. *B. Hieron.*

DUBIVM I.

Quid, si non contrahat animo consummandi matrimonium?

DUAE sunt opiniones. Prima D. Thom. & Ric. quos sequitur Syluest. & alij Thomista, qui tenent, mortaliter peccare, etiam si non animo consummandi matrimonium, sed intrandi religionem contrahatur. Contraria opinio est Scoti, quem sequuntur Angelus, & alij. *Syl. ver. matrimonio. 7. r. eli. qui hac dist.*

CONCLUSIO.

SI non animo consummandi matrimonium contrahat mortaliter non peccat. & confirmatur multis rationibus. Prima, qui sine voto continentia, vel cum illo sine consummatione copula, religionem ingreditur, non peccat, ergo neque qui hoc modo contrahit, peccabit: nam quando actus non est peccatum, neque volitio actus peccatum erit. Secunda, quia non itrogatur iniuria alteri coniugi, cum possit ad secundas nuptias transire. Tertia, quia iura hoc prohibentia loquuntur de matrimonio intentione consummandi contracto: tunc enim votum violatur, scilicet, per consummationem, & non aliter. Quarta, quia votum non per matrimonium, sed, per consummationem violatur. vt constat exemplo immaculatae Virginis Mariae, & beatissimi Ioseph, qui matrimonium contrahendo contra votum minimè egerunt. Quinta, quia qui iuravit sponsalia, & postea vouit religionem, tenetur ratione iuramenti animo ingrediendi religionem contrahere, vt non sit voti, & iuramenti reus, ergo similiter potuit habere hanc intentionem, etiam si non habeat contrahendi obligationem.

DVBIVM II.

Tenebitur ne ante consummationem sub reatu peccati mortali ingredi religionem?

CONCLUSIO.

POST votum simplex continentia, religionis, aut ordinis sacri tenetur matrimonium contrahens, ante consummationem, religionem ingredi: alioqui mortaliter peccabit: quia aliter non potest mortale peccatum vitare, quam religionem intrando. Homo enim, ut fugiat mortale peccatum, mortem subire, quando aliter peccatum impediri non potest, tenetur. Hæc est Sylu. contra Soto, qui de solo voto religionis, & non de alijs hoc concedit.

*Vbi supr. §. 5.
q. 1. art. 1.
Limitatio.*

Limitanda est conclusio, nisi vterque voueat continentiam, vel vir sacros ordines recipiat consensu vxoris, & ipsa continentiam, voueat: tunc enim, qui habet votum continentia, siue ordinis facri non tenebitur ingredi religionem.

CONCLUSIO.

MATRIMONIUM contractum ab eo, qui votum simplex continentia, religionis, vel ordinis sacri emisit, est verum, & validum. Definita est in cap. meminimus & cap. rursus qui Clerici, vel vouetes.

Secunda diffie. Simpliciter vouentes possunt ne reddere debitum?

*Es est Hof.
Cardi. super
cap. rursus.*

GLOS. in cap. finali 27. q. 1. duas citat opiniones: quarum prima tenet, prima vice peccare mort. deinde verò nunquam, neq; mortaliter, neque venialiter, petendo, siue reddendo peccare. Hæc tamen opinio non tenetur. Contraria opinio est glossæ, & comunis.

CONCLUSIO.

HABENS votum simplex continentia, debitum petere non potest, reddere tamen tenetur. Definita est in cap. quidem & cap. placet de conuersione coniugatorum.

DVBIVM III.

Quid, si vterque habeat votum continentie?

CONCLUSIO.

VTERQUE peccabit petendo ab alio, reddendo autem neuter. Probata fuit supra in quaest. de redditione debiti.

D V B I V M I I I I .

Quid, si vir habeat votum continentia, & vxor debitum petere non audeat, poterit, intelligens vxoris animum; exigere debitum, potius soluendi, quam petendi intentione?

RESPONDEO; Varia huic rei adhiberi possunt remedia. Primum petat vir dispensationem à Papa, si est facilis aditus ad illum, sin minus ab Episcopo diocesano, vt Summistæ affirmant. Secundum non est necessarium, vt vxor expressè debitum petat, satis, inquam, est insinuatio per nuntios: tunc enim vir, qui hoc nouit, reddere tenebitur: quod est intelligendum, quando aliter coniugum habet simplex continentia: votum: nam si habeat, religionis, aut sacri ordinis votum, petendo debitum, nullatenus peccat: propterea quòd, vt non tenetur per tale votum ad paupertatem, & ad obedientiam: ita neque ad continentiam: sed de his in quaest. de voto latius.

Soto de inst. & iur. lib. 7. q. 2. art. 3.

D V B I V M V .

Votum solenne continentia impedit ne, & dirimit matrimonium?

C O N C L V S I O .

TALE votum tam religionis, quam ordinis sacri matrimonium dirimit. De fide est, & definita in cap. vnico de voto, in 6.

Tertia diffic. Potest ne Papa dispensare, vt habens votum solenne monachalis continentia, matrimonium contrahat?

DE hac difficultate latius in quaest. de voto.

DVÆ autem sunt opiniones. Prima Alex. Alen. in 3. p. in materia de voto, & B. Tho. 2. 2. q. 88. art. 11. & D. Bon. & aliorum, qui negant. Ric. autem Scor. & Dur. & alij affirmant.

C O N C L V S I O .

QUANDO Ecclesiæ vilitati maximè conueniret, vt religiosus aliquis matrimonium cõtraheret, Rom. Pont. tunc cum eo dispensare posse. Constat exemplo Cælestini III. qui dispensauit cum Constantia sanctimoniali Regis Rogerij filia: vt cum Imperatore

Ricar. art. 9. Dur. & Sco. q. 2. lege Syl. verbo votu 495.

F. t. q. f. 4.

PP Henrico

Henrico VI. contraheret, exemplo alterius Pont. qui (vt refert Palud.) dispensauit cum quodam monacho filio Regis Aragonia Ramiro nomine; propterea quod bonum particulare, bono totius Ecclesia præferre, esset contra charitatē: nam si toti Ecclesia conueniret, quæ Deo dicata sunt, ad humanos vsus transferre liceret.

D V B I V M V I.

Poterit ne fieri dispensatio propter bonum peculiare vouentis?

R I C A R. & Dur. partem affirmantem tenent. Alij verò negantem defendunt.

C O N C L V S I O.

NEQV A QV A M Rom. Pont. poterit dispensare: propterea quod nulla necessitas, siue vt gens causa apparet, ob quam necessariò sit à Rom. Pont. tunc in voto solenni dispensandū. Exempla enim, quæ hactenus proposita fuerunt, ad bonum totius Ecclesia pertinebant.

Art. III. An, utroque coniuge viuente, possit alter ad secundas nuptias transire?

DE hac re disputat Magister hoc loco, & suprâ differuimus: & tractatur hic articulus ab Adrian. in materia de matrimonio in 4. in q. de secundis nuptijs, & absoluetur articulus aliquot dubijs propositis.

D V B I V M L.

Quanta requiritur certitudo de morte viri absentis, vt vxor sine peccato ad secundas nuptias transire possit?

C O N C L V S I O.

SI vxor non fuerit per certum nuntium, aut per certam aliam probationem de morte viri conscia, ad secundas nuptias transire haud poterit. Definita est expressè in cap. in presentia, de sponsalibus. & in cap. dominus de secundis nuptijs.

APPEN.

Hinc, si ad sunt testes deponentes virū fuisse bellū ingressum, & illo finito, nunquā apparuisse, poterit tunc matrimoniū cōtrahere.

DV

Quid, si bona fide contraxit, & postea dubitet, sit ne vxor sua, an non?

C O N C L V S I O .

STANTE dubitatione, debitum exigere potest. Ratio est quia bona fide contraxit, & est in possessione, & possidentis conditio melior est: non enim magis certus est esse suam, quam non suam.

*Magister cau-
sè legendus.*

Est autem Magister cautè legendus hoc loco, qui asseruit conjugem consciam vitæ prioris viri, compulsam ab Ecclesia, vt cum secundo viuat, posse tunc reddere debitum, non tamen exigere, quod est falsum: nam tunc fornicatur reddendo, & potius tenetur mortem subire, quam debitum reddere: neq; excusatur per Ecclesiæ sententiam, quæ tunc secundum allegata, & probata iudicat.

D V B I V M V I .

Vxor, stante dubitatione, poterit debitum exigere?

SO T O respondit posse: quia est in possessione, sicut vir: nihilominus, si ipsa tempore contractus erat dubia, semper est in mala fide, quantum ad petitionem debiti: atque ita, dubitatione durante, petere non poterit, si verò tempore contractus habuit bonam fidem, tunc vera est Soti opinio.

**Q V Æ S T I O D V O D E C I M A D E I M P E -
dimento, quod cultus disparitas nominatur.**

*Alexã. Alen.
in 3. p. q. 48.
m. 3. D. Bon.
ar. 1. q. 1. Sco.
q. 1. S. Tho. q.
unica arti. 1.
& sequenti-
bus. Du. q. 1.*

H A C q. dist. Magistri. 39. declaratur.

Art. I. An infidelis sit ad contrahendum cum fideli in habilis?

C O N C L V S I O .

FI D E L I S baptizatus ad contrahendum cum infideli iure tantum Ecclesiastico est inhabilis. Communis est Theologorum, & Iuris vtriusque peritorum sententia: non enim iure naturali est inhabilis: q. Ioseph Patriarcha fidelis contraxit cū Egy-

Gen. 41.

p ti aca

priaca infideli tempore, quo lex naturalis vigeat: neque iure Diuino, quia Moyses contraxit cum Æthiopiſſa: & in Euangelio nulli tale præceptum legitur. locus enim B. Paul. vbi dicitur: Nolite ducere iugum cum infidelibus, non est præceptum diuinum, sed conſilium Euangelicum: quare erit inhabilis iure tantum Eccleſiaſtico: nam Eccleſia à temporibus Apoſtolorum hanc conſuetudinem ſeruat: infidelis namque cum non ſit baptizatus, non eſt ſacramenti matrimonij capax.

Nam. 2.
2. Cor. 6.

DV B I V M II.

Erit ne ſaltem ſacramentum ex parte fidelis?

CONCLVSIO.

NEQVAQVAM erit. Ratio eſt: quia conſenſus, & verba infidelis, cum non ſit baptizatus non poſſunt eſſe materia, & forma reſpectu conſenſus fidelis, atque ita, deficiente materia, & forma, non poterit eſſe ſacramentum.

DV B I V M II.

Valebunt ſaltem ſponſalia ſub conditione, vt pote, ſi coniunx infidelis ad fidem reuertatur?

DD. vbi ſup.

CONCLVSIO I.

SPONSALIA ſub hac conditione ſunt illegitima. Conſtat ſex lege oratio. ff. de ſponſalibus, vbi expreſſè definitur inhabiles ad matrimonium, eſſe etiam ad ſponſalia ineptos. Cæterum titulo promiſſionis, & iuſtitia iure naturæ fidelis, ſi conditione poſita, non adimpleret promiſſum, præſertim iuramento firmatum, peccaret. Oppoſitum tenet Soto.

CONCLVSIO II.

FIDELIS cum hæretico contrahens, peccat contrahendo, matrimonium tamen tenet: nam cum malum proliſ, & coniugis Catholici peruerſio timeatur, dubium non eſt, quin peccet: & cum vterque ſit baptizatus, & nullus iſtorum ſit ad contrahendum cum alio per Eccleſiam prohibitus, valebit matrimonium: nam Concilium Calcedon. non irritat matrimonium, ſed prohibet tantum.

CONCLUSIO III.

IN lege veteri non erat Iudæis fidelibus prohibitum cum infidelibus contrahere, nisi cum Cananæis, & alijs terræ promissionis infidelibus duntaxat, vt constat multis sacræ Scripturæ exemplis. Esther enim Assuero, qui erat gentilis, nupsit.

Esther. c. 2.

Art. II. An coniunx fidelis possit simul cum coniuge infideli habitare?

CONCLUSIO I.

1. Cor. 7.

IVXTA legem coniugij coniunx ad fidem conuersus non tenetur cum infideli habitare, quanuis sine iniuria Creatoris possit, neque olim in primitiua Ecclesia tenebatur: imo statim quoad habitationem dissoluebatur, licet non quoad vinculum, nisi post aliquod tempus. Hæc est de fide, & habetur apud D. Paul. dicentem: Dico ego, & non Dominus, si quis frater habet vxorem infidelem & hæc cõsentit habitare cum illo, non dimittat illam: quare cum hoc sit D. Paul. consilium, ideo enim ait: Dico ego, & non Dominus, non tenebitur coniunx fidelis habitare cum infideli sub reatu peccati mortalis. Hoc enim distat cõsiliu à præcepto, quod præceptum obligat ad mortale transgressorem: vltima pars conclusionis statim patebit.

CONCLUSIO II.

Matth. 18.

Ex lege charitatis tenetur conuersus coniunx cum infideli habitare, si habet certissimam spem conuertendi illum. Ratio est: quia præcepto dilectionis, & correctionis tenetur, quantum in se est, fratrem suum lucrari.

DVBIVM I.

In hac Ecclesia poterit ne conuersus cum infideli coniuge sine iniuria tamen Creatoris habitare?

CONCLUSIO I.

QUANVIS Ecclesia, quæ modò est, conuersum ex Iudæis cum infideli coniuge habitare non patiatur. vt ex Con. Tol. 4. constat & refertur Can. Iudæi 28. q. 1. nihilominus tamen, si conuersio infidelis expectaretur, vel vt apud Indos scandalum timeretur,

timeretur, quia terrentur à fide, eò quòd post conuersionem alterius coniugis statim diuortium fieret, possent tunc cohabitare, dummodò Creatoris contumelia non timeretur. Ratio est : quia consilium Apostolicum non est aliquo modo reuocatum: nam intelligitur quãdo periculum subuersionis proximi, vel Creatoris iniuria non imminebat : vt in casu huius conclusionis : hoc aut fieri deberet præcedenti Archiepiscopi facultate, & examinatione.

CONCLUSIO II.

Qui nunc inter infideles apud Turcas conuerteretur, statim ad Ecclesiam Catholicam migrare tenetur. Soro defendit posse latenter cum vxore manere, & non teneri ad seipsum prodẽdum. Conclusio tamen constat ex B. Paul. dicente : Corde creditur ad iustitiam ore autem cõfessio fit ad salutem: deinde si ille cæremónias infidelium exercet, est in statu dãnationis : quia tenetur exterius Christum confiteri, & infidelitatem abnegare : si autem non exercet illas compelletur per ministros iustitiæ : tuncque potius esset illi mors subeunda, quam infidelium cæremóniis vacandum, atque ita, aut recedere, aut se prodere teneretur.

ar. 3. huius d.

Ad Rom. c.
10.

DVBIUM II.

Si infideles conuertantur, sintque consanguinei in gradu prohibito, poterunt ne tunc simul cohabitare?

CONCLUSIO.

SI ille consanguinitatis gradus est lege tantum Canonica prohibitus, matrimonium non dissoluit. Ita definitur in cap. gaudeamus. de diuortiiis: nam ad leges Ecclesiasticas ante Baptismum non tenebantur: de his enim, quæ foris sunt, nihil ad nos: dissoluetur autem matrimonium, si gradus lege naturæ prohibeatur, vt inter ascendentes, & descendentes, fratresque, & sorores : de gradibus verò iure diuino prohibitis inferiùs agetur.

1. Cor. 5.

D V B I V M III.

Si infidelis habeat plures vxores, & omnes conuertantur, velintque cum eo habitare, quam illarum tenebitur retinere?

CONCLUSIO.

SOLA prior erit vxor, quanuis ante Baptismum fuerit repudiata. Ita definitum est in ca. gaudemus. Et ratio est: quia lege naturæ polygamia prohibetur, & secundum illam legem repudium non dissoluit matrimonium.

D V B I V M IIII.

Altero coniugum ad fidem conuerso, & apud Christianos viuentem, apud quem debent filij nondum ratione vtentes manere?

CONCLUSIO.

APVD conuersum, licet sit vxor. Definita est in Can. de Iudicis. 45. dist. & c. 2. de conuersione infidelium. Si autem filius ratione vtatur, erit iudicio suo relinquendus: & intelligetur non uti ratione, si proposita fide, in neutram partem inclinetur.

Prima diffi. Per conuersionem alterius coniugis ad fidem, etiam quoad vinculum dissoluitur matrimonium, ita vt liceat virique in sua religione ad secundas nuptias transire?

CONCLUSIO I.

SI infidelis voluerit cum fideli coniuge habitare, sine iniuria tamen Creatoris, tunc quanuis simul non habitent, non statim matrimonium quoad vinculum dissoluetur. Ratio est, quia si (vt supra diximus) habitare possunt, non statim dissoluitur matrimonium: alioqui enim manere non possent, quia fornicarij essent.

CONCLUSIO II.

SI infidelis omnino renuat cum fideli habitare, vel nolit sine iniuria Creatoris, quia blasphematur Christum, vel conatur fidem subuertere, vel odio in Ecclesiam Christianorum maledicta ingerat, tunc matrimonium inter illos dissoluetur, & vterque ad secundas nuptias migrare poterit. Expressè est definita in cap. gaudemus. & in cap. quanto. de diuortijs, & ita intelligetur D. Paul. quando ait: Si infidelis discedit, discedat, &c.

1. Cor. 7.

Hinc

Hinc cautè legendus erit Caieta. in commen. super Paulum in hunc locum affirmans, his verbis D. Pauli non infirmari coniugij solutionem, quod est falsum: nam Scriptura sacra non aliter est intelligenda, quam Ecclesia Rom. illam interpretatur, & huc locum Ecclesia de separatione, quoad vinculum (vt ex cap. quanto. constat) declarat.

APPEN. 1.
Cato. cauendus.

Hinc colligitur, matrimonij solutionem non autoritate Ecclesie, sed Christi Iesus, qui per os Pauli loquebatur, fieri: non enim Ecclesia legitimum infidelium matrimonium dissoluere posset, nisi Christus Dominus soluisset.

APPEN. 2.

D V B I V M V.

Dissoluetur ne quamprimum infidelis admonitus, non vult conuerti, vel non vult habitare sine Creatoris iniuria?

OPINIO Ric. est statim quoad vinculum dissolui, quado infidelis cum infideli habitare renuit. Hæc opinio tribuitur Scoto, sed falsò, quia Sco. de hac re nõ differuit. opinio S. Tho. in sol. ad primum, & Palud. & Dur. est, non dissolui, donec fidelis secundas nuptias contrahat.

Ric. ar. 2. q. 2.

Scot. liberatur.

C O N C L V S I O.

NON dissoluitur tunc matrimonium quoad vinculum, nisi cumprimum fidelis ad secundas nuptias migrauerit. Definita est expressè in cap. gaudemus.

Hinc, si infidelis antequam conuerteretur, contraheret, si postea contingat simul cum secunda vxore conuerti, erit priori vxori conuertæ tradendus, si illa nondum contraxerat: quia primum matrimonium non erat solum. Hæc appendix apertè colligitur ex cap. citato.

APPEN.

D V B I V M V I.

Poterit ne infidelis in sua secta aliam ducere, si fidelis ad secundas nuptias transierit?

C O N C L V S I O.

PO T E R I T quidem: propterea quòd matrimonium fuit iam solum quoad vinculum: peccabit tamen mortaliter, quia tenebatur sequi fidelem, ne matrimonium dissolueretur.

Ric. est. ar. 2. q. 3.

Matrimonium infidelium per votum solenne religionis à coniuge primo conuerso emissum, dissoluetur ne?

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM in infidelitate confirmatum per tale votum dissoluitur: quia in hac parte idem censendum est de matrimonio consummato infidelium, & de rato fidelium.

*S. Tho. hac
dis.*

CONCLUSIO II.

NON tamē dissoluetur quoad vinculum, per sacri ordinis receptionem. Ita definitum est in extrauaganti: antiquę concertationi.

Secunda diffi. An post lapsum alterius coniugis in hæresim, vel aliam apostasiam matrimonium, quoad thorum, aut vinculum dissoluatur?

CONCLUSIO I.

*Iuris periti. c.
citato, &
Theologi hac
diff. & Soto.
d. 39. qu. vni-
sa ar. 4.*

IN tali casu matrimonium quoad vinculum nullo modo dissoluitur. Definita est in c. quãto. de diuortiis. Et ratio est: quia vterque coniunx est baptizatus.

CONCLUSIO II.

QUANDO vnus coniugum post condemnationem hæresis Ecclesiæ reconciliatur, facta separatione iudicio Ecclesiæ, tunc coniunx innocens ad religionem monachalem trãfrire potest, vel cum reconciliato habitare tenetur. Definita est expressè in ca. finali. de conuersione coniugatorum. & ca. de illa de diuortiis. Notanter dicitur (ad religionem monachalem) quia per ingressum religionis militaris matrimonium, nec quoad vinculum, nec quoad thorum dissoluitur: votum enim cõtinentiæ ibi emissum non est de essentia religionis militaris, quemadmodum est de essentia religionis monachalis.

An vir innocens quando vxor fuerit hæretica, & reconciliata, possit sacros ordines recipere, sicut potest monachalem intrare religionem?

SOTO partem affirmantem tenet.

CON

CONCLUSIO.

NEQVAQVAM potest sacros ordines recipere. Ratio est: quia in dicto cap. finali solum conceditur ingressus ad monachalem religionem: tum etiam, quia si non potest ingredi religionem militarem, propterea quod votum solenne continentiae non est de illius essentia, ita neque est de essentia sacri ordinis.

Tertia diffic. Per quodcumque aliud peccatum, prater haeresim, dissoluitur matrimonium quoad thorum?

NOTA primum, crimina coniugum, prater adulterium, in tria genera diuidi. Primi generis sunt, quae nullo modo alteri coniugi nocent: vt si sit vnus fur, blasphemus, &c. Ad secundum genus pertinent, quae in detrimentum corporale coniugis innocenti sunt: vt si vir sit crudelis in vxorem, aut vxor venefica, vel perdit mariti substantiam, vel liberos interficit, quae crimina, C. de repudijs recensentur. Tertij generis est vnum tantum crimen, scilicet, quando vnus coniunx conatur alium inducere in quoduis peccati genus, vt in homicidium, furtum, &c.

CONCLUSIO.

QUANDO vnus coniugum adulter, aut haereticus, aut laborat criminibus secundi vel tertij generis, innocens tunc per iudicis sententiam ab illo quoad thorum separari potest. Definita est in cap. quae sicut, de diuortijs, & in cap. literas, de restitutione spoliatorum.

Art. vlt. An matrimonium inter infideles sit verum, & legitimum?

DD. d. 39. D.
Ben. ar. 1. q. 1.

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM inter infideles ita legitimum est, vt per solam conuersionem alterius coniugis ad fidem dissolui non possit. Haec est de fide & habetur apud D. Paulum, dicentem: Si quis frater habet vxorem infidelem, & haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & est definita in cap. gaudemus, & cap. quanto, de diuortijs. quod enim est legis naturae, est omnibus licitum, & matrimonium ex inclinatione, & iure naturali est.

1. Cor. 7.

CON

CONCLUSIO II.

MATRIMONIUM infidelium est legis naturæ sacramentum: est enim signum vnionis inter Christum, & Ecclesiam. Ita definitum est in cap. gaudemus citato.

CONCLUSIO III.

NON est autem nouæ legis sacramentum. Ratio est: quia cùm infideles careant Baptismo, qui est ianua omnium sacramentorum, non possunt esse matrimonij, quatenus est nouæ legis sacramentum, participes.

CONCLUSIO IIII.

MATRIMONIUM infidelium tria bona, sacramenti, scilicet, prolis, & fidei habet: de bono sacramenti constat: de bono autem prolis, est etiam manifestum: quia tale bonum est tantum obligatio ad procreandam, & religiosè educandam prolem: quæ quidem obligatio est composibilis cum actu, & proposito faciendi oppositum, & talem obligationem habent quoque infideles coniugati: & tandem de bono fidei est quoque perspicuum, quia tenentur debitum soluere, & ab alieno concubitu cauere.

DD. d. cap. 1.
Ric. ar. 1. q. 3.

Diffic. Peccant ne infideles in vsu matrimoniali?

SOLVS Ricardus de hac re differit, de cæteris autem infidelium actibus disputant DD.

CONCLUSIO.

INFIDELIS ad coniugem accedens cum intentione generandi prolem, & soluendi debitum, dummodò de illius educatione in cultu infidelitatis non cogitet, nullo modo peccat. Ratio est: quia cùm talis debiti solutio sit opus mortaliter bonum (nam est actus iustitiæ) non erit peccatum.

QVÆSTIO DECIMATERTIA DE
impedimento consanguinitatis.

DE hac quæstione verba facit Magister 49. dist.

Art. I.

Art. I. *Quid nam est consanguinitas, quid linea?*

PROPOSITIO I.

Doct. in hac
d.

CONSANGVINITAS est aliquarum personarum vinculum, ab eodem stipite descendendum, carnali propagatione contractum: nam consanguinitas idem est, quod communicatio in sanguine, idest, habere eundem sanguinem communem inter se: vt sunt illi, qui ab eodem stipite, idest, patre generantur, vel immediatè, vt fratres, vel mediatè vt nepotes eiusdem aui, &c. generantur: quæ quidem communicatio in sanguine est causa vinculi amicitia inter consanguineos.

Ricard. est.

PROPOSITIO II.

LINEA est congregatio, & collectio personarum consanguinitate coniunctarum ab eodè stipite descendendum diuersos continens gradus: idest, ordo ille, qui est inter consanguineos, vt vnus sit pater, alter filius, tertius nepos, &c. linea nominatur.

PROPOSITIO III.

LINEA, aut est recta, vt quæ est inter ascendentes, & descendentes, vt inter patrem, filium, nepotem, &c. aut collateralis, vt inter transuersales, fratrem, scilicet, & sororem, &c.

PROPOSITIO IIII.

COLLATERALIS linea, vel est æqualis, quæ inter æqualiter à stipite distantes reperitur, vt inter auum, & consobrinum, aut inæqualis, quæ est inter eos, qui è stipite inæqualiter distant.

Art. II. *Quid nam est gradus, & quotuplex?*RESPONDEO per sequentes propositiones.

PROPOSITIO I.

GRADVS, est determinata propinquitus personæ ad personam secundum consanguinitatem. v. g. pater respectu filij est in primo gradu, idest, in prima propinquitate, respectu nepotis est in secundo gradu, idest per vnum medium, scilicet filium, respectu pronepotis in tertio gradu, idest, per duo media. Hæc autem computatio est secundum ius Canonicum. nam ius Ciuile inter fratrem, & sororem duos constituit gradus: vnum fratris ad sororem, & alium fororis ad fratrem.

oimiqo

PRO

PROPOSITIO II.

IN linea recta ascendentium tot sunt gradus, quot persone, vna minus: exempli causa, pater, filius, nepos, & abnepos sunt quinque persone, & quatuor tantum gradus. Ratio est: quia tot sunt gradus, quot generationes: generatio verò minus quàm inter duos esse non potest: ergo tot erunt gradus, quot persone, vna minus: quæ toti generationi præsupponitur, & stipes nominatur.

APPEN. 1.

Hinc filius cum patre erit in primo gradu, cum nepote in secundo gradu. &c.

PROPOSITIO III.

IN linea laterali eorum, qui à stipite æqualiter distant, quo gradu æqualiter transuersales à stipite separantur, eodem inter se distinguuntur. v. g. frater, & soror distant à stipite in primo gradu, eodemque inter se differunt. Ratio est: quia distantia, vel propinquitas est solum ratione stipitis: quare non magis inter se distant, quàm à stipite disident.

PROPOSITIO IIII.

IN linea laterali inæqualiter à stipite distantium computandus est gradus à persona, quæ à stipite remotior est. v. g. auunculus, & consobrinus, id est, filius vel filia sororis distant in secundo gradu, quia filia sororis distat à stipite in secundo gradu. Expressè definita est in c. vir, qui ab stipite, de consanguinitate, & affinitate.

APPEN. 2.

Hinc in dispensationibus inæqualiter à stipite distantium remotioris descendentis à stipite est habenda ratio.

PROPOSITIO V.

Leuit. 18.

MATRIMONIUM inter cõsanguineos, si Papa non dispensauerit, est nullum.

Art. III. An iure diuino sint modò aliqui gradus prohibiti?

LEGE Leuit. 18. vbi decem gradus prohibentur. lege Victoriam in relectio. de matri. p. 2.

Sil. verb. ma
tri. 8. §. 6. &
verbo Papa.
§. 17.

DVÆ sunt opiniones. Prima omnium ferè antiquorum, qui affirmabāt, omnes gradus in Leuit. prohibitos, esse etiã nunc iure Diuino prohibitos. Hæc fuit D. Bon. Tho. Ric. & Dur. quibus adhæsit Siluester affirmans, Papã non posse dispensare in gradibus in Leuit. prohibitis: idẽ quoque Lutherani asserunt. Secunda opinio

opinio est Palud. dicentis: Illos gradus non esse iure Diuino, sed naturali tantum prohibitos, & non omnes, sed aliquos duntaxat. B. Anton. docuit, illos gradus, fuisse olim iure diuino, prohibitos quem sequuntur Victoria, & Caiet. modò autem non esse iure diuino prohibitos dicunt.

D. Anton. 3.
p. cap. 14. ar.
1. 2. 2. p. 154.
art. 9.

CONCLUSIO I.
GRADVS qui in Leuit. prohibebantur, olim matrimonium contrahendum impediabant, non tamen omnes dirimebant, vt affinitas gradus: multa enim fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, quia licet prohibeantur, non tamen irritantur: quia illi tantum gradus matrimonium nullum reddebant, qui lege naturali, vt in linea recta prohibebantur: licitum namque erat tunc accedere ad vxorem fratris defuncti, absque liberis causa suscitandi semen.

CONCLUSIO II.

NVLLVS gradus in Leuit. prohibitus, modò in Euangelio prohibetur, eò quòd tunc prohibitus erat. Ratio est: quia lex vetus modò non obligat, quatenus lex vetus est, sed vt ex parte confirmata in Euangelio: sunt enim præcepta nonnulla iudicialia in Euangelio posita, quale illud est de dormiente cum virgine, vt constat cap. x. de adulter. atque etiam obligant aliqua legis veteris cuacuata præcepta, quatenus legis naturæ præcepta sunt.

Hinc, si Papa dispensaret in aliquo gradu in Leuit. prohibito, dispensaret quidem, quatenus sunt lege naturali, vel Euangelica prohibiti.

APPEN.

*Prima diffic. Prohibentur ne iure naturali gradus in linea recta
ascendentium, & descendendum: ita vt Papa in
his dispensare non possit?*

DD. vbi sup.

HOC loco de gradibus consanguinitatis est agendum: nam de gradibus affinitatis sequenti dist. agemus. Et quaritur primùm de matrimonio inter ascendentes, & descendentes, an prohibeatur vsque in infinitum, vel an gradus ita sit lege naturali prohibitus, vt in eo Papa dispensare non possit.

Opinio Sco. Ric. & Iurisconsultorū tenet, talem prohibitionē in infinitum durare: ita vt si Adam, vel Noë resurgeret, cum qua

Scot. q. 1. Ric.
art. unico q.
4.

contra-

Caiet. 2. 2. g.
154. art. 9. &
in opusculo
ad Regē An-
glie lege Vi-
sariam ubi
suprà.

1. Cor. cap. 4.

Soro hac dist.
art. 3.

contraheret, non haberet. Caiet. arbitratur solum primum gradum in linea recta esse iure naturali prohibitum: vnde sequitur posse Papam dispensare, vt auus ducat neptem, & auia nepoti nubat.

CONCLUSIO.

MATRIMONIUM in primo gradu lineæ rectæ, etiamsi nulla lex scripta illud irritaret, esset iure naturali nullū: nam talis contractus est contra ius naturæ: quia est contra pudorem, & honorē, quem filius iure naturæ parentibus adhibere tenetur, & cōtractus contra ius naturæ est ipso iure nullus: vnde B. Paul. Auditur inter vos talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat.

DVBIVM I.

Quid, si in mundo non esset nisi pater, & vnica filia, vel plures?

CAIET. vbi suprà negat. Soro affirmat.

CONCLUSIO.

TUNC illas ducere in vxores tenetur. Ratio est: quia plus tenetur homo diligere Rempublicam, quā parentes: plus enim eam diligere tenetur, quam seipsum: atque ita pro salute Reip. & totius vniuersi, tunc pater filias ducere, & mater filijs nubere teneretur.

DVBIVM II.

Contractus matrimonialis in secundo gradu lineæ rectæ, & sequentibus infinitum prohibetur ne iure naturali, an Ecclesiastico?

CONCLUSIO I.

MATRIMONIUM inter auum, & neptem iure naturali prohibetur, & est per leges humanas indispensabile. Ratio est: quia eadem obligatio reperitur inter neptes, & auos, & inter filios, & parentes, eadēque ferè est sanguinis communio, & eandem reuerentiam neptes auis, quam parentibus exhibere tenetur. Hæc est contra Caiet. affirmantem, esse dispensabile huiusmodi matrimonium.

CONCLUSIO II.

IN linea recta matrimonium in infinitum non censetur esse prohibi

CONCLUSIO II.

IN linea recta matrimonium in infinitum non censetur esse prohibitum. Ratio est: quia sanguinis communio est causa prohibitionis, & cum magis communicent transuersales in quinto gradu, quàm descendentes cum ascendentibus in 6. gradu, & illi non prohibeantur, neque isti prohibendi sunt.

Hinc, poterit Papa dispensare inter proauum, & prone- APPEN. I.
ptem, &c.

Hinc, si Adam modò uiueret, uxorem ducere posset: nam mi- APPEN. 2.
nus vinculum consanguinitatis est inter nos, & Adam, quàm inter Gallos, & Hispanos, qui contrahere non prohibentur.

*Secunda diffinitio. An liceat matrimonium contrahere in linea
transuersali equali, & in equali.*

Ric. ar. unico
q. 2. D. Bon.
ibidem.

V. G. An contractus inter fratrem, & sororem, & inter conso-
brinum, & sororem patris, & inter auunculum, & consobrinam sit
licitus.

DIVÆ sunt opiniones. Prima D. Bona, Ric. & Duran, asseren-
tium, in primo gradu lineæ collateralis matrimonium esse
iure diuino nullum. Caiet. Thom. de Argentina tenent, tale ma-
trimonium esse solum contra ius Canonicum, & ita Papam in hoc
gradu dispensare posse. Addit Thomas, matrimonium infidelium
cum proprijs sororibus, non esse soluendum, si ad fidem conuer-
tantur. Scor. verò talia matrimonia in primo gradu laterali, lege
naturali prohibita esse, affirmat.

Caiet. ubi su-
pra S. Tho.
Th. de Argē.
hac diff.
Iustitua de
iure naturali
in principio.

CONCLUSIO III.

MATRIMONIUM inter fratrem, & sororem est iure natu-
rali nullum: seruatur enim apud omnes gentes, & ad hoc natura
ipsa, seclusa lege scripta, homines inclinat: Vnde Pharao impossi-
bile esse credit Saram uxorem fuisse Abrahæ: quia dixit suam esse
sororem vide caput Gaudemas.

APPEN. I.
Gen. 12.

CONCLUSIO II.

MATRIMONIUM in secundo gradu consanguinitatis in li-
nea laterali, & in equali non est iure diuino prohibitum. Hæc con-
clusio est contra D. Bon. Ric. & Duran. & Syluest. & contra glof-
sam in cap. literas, de restitutione spoliatorum, qui tenent gradus

F. t. q. f. 4.

QQ in Leuit.

Ad Hebr. 7.
APPEN. I.

in Leuit. prohibitos, inter quos sunt isti, iure diuino prohiberi, ita vt non possit Papa in eis dispensare. Et ratio conclusionis est: quia lex vetus vniuersa fuit per mortem Christi reuocata: nam translato Sacerdotio secundum ritum Aaron per mortem Christi in Sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, necesse fuit, vt legis translatio fieret: quia si nunc obligat, est, vel quia habet legis humana vim, vel propter causas supra signatas.

CONCLUSIO III.

Gen. II.
APPEN. I.

NEQUE est iure naturali prohibitum: constat exemplis sanctorum, quos sacra Scriptura in gradu, de quo est modo difficultas, ante legem scriptam, contraxisse docet: legitur enim Genes. cap. II. Thare genuisse Abram, Nachor, & Aram: & Nachor duxisse consobrinam suam filiam Aram, & Abram Sarram filiam eiusdem Aram. Quare, cum hi viri sancti non tenerentur, nisi ad obseruantiam legis naturalis, quam de facto obseruabant, perspicuum profecto est iure naturali, tale matrimonium non fuisse prohibitum.

CONCLUSIO IIII.

S. Th. q. viii. ca. 2.

ES T autem iure dumtaxat positio Ecclesiastico prohibitum. Patet a sufficienti diuisione: etiam, quia Ecclesia sine controuersia in his gradibus dispensare consuevit.

S. Th. q. viii. ca. 2.

Tertia diffc. Potest ne Ecclesia modo aliquos gradus prohibere?

CONCLUSIO I.

ECCLIESIA potestatem habet inhabilitandi aliquos, quominus intra certum gradum matrimonium contrahere possint. Definita est expressè Sess. 24. Can. 3. & 4. Concil. Trid.

CONCLUSIO II.

MA X I M O P E R E Ecclesie conuenit aliquos ad matrimonium inhabilitare. Constat de matrimonio clandestino, quod est irritum per Concil. Trid. Sess. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij: nam vsu veniebat, vt aliquis duas haberet uxores: primam clandestinam & veram, & secundam in facie Ecclesie adulterinam. Tum etiam, vt pax, & amicitia augerentur, si inter non consanguineos, vt fit, matrimonium contraheretur.

GRADVS per lineam collateralem æqualem, siue, inæqualem, sunt vsque ad quartum gradum prohibiti: ita habetur in cap. non debet. de consanguinitate, & affinitate: nam à quinto gradu consanguinei, vt extranei se habent.

Hinc, confutatur hæresis Lutheranorum afferentium, nullos esse gradus prohibitos, neque prohiberi posse. *Hæresis.*

Quarta diffi. Potestas ciuilis Regis poterit, quemadmodum Ecclesia, alios quos inhabilitare, quo minus contrahant?

VICTORIA in relectione de Matrimonio non aude affirmare. Ric. & ceteri affirmant.

CONCLUSIO I

POTEST quidem, & de facto; si contrahatur Matrimonium erit nullum. Constat ex toto titulo. ff. de adoptiuius. vbi Matrimonium inter patrem adoptantem, & filiam adoptiuam irritatur: quod ius Canonicum tantum inter filium naturalem, & filiam adoptiuam prohibet. vt ex cap. i. de cognatione legali colligitur.

CONCLUSIO II

LEGES Ciuiles connubia in aliquo gradu prohibentes, Ecclesia contradicente, nullam vim habent. Ratio est: quia causa matrimonialis contractus, quantum ad vinculi perpetuitatem, à iure diuino pendet. Et ideo ciuilis potestas circa hunc contractum ab Ecclesiastica potestate dependet.

Hinc, si princeps Saracenorum prohiberet, & irritaret Matrimonium intra secundum, & tertium gradum, si de facto contraheretur esset nullum. Habet enim potestas illa iurisdictionem in subditos dicente B. Paulo: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. *APPEN. 1. Ad Rom. 131*

Hinc, si infideles in gradu ab infideli principe prohibito contraxerint, & ad fidem conuertantur, vel sunt separandi, vel de nouo contrahere tenentur. Ratio est: quia Matrimonium ante Baptismum, propter inobedientiam contra suum principem fuit nullum. *APPEN. 2.*

APPEN. 3. *APPEN. 4.* *APPEN. 5.* *APPEN. 6.* *APPEN. 7.* *APPEN. 8.* *APPEN. 9.* *APPEN. 10.* *APPEN. 11.* *APPEN. 12.* *APPEN. 13.* *APPEN. 14.* *APPEN. 15.* *APPEN. 16.* *APPEN. 17.* *APPEN. 18.* *APPEN. 19.* *APPEN. 20.* *APPEN. 21.* *APPEN. 22.* *APPEN. 23.* *APPEN. 24.* *APPEN. 25.* *APPEN. 26.* *APPEN. 27.* *APPEN. 28.* *APPEN. 29.* *APPEN. 30.* *APPEN. 31.* *APPEN. 32.* *APPEN. 33.* *APPEN. 34.* *APPEN. 35.* *APPEN. 36.* *APPEN. 37.* *APPEN. 38.* *APPEN. 39.* *APPEN. 40.* *APPEN. 41.* *APPEN. 42.* *APPEN. 43.* *APPEN. 44.* *APPEN. 45.* *APPEN. 46.* *APPEN. 47.* *APPEN. 48.* *APPEN. 49.* *APPEN. 50.* *APPEN. 51.* *APPEN. 52.* *APPEN. 53.* *APPEN. 54.* *APPEN. 55.* *APPEN. 56.* *APPEN. 57.* *APPEN. 58.* *APPEN. 59.* *APPEN. 60.* *APPEN. 61.* *APPEN. 62.* *APPEN. 63.* *APPEN. 64.* *APPEN. 65.* *APPEN. 66.* *APPEN. 67.* *APPEN. 68.* *APPEN. 69.* *APPEN. 70.* *APPEN. 71.* *APPEN. 72.* *APPEN. 73.* *APPEN. 74.* *APPEN. 75.* *APPEN. 76.* *APPEN. 77.* *APPEN. 78.* *APPEN. 79.* *APPEN. 80.* *APPEN. 81.* *APPEN. 82.* *APPEN. 83.* *APPEN. 84.* *APPEN. 85.* *APPEN. 86.* *APPEN. 87.* *APPEN. 88.* *APPEN. 89.* *APPEN. 90.* *APPEN. 91.* *APPEN. 92.* *APPEN. 93.* *APPEN. 94.* *APPEN. 95.* *APPEN. 96.* *APPEN. 97.* *APPEN. 98.* *APPEN. 99.* *APPEN. 100.*

QUESTIO DE CIMA QVARTA DE IMPE-

DIMENTO AFFINITATIS. QVOD

Matrimonium impeditur, ne contrahatur, & contractum irritetur.

DD. *ibid.*

HAC q. d. 47. Magistri differitur.

Art. I. Quid, & quotuplex est affinitas?

HIC art. aliquot positis propositionibus cum D. Bona. & Ricar. explicabitur.

PROPOSITIO I.

AFFINITAS est personarum propinquitas, ex carnali copula perueniens, omni parentela carens: hæc est descriptio affinitatis, quam illustro exemplo. Titius, v. g. duxit vxorem Bertā, vel illam illicitè cognouit: ex tali Matrimonio, seu copula cum consanguineis Bertæ affinitatem contraxit, etiamsi alias consanguineus non esset. Si autem consanguineus erat, duplex impedimentum cum consanguineis vxoris habebit: vnum est consanguinitatis ex parte suā, alterum affinitatis ex parte vxoris: quod ad impetrandas dispensationes est diligentissime animaduertendum.

PROPOSITIO II.

TRIPLEX olim erat affinitatis genus, vt ex cap. non debet. de consanguinitate, & affinitate constat. Primum, quod est in vfu esse dicitur, vt solus vir habens vxorem, affinis omnibus consanguineis vxoris intra quartum gradum efficiatur, ita vt intra illum gradum, mortua vxore, aliquam illius consanguineam ducere non possit: atque eodem modo de vxore, mortuo viro, censendum est: & hoc genus olim vsque ad septimum gradum extendebatur. Secundum est affinitas affinitatis: & tertium affinitas huius secundæ affinitatis, verum secundum, & tertium iam sunt reuocata.

PROPOSITIO III.

AFFINITAS efficitur per copulam carnalem licitam, aut illicitam, naturalem tamen. Ita definitur in Cano. extraordinaria. 35.

APPEN. I.

Hinc, per nefandam copulam contra naturam cum muliere, & seminationem extra vas, non contrahitur: quia affinitas efficitur

tur

ur per copulam, qua vir, & vxor vna caro esse dicuntur, & per talem copulam, aut seminationem extra vas, non commiscuntur, nec vna caro efficiuntur.

PROPOSITIO IIII.

OLIM ante Concil. Trid. affinitas per copulam vsq; ad quartum gradum efficiebatur: modò autem non contrahitur affinitas præcedens, & dirimens matrimonium, nisi vsque ad secundum gradum tantum. Definita est expressè Sess. 24. cap. 4. de reformatione matrimonij, in Concil. Trid.

Hinc, si Titius per fornicationem cognouerit Bertam solùm cum sorore Bertæ, id est (*Con su prima hermana, y no con prima segunda, tercera, &c.*) contrahere prohibetur: quod est intelligendum de affinitate matrimonium præcedente, nam si sequatur post matrimonium, etiam si cognouerit (*a la prima secunda, o tercera de su muger*) debitum exigere non poterit.

APPEN. I.

Prima diffi. Quinam sunt affinitatis effectus?

PROPOSITIO I.

EFFECTVS affinitatis præcedentis matrimonium per copulam illicitam contractæ est, vt in primo, & secundo gradu tantum impediatur, & dirimat matrimonium contrahendum, vt modò diximus.

PROPOSITIO II.

SI autem per copulam licitam, scilicet, coniugalem, impedit matrimonium vsque ad quartum gradum, ita vt mortua vxore, non possit vir cum cõsanguinea illius vsque ad quartum gradum contrahere. Definita est in cap. non debet citato.

PROPOSITIO III.

SI affinitas post matrimonium sequatur, coniunx, qui cum cõsanguinea, vel cõsanguineo alterius coiuit, in conscientia ante dispensationem petere non potest, reddere tamen tenetur. Definita est in cap. 1. & cap. tuæ fraternitati. de eo, qui cognouit cõsanguineam vxoris suæ.

F. t. q. f. 4.

QQ 3

Secunda

Secunda diffio. An, seclusa lege positina Ecclesia prohibente matrimonium intra quartum affinitatis gradum, sit aliquis gradus affinitatis lege naturali tantum matrimonium contrahendum dirimens, ita ut in eo Papa dispensare non possit, prohibitus.

V. G. inter ascendentes, & collaterales. Et primum nota inter ascendentes quatuor esse combinationes primam (entre el padrastro, y su alnado) Secundam (entre la madrastra y su alnado) Tertiam, inter focrum, & generum: & quartam, inter focrum, & nurum.

DVÆ sunt opiniones, Vna affirmans, quam Soto sine auctore refert: quæ tenet Papam posse dispensare, &c. Altera est negans D. Bona. Ric. & Paluda. qui affirmant omnes gradus cap. 18. Leuit. esse iure diuino prohibitos.

CONCLUSIO.

1. ad Cor. 5.

AFFINITATIS gradus positi inter ascendentes, & descendentes, ita lege naturali matrimonium contrahendum dirimunt, ut in his Papa dispensare haud possit: dicit enim B. Paul. Auditur inter vos fornicatio, qualis neque inter gentes, ita ut vxorem patris sui aliquis habeat: quare erit talis concubitus contra ius naturale, hinc Ruben à patre Iacob maledictus fuit, propterea quod ad eius vxorem ascenderat.

Gen. 49.

DVBIVM.

De affinitate collateralis, An mulier possit successiue, Papa dispensante, duobus fratribus nubere?

Art. 9. 1. 2

3.

DVÆ sunt opiniones. Prima citata D. Bona. & Palud. negans. Altera Neotericorum.

CONCLUSIO I.

Leuit. 18.

VXOREM fratris sine rationabili causa ducere, est contra ius naturæ, quod nullo modo, nisi propter maius bonum, violare licet. Ratio enim naturalis dicitur, ut fratribus hunc honorem præstemus, ne scilicet, illorum turpitudinem reuelemus. Ut Leuit. 18. habetur.

CONCLUSIO II.

VXOREM fratris propter rationabilem causam ducere, non est contra

est contra naturam ius. Quia Lenit. habetur, licuisse tunc fratri uiuenti ducere uxorem fratris sui mortui, ad suscitandum semen: nam non est contra legem naturam eundem virum duas habere sorores in uxore, ut Iacob habuit Liam, & Rachelem, neque erit contra ius naturam eandem uxorem, &c. Propterea quod idem gradus est, eundem virum duas sorores successiuè habere, siue duos fratres eandem uxorem ducere.

Hinc, Papa in his gradibus dispensare poterit: quia non est contra legem naturam, & multorum Pontificum exemplis constat: nam Alex. VI. cum quodam Rege Lusitaniae dispensauit, ut uxorem fratris mortui duceret, & Iulius II. cum Henrico rege Angliae, ut duceret in uxorem Catherinam, quae fratris sui uxor fuerat. & Martinus V. ut refert Siluest. similem concessit dispensationem.

APPEN.

Art. III. De impedimento publica honestatis?

HOC impedimentum oritur ex sponsalibus, aut ex Matrimonio tantum rato, scilicet, ex contractu ipso, non autem ex copula carnali, diciturque impedimentum publica honestatis: quia solum publica honestas prohibet, quominus vnus sponsus consanguineis alterius iungatur. Ita definitum est in cap. ad audientiam. de sponsalibus. & in cap. vnico. eodem titulo in 6.

D. Bon. d. 42.

art. 2. q. 1. 2.

c. 3.

CONCLUSIO I.

Ex Matrimonio rato tantum impedimentum publica honestatis tale oritur, ut soluto matrimonio per mortem, vel ingressum religionis alterius coniugis, in saeculo manens cum consanguineis illius intra quartum gradum contrahere non possit. Definita est in cap. 1. & in cap. non debet. de consanguinitate, & affinitate.

Hæc est Sco. & Paluda. S. Thom. & Ric. vocant hoc impedimentum affinitatis. Panor. in cap. sponsam. de sponsalibus, tenet cum Scoto.

Hæc dist.

CONCLUSIO II.

Ex veris & legitimis sponsalibus impedimentum publica honestatis usque ad primum gradum nascitur. v.g. Titius duxit Bertam in sponsam per verba de futuro: solutus sponsalibus, solum

QQ 4

erit

erit Titius inhabilis ad contrahendum cum sorore Bertæ, non autem cum cæteris illius consanguineis: Ita definitum est in Concil. Trid. vbi suprâ: ante Concilium verò vsque ad quartum gradum consanguinitatis extendebatur.

CONCLUSIO III.

Hoc impedimentum olim ex quibuscunque sponfalibus, etiam illegitimis proficifcebatur, dummodò nõ essent illegitima ex defectu consensus, sed aliunde. scilicet, propter consanguinitatem, aut impotentiam, &c. nunc verò ex legitimis, & veris tantum sponfalibus emanat. Definita est expressè cap. 3. in Concil. Trid. vbi suprâ.

CONCLUSIO IIII.

PREDICTA impedimenta solum inter vnum coniugum, & consanguineos alterius coniugis, & nullo modo inter consanguineos ipsorum coniugum oriuntur. Hæc est expressè definita per Innocentium III. in cap. super his, de consanguinitate, & affinitate.

APPEN.

Hinc, pater, & filius cum matre, & filia contrahere poterunt.

*Art. IIII. An Matrimonium inter consanguineos sit Ecclesia
authoritate dirimendum?*

V. G. Titius, & Bertæ consanguinei, aut affines bona fide contraxerunt, simulque 40. annos vix erunt, quibus transactis, affinitatis notio superuenit, est modò quaestio: An sit hoc Matrimonium Ecclesiæ authoritate dirimendum?

CONCLUSIO.

QUAMPRIMUM cõstiterit propter consanguinitatis, vel affinitatis impedimentum esse nullum Matrimonium, auctoritate Ecclesiæ erit dissoluendum. Definita est expressè in ca. non debet. de consanguinitate, & affinitate.

APPEN.

Hinc, non poterit auctoritate coniugum dissolui, alioqui enim daretur locus fraudibus, nam qui vellent separari, statim consanguinitatem fingerent.

Art. I.

Art. V. De raptu.

CONCLVSIO.

RAPTUS est quando per violentiam, puella, aut eius patri factam, aliquis illam è domo patris rapit, quæ licet spontè raptorem sequatur, nunquam tamen Matrimonium valet donec in libertate extra raptoris potestatem cõstituat. Definita est expressè in Concil. Trid. Sess. 24. cap. 6.

Art. vltimus. An omnis, qui ex damnata copula nascitur, illegitimus sit?

CONCLVSIO.

QUANDO Matrimonium est nullum, & vterque parens vterque, aut alter tantum impedimentum ignorat, legitimi nascuntur: si tamen Matrimonium in facie Ecclesiæ, & non clandestinè fuit contractum. Definita est expressè in cap. ex tenore, qui filij sint legitimi, & in cap. cum inhibito, de clandestina desponsatione.

Hinc, filij, qui ex parentibus ignorantibus ambobus, vel altero tantum impedimentum nascuntur, poterunt in vtroque foro patribus in bonis etiam vinculis succedere. De reliquis autem filiis illegitimis quomodo possint hæredes instituti, & bona parentum retinere: tractatu de restitutione reperies.

DD. dist. 4. v.
S. Th. q. vni-
ca. ar. 3. qua-
stiu. 1. & se-
quētib. Ric.
artic. 2. q. 2.
Durand. q. 1.

APPEN.

QUESTIO DECIMAQVINTA DE

COGNATIONE SPIRI-

tuali, & legali.

Art. I. An cognatio spiritualis dirimat Matrimonium contrahendum?

DD. dist. 42.
S. Th. q. 1. ar.
1. & sequen-
tib. Ric. ar.
1. q. 1.
Durand. q. 1.

LEGE titulum de cognatione spirituali, & legali, & Concil. Trid. cap. 2. vbi supra, vbi que respondetur.

CONCLVSIO I.

Ad spirituale cognationem, vt suscipientes, & ministri baptizati sint, & non solum Cathecumeni, vel credentes, considera-

225 tur:

tur: nam vt nemo potest alium carnaliter generare, quin naturale esse habeat, ita neque potest esse aliquis spiritualis pater quin spirituale esse per regenerationem spiritualem, scilicet, Baptismum habeat: qui enim non est baptizatus, legi de cognatione spirituali non est subiectus.

CONCLUSIO II.

QUANDO alter coniugum maliciosè proprium filium baptizauit, vel tempore Baptismi, aut Cõfirmationis, tenuit, vt vxorem petitione debiti priuaret, vxor non priuatur, sed vir, qui tunc reddere tenetur: secus autem si in extrema necessitate: quia nullus aderat, hoc fecerit. Definita est expressè in cap. si vir. de cognatione spirituali.

CONCLUSIO III.

PER Exorcismum, siue Catechismum cognatio spiritualis non contrahitur: quia per hæc, cum Baptismum præcedant: non fit regeneratio.

Art. I I. De cognatione legali?

CONCLUSIO I.

D. Bonau. d.
42. ar. 1. q. 2.

ADOPTIO à Catholicis ita definitur: Legitima assumptio extraneæ personæ in filium, vel filiam nepotem, vel neptem, vel deinceps: vnde ad veram adoptionem desideratur, primum, vt persona adoptata sit extraneæ, secundò, vt fiat secū dum legis conditiones, quæ diuiditur in adoptionem perfectam, & imperfectam: de qua re lege Ricar. hac d.

CONCLUSIO II.

ADOPTIO, siue abrogatio, quæ est imperfecta adoptio Matrimonium contrahendi in triplici gradu dirimit: & primus vocatur paternitatis, & filiationis legalis: secundus est fraternitatis legalis: & tertius affinitatis legalis appellant: propter primum gradum inter adoptantem & adoptatū, eiusque descendentes non potest esse Matrimonium: nõ enim Petrus adoptas Mariã potest illã, vel aliã eius filiam ducere: propter secundum gradū adoptatus nõ potest ducere filiam adoptantis, quia est eius legalis soror. Propter tertium gradum matrimoniū non potest contrahi inter adoptantem, & filij adoptiui vxorem: quia est eius legalis nurus, neque inter adoptatum, & vxorem adoptantis, quia est legalis patris vxor.

CON

I N D E X

Q V A E S T I O N V M,
ARTICV LOR V M, D I E F F I -
cultatum, ac dubiorum, quæ in
prima parte explicantur.

¶ Quæstio I. De his quæ ad essentiam sacramenti pertinent. fol. I.

Articul. I. De definitione sacramenti. *ibid.*

Art. II. An determinata materia & forma sint de essentia cuiuscunque sacramenti? 2

Art. III. An liceat sacramentorū formas variare? 3

Prima diffic. An qui, prætermittit formam consuetam, vititur sufficienti, mortaliter peccet? 5

Secunda diffic. An qui relicta forma consuetam, animo inducendi errorem, vititur sufficienti, verè conficiat? 6

¶ Quæstio II. De institutione sacramentorum.

Art. I. An sacramentorum institutio fuerit ad salutem necessaria? *ibid.*

Artic. II. An in statu innocentia, fuerit aliquod sacramentum necessarium? *ibidem.*

Art. III. An in statu legis nature fuerit aliquod sacramentum propriè dictum? 7

¶ Quæstio III. De causalitate gratiæ. 10.

Art. I. An sacramenta noua legis sint causa gratiæ? *ibid.*

Difficul. Quomodo sacramenta sint causa gratiæ? *ibid.*

Art. II. An possit creatura instrumentaliter creare, vel ad creationem concurrere? 12

Art. III. An sacramentalis gratia in nobis aliquem peculiarem effectum operetur? *ibid.*

Art. IIII. An sacramenta virtutem efficiendi gratiæ à passione Christi habeant? 13

Difficul. An habeant virtutem efficiendi gratiam à qualitate, vel virtute aliqua supernaturali illis inherente? *ibid.*

Art. V. De numero & excellentia sacramentorum noua legis. 14

De numero. An sint septem tantum? *ibid.*

De excellentia & necessitate. *ibid.*

Art. vlt. De circumcissione, & reliquis sacramentis veteris legis conferant ne gratiam? 15

¶ Quæst. IIII. De charactere. 18.

Art. I. In quibus sacramentis noua legis character imprimatur? *ibid.*

Art. II. An character sit qualitas absoluta in anima existens? *ibid.*

Difficul. An sit character indelebilis? 19

Artic. III. An sit character in voluntate, vel in intellectu, tanquam in subiecto? *ibidem.*

Dubium. In qua igitur potentia erit? 20

Art. vlt. An character sit totius Trinitatis sanctissima, vel alterius Diuina persona

I N D E X.

sona potius quam Christi I E S V appel-
landus? *ibid.*

¶ **Q**uestio vlt. De numero sacramen-
torum. 21

Art. I. Quo nam pacto Deus, & minister
interiorem sacramenti effectum ope-
rantur? *ibid.*

Art. II. An Christus, vt homo sit instrumen-
talis causa gratiae, qua per sacramentū
confertur? 22

Art. III. An Christus quatenus homo po-
tuerit hominibus potestatem concedere
constituendi sacramenta? 24

Art. IIII. An per malos ministros sacra-
menta, & illorum effectus conferri pos-
sit. 25

Artic. V. An minister existens in peccato
mortali peccet mort. fac. admi-
nistrando? *ibid.*

Artic. VI. An qui recepit
ministro queuis sciat in
mortaliter peccet? *ibid.*

Art. VII. An fides ministri ad sacra-
mentum sit necessaria? 28

Art. VIIII. An inuentione ministri sit neces-
sitate sacramenti? 29

Prima diffi. Si haereticus est Ecclesiae hostis,
quomodo habens eius intentionem ba-
ptizabit? 30

Secunda diffi. Qui ioco baptizaret, confer-
ret ne baptismum? *ibid.*

Tertia diffi. Si sacerdos non habet inten-
tionem baptizandi puerum, cum nō re-
cipiat baptismum, si moriatur puer, cō-
sequitur ne gratiam? 31

Quarta diffi. An error persona baptismum
destruat? *ibid.*

Quinta diffi. An intentio mala ministri

veritatem sacramenti annullat? 32

Art. vlt. An angelus bonus vel malus possit
de lege sacramentum administrare?
ibidem.

FLORES QVÆSTIO- num sacramenti Baptismi.

De essentialibus Baptismi.

Artic. I. Quae nam est Baptismi diffi-
nitiō? 33

Art. II. An naturalis & simplex aqua, sit
tantum Baptismi materia? 34

Art. III. Quae nam est Baptismi forma? 35

Prima diffi. Est ne actus baptizandi vt ab
Ecclesia Latina, & Graeca exprimitur,
necessariō exprimendus? 36

Secunda diffi. An necessariō exprimenda
sona baptizanda? *ibid.*

Artic. IIII. An sit persona ministri neces-
sariō exprimenda? *ibid.*

Difficilis. An sit Baptismus sub hac
Ego te baptizo in nomine Patris
& filij, & Spiritus Sancti, & humani-
tatis Christi? *ibid.*

Quinta diffi. An fiat Baptismus sub hac
forma Ego te baptizo in nomine geni-
toris geniti, & spirati? 37

Sexta diffi. An si quis dicat, Ego te baptizo
in nomine Patris, & I E S V Christi, &
Spiritus Sancti, sit verum baptisum?
37

Art. IIII. An in nomina Christi tantum
possit Baptismus conferri? 38

Art. V. An requiratur immersio baptizantis
in aqua? 39

Prima difficul. An si minima pars corporis
baptizetur sit verus Baptismus? 40

Secunda

S. Nazario y Celso
Manning

I N D E X

Q V A E S T I O N V M,
ARTICV LOR V M, D I F F I -
cultatum, ac dubiorum, quæ in
prima parte explicantur.

¶ Quæstio I. De his quæ ad essentiam sacramenti pertinent. fol. i.

Articul. I. De definitione sacramenti. *ibid.*

Art. II. An determinata materia & forma sint de essentia cuiuscunque sacramenti? 2

Art. III. An liceat sacramentorū formas variare? "

Prima diffic. An qui, præ consueta, utitur sufficiens peccet?

Secunda diffic. An qui r
sueti, animo inducendi
sufficiens, verè conficiat? 6

¶ Quæstio II. De institutione sacramentorum.

Art. I. An sacramentorum institutio fuerit ad salutem necessaria? *ibid.*

Artic. II. An in statu innocentie, fuerit aliquod sacramentum necessarium? *ibidem.*

Art. III. An in statu legis naturæ fuerit aliquod sacramentum propriè dictum? 7

¶ Quæstio III. De causalitate gratiæ. 10.

Art. I. An sacramenta nouæ legis sint causa gratiæ? *ibid.*

Difficul. Quomodo sacramenta sint causa gratiæ? *ibid.*

Art. II. An possit creatura instrumentaliter creare, vel ad creationem concurrere? 12

Art. III. An sacramentalis gratia in nobis aliquem peculiarem effectum operetur? *ibid.*

Art. IIII. An sacramenta virtutem efficiendi gratiæ à passione Christi habent? 13

Difficul. An habeant virtutem efficiendi à qualitate, vel virtute aliqua naturali illis inherente? *ibid.*

De numero & excellentia sacramentorum nouæ legis. 14

De numero. An sint septem tantum? *ibid.*
De excellentia & necessitate. *ibid.*

Art. vlt. De circumcisione, & reliquis sacramentis veteris legis conferant ne gratiam? 15

¶ Quæst. IIII. De caractere. 18.

Art. I. In quibus sacramentis nouæ legis character imprimatur? *ibid.*

Art. II. An character sit qualitas absoluta in anima existens? *ibid.*

Diffic. An sit character indelebilis? 19

Artic. III. An sit character in voluntate, vel in intellectu, tanquam in subiecto? *ibidem.*

Dubium. In qua igitur potentia erit? 20

Art. vlt. An character sit totius Trinitatis sanctissima, vel alterius Diuina personæ

I N D E X.

sona potius quam Christi I E S U appel-
landus? *ibid.*

Questio vlt. De numero sacramen-
torum. 21

Art. I. Quo nam pacto Deus, & minister
interiorem sacramenti effectum ope-
rantur? *ibid.*

Art. II. An Christus, vt homo sit instrumen-
talis causa gratia, qua per sacramentū
confertur? 22

Art. III. An Christus quatenus homo po-
tuerit hominibus potestatem concedere
constituendi sacramenta? 24

Art. IIII. An per malos ministros sacra-
menta, & illorum effectus conferri pos-
sit. 25

Artic. V. An minister existens in peccato
mortali peccet mort. sacramēta admi-
nistrando? 26

Artic. VI. An qui recepit sacramentum à
ministro queat scire in mortali existere,
mortaliter peccet? 27

Art. VII. An fides ministri ad sacramēti ve-
ritatem sit necessaria? 28

Art. VIIII. An intentio ministri sit neces-
sitate sacramenti? 29

Prima diffi. Si hæreticus est Ecclesia hostis,
quomodo habens eius intentionem ba-
ptizabit? 30

Secunda diffi. Qui ioco baptizaret, confer-
ret ne baptismum? *ibid.*

Tertia diffi. Si sacerdos non habet inten-
tionem baptizandi puerum, cum nõ re-
cipiat baptismum, si moriatur puer, cõ-
sequitur ne gratiam? 31

Quarta diffi. An error persona baptismum
destruat? *ibid.*

Quinta diffi. An intentio mala ministri

veritatem sacramenti annulet? 32

Art. vlt. An angelus bonus vel malus possit
de lege sacramentum administrare?
ibidem.

FLORES QVÆSTIO- num sacramenti Baptismi.

De essentiis Baptismi.

Artic. I. Quænam est Baptismi diffi-
nitio? 33

Art. II. An naturalis & simplex aqua, sit
tantum Baptismi materia? 34

Art. III. Quænam est Baptismi forma? 35

Prima diffi. Est ne actus baptizandi: vt ab
Ecclesia Latina, & Græca exprimitur,
necessario exprimendus? 36

Secunda diffi. An necessario exprimenda
sit persona baptizanda? *ibid.*

Tertia diffi. An sit persona ministri neces-
sario exprimenda? *ibid.*

Quarta diffi. An sit Baptismus sub hac
forma, Ego te baptizo in nomine Patris
& Filij, & Spiritus Sancti, & humani-
tatis Christi? *ibid.*

Quinta diffi. An fiat Baptismus sub hac
forma, Ego te baptizo in nomine geni-
toris, geniti, & spiritali? 37

Sexta diffi. An si quis dicat, Ego te baptizo
in nomine Patris, & I. e. s. u. Christi, &
Spiritus Sancti, sit verum baptismus? 37

Art. IIII. An in nomine Christi tantum
possit Baptismus conferri? 38

Art. V. An requiratur immersio Baptizanti
in aqua? 39

Prima difficul. An si minima pars corporis
baptizetur sit verus Baptismus? 40

Secunda

Secunda diffi. An sit trina immersio de necessitate Baptismi. *ibid.*

Dubium. Quorsum Ecclesia, vt trina fieret immersio, olim precepit. *41*

Art. VI. An sint tria genera Baptismi, fluminis, sanguinis, & poenitentia, & vnu quodque illorum sit Sacramentum. *ibi.*

Prima diffi. Qui baptizatur sanguine proprio, cum per baptismum iam sit iustificatus, si superuixerit erit ne baptizate aque baptizandus? *42*

Secunda diffi. An Baptismus sanguinis, aque, vel fluminis Baptismo presteat? *ibidem.*

Art. VII. An Baptismus iterari possit. *43*

Dubium I. An qui rebaptizatur vel rebaptizatur irregularis efficiatur. *44*

Dubium II. Quid si aliquis dormiens, siue ignorans rebaptizetur? *ibid.*

Dubium III. Quanta probabilitas ad non rebaptizandum sufficit? *ibid.*

Dubium IIII. Si infidelis, qui nihil de Euangelio audiuit, amens fiat, & tota illius prouincia ad fidem Christi conuertatur, erit ne baptizandus? *44*

Diffi. Quando puer secrete baptizatus est, sunt ne benedictiones Ecclesie, & cetera ceremonie repetenda. *ibi.*

Dubium V. Quid si repetitio solennitatis intelligas Sacerdos puerum non esse baptizatum? *ibid.*

Art. VIII. An Baptismus ab eius institutione ante mortem Christi ceperit obligare. *45*

Prima diffi. Cur igitur sibabit vim sanandi, non etiam obligandi. *45*

Secunda diffi. Quando igitur lex erit sufficienter promulgata? *46*

Art. IX. Quando cessauerunt legalia? *47*

Prima diffi. Quando, & vbi Baptismus ceperit esse sub precepto? *48*

Secunda diffi. Vt Baptismus sufficienter, & solemniter promulgaretur, qua desiderabantur? *52*

Tertia diffi. An Euangelio sufficienter promulgato adultus per contritionem, & Baptismum in voto iustificatus, Baptismum contemneret, solo Baptismi contemptu, damnaretur? *52*

Art. X. An peccauerit D. Petrus seruans legalia, quando fuit a D. Pau. reprehensus? *53*

Art. XI. An preceptum Baptismi sit ad salutem necessarium? *53*

¶ **Quaestio II. De recipientibus Baptismum.**

Art. I. An pueri ante usum rationis sint baptizandi? *54*

Art. II. An paruuli infidelium inuitis parentibus sint baptizandi? *55*

Prima diffi. An infideles adulti minus, & terroribus ad Baptismum compelli possint? *57*

Art. III. An paruuli intra uteros matrum existentes possint baptizari? *59*

Art. IIII. Adultus, habitus fidei notitia, poterit ne Baptismum vsque ad mortem differre? *60*

Art. V. An requiratur dispositio in adulto baptizando, vt gratiam consequatur. *61*

Prima diffi. An qui habet complacentiam alicuius peccati, sit baptizandus? *ibid.*

Secunda diffi. An teneatur peccata confiteri & pro illis satisfacere? *61*

Tertia diffi. An baptizandus teneatur habere

I N D E X.

- bere contritionem?* 62
Quarta diffic. An desideretur intentio suscipiendi in baptizato? *ibid.*
Art. VI. An requiratur fides? 64
Diffic. An amentes, furiosi, & dormientes sint baptizandi. *ibid.*
¶ Quæst. III. De ministro Baptismi.
Art. I. An solis presbyteris conueniat officio baptizare? 65
Prima diffic. An laicus possit Baptismum ministrare? *ibid.*
Secunda diffic. An laicus absque necessitate baptizans mort. peccet? *ibid.*
Tertia diffic. An pater, filium baptizans, peccet? 66
Art. vlt. An minister Baptismi vnus numero esse debeat? *ibid.*
Diffic. An quando plures baptizant eundem, possint hac forma uti: nos te baptizamus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus, &c. *ibid.*
¶ Quæstio IIII. De effectibus Baptismi, & eius preparatorijs.
Art. I. An remissio omnis culpe, & pœna, tam æterna, quàm temporalis, sit peculiaris baptismi effectus? 67
Art. II. An gratia per Baptismum conferatur? 68
Prima diffic. An apertio ianua. cœlestis sit peculiaris baptismi effectus? 69
Secunda diffic. An gratia baptismalis equalis omnibus concedatur? *ibid.*
Art. III. An recedente fictione, baptismus suum sortiatur effectum? 70
Artic. vlt. De preparatorijs ad baptismum. 71
Prima diffic. An circumcisio fuerit baptis-
mi figura? *ibid.*
Secunda diffic. An debuerit institui circumcisio statim à lapsu Adæ. *ibid.*
Tertia diffic. Quibus fuit data sub præcepto? 72
Quarta diffic. Quid de sœminis Iudæorum? *ibid.*
Quinta diffic. De baptismo Ioannis? 73
Sexta diffic. De Carbecismo? *ibid.*
Septima diffic. An illis verbis, abrenunciatio sathana, &c. baptizatus formale uotum seruandi præcepta diuina, & Ecclesiastica emitat? 74
De Exorcismo.
Octaua diffic. An exorcismus ex opere operato expellat diabolum? 75

F L O R E S S A C R A - menti Confirmationis.

- A** *rtic. I. An Confirmatio sit nouæ legis sacramentum?* 76
Diffic. Quando fuit institutum? *ibid.*
Art. II. An chrisma ex balsamo, & oleo confectum, sit propria huius sacramenti materia? 77
Artic. III. Quæ nam est confirmationis forma? 78
Art. IIII. Qui nam sunt huius sacramenti effectus? 79
Diffic. An confirmatio conferat gratiam? *ibidem.*
Art. V. An sit sub præcepto? 80
Art. VI. De suscipientibus confirmationem, an sit conferenda paruulis ante usum rationis? *ibid.*
Diffic. An quis possit ante Baptismum confirmari? 81

I N D E X.

- Art. VII. An ministerium Episcopale sit de necessitate huius sacramenti? *ibid.*
 Prima diffie. An qui bis eundem confirmaret, efficeretur irregularis? 82
 Secunda diffie. Cur iterantibus Baptismi, & non confirmationem imposita est? *ibidem.*
 Art. vlt. De patrino Baptismi, & confirmationis? 83
 Dubium. Quæ debent patrini paruulos docere? 84
 Diffie. De ritibus, & caremonijs, sacramenti confirmationis? *ibid.*

FLORES QUÆSTIONVM Sacramenti Eucharistiæ.

- Quæstio I. De his, quæ ad essentiam Eucharistiæ pertinent. 85
Artic. I. An Eucharistia sit nouæ legis sacramentum? *ibid.*
 Prima diffie. Erit ne sacramentum Eucharistiæ consecratio à Sacerdote facta, an hostia consecrata, vel hostia sumptior? *ibidem.*
 Secunda diffie. Cùm hostiæ species, & verum Christi corpus reperiantur, quod istorum erit sacramentum? 86
 Tertia diffie. Cùm sint duæ species, panis, scilicet, & vini, erit ne sacramentum Eucharistiæ vnum, an plura? *ibid.*
 Art. II. An hoc sacramentum, fuerit conuenienter à Christo IESV in vltima cæna institutum, atque in lege nature, & veteri multis figuris præsignatum? 87
 Art. III. An panis triticeus aqua coagulatus sit propria, & necessaria huius sacramenti materia? 88

- Prima diffie. Aqua naturali deficiente, poterit ne panis aqua rosacea coagulatus consecrationis materia esse? 89
 Secunda diffie. An deficiente pane cocto, in massa cruda possit fieri consecratio? *ibidem.*
 Tertia difficul. Differt ne massa specie à pane? *ibid.*
 Quarta diffie. Deficiente vino, poterit ne Sacerdos celebrans solum panem consecrare? 90
 Quinta diffie. An possit Sacerdos quantumcumque panis, & vini quantitatem consecrare? *ibid.*
 Sexta diffie. Quemadmodum Ecclesia determinat absoluendi potestatem circa hanc materiam, & non circa illam: poterit ne etiam certam panis, & vini quantitatem determinare? 91
 Septima difficul. Poterit ne & minimam quantitatem materia Sacerdos consecrare? *ibid.*
 Octaua diffie. Quando Sacerdos intendit consecrare 10. hostias tantum, si facta consecratione, reperiantur 11. erunt ne omnes consecratae? 92
 Nona diffie. An sit necessaria materia præsentia, vt fiat consecratio? 93
 Art. IIII. An Christus IESVS in pane fermentato, vel azymo consecraverit? 94
 Prima diffie. An Ecclesia Græcorum peccet in fermentato consiciendo? 95
 Secunda diffie. Licebit ne Sacerdoti Latino tempore necessitatis in fermentato consicere? *ibid.*
 Art. V. An vinum vitis sit sola, & propria huius sacramenti materia? 96

I N D E X.

- Prima diffic. An mustum possit esse consecrationis materia?* ibid.
- Secunda diffic. An vna matura, musto nondum expresso possit esse materia Eucharistia?* ibid.
- Tertia difficul. An etiam ex lora id est, (Aguapie) qua fit ex vuis parum expressis, & aqua calida, fieri possit consecratio?* 97
- Art. VI. An vino non consecrato misceri possit aliquis liquor?* ibid.
- Prima diffic. Est ne aqua permixtio de necessitate sacramenti?* ibid.
- Secunda diffic. Quanta aqua quantitas erit apponenda?* ibid.
- Tertia difficul. Si viro iam fuit appositae aqua in vtre, erit ne in missa iterum apponenda?* 98
- Quarta diffic. An vino iam consecrato possit vinum non consecratum, aut alius liquor admisceri?* ibid.
- Art. VII. De forma consecrationis corporis Christi?* 100
- Prima diffic. An sit dicenda forma huius sacramenti, vel consecrationis tantum?* ibidem.
- Secunda diffic. An hoc sacramētum vnam, vel plures formas habeat?* 101
- Tertia diffic. An Christus his verbis, hoc est enim, &c. vel ante prolationem istorum verborum consecrauerit?* ibid.
- Quarta diffic. An haec forma, hoc est, &c. sit praecisa, quin praecedant illa verba, qui pridie, &c.* 102
- Quinta diffic. An posita forma consecrationis panis, ante vini consecrationem, suum sortiatur effectum?* 103
- Art. VIII. Sit ne praecisa forma consecra-*
- tionis sanguinis, haec, hic est enim, &c. usque in remissionem peccatorum.* 104
- Prima diffic. An Sacerdos cōuertat vinum in sanguinem, per haec sola verba: hic est enim Calix sanguinis mei, ante prolationem reliquorum verborum.* 105
- Dubium I. Quid si praecisa forma sit, hic est sanguis meus, & Sacerdos non habeat intentionem consecrandi per ista sola verba, sed per alia, quae sequuntur, conficiet ne sacramentum?* ibid.
- Dubium II. Est ne Graecis necessarium, ad veritatem sacramenti, vti tota haec forma, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangetur, quid consecrare solent.* 106
- Art. IX. Inest ne aliqua virtus praedictis formis, efficiens consecrationem?* ibid.
- Art. X. An huiusmodi forma sint locutiones verae?* 107
- Prima diffic. An, quod demonstratur per illud pronomen, sit aliquod commune, vel singulare?* 109
- Secunda diffic. Illud singulare vagum demonstrat ne corpus sub ratione entis, vel substantiae?* 110
- Tertia diffic. An pronomen, hoc, quando dicitur: accipite & comedite ex hoc omnes, supponat materialiter tantum?* ibid.
- Quarta diffic. An haec oratio, hoc est, &c. significet conuersionem, &c.* 111
- Quinta diffic. Est ne prius natura conuersionem fieri, quā haec propositio sit vera, an è conuerso?* ibid.
- ¶ Quæstio II. De suscipientibus Eucharistiam.**
- Art. I. An Eucharistia susceptio, quemadmodum, & Baptismi, sit de necessitate salutis?* 112

I N D E X.

Dubium. Cur paruuli possant per votum interpretatiuum Eucharistia effectum suscipere, nō autem Baptismi effectum? ibidem.

Art. II. Quando Christus fuit hoc sacramento vsus? 113

Diffic. An si tempore passionis seruat a suisset Eucharistia, anima Christi ab eius corpore suisset separata? 114

Art. II. An qui existit in mortali, Eucharistiam sumat sacramentaliter? ibid.

Prima diffic. Quo tempore post susceptionem desinit esse Christus sub speciebus consecratis? 115

Secunda diffi. An brutum comedens sacramentum, deuoret etiam Christi corpus? ibidem.

Art. III. Peccat ne mortaliter, qui in mortali existens, ad Eucharistiam accedit? 116

Prima diffic. An qui habet confessoris copiam ante receptionem Eucharistia, teneatur peccatum, cuius est conscius, confiteri? 117

Secunda diffic. An deficiente confessore, & nulla urgente necessitate, in mortali existens possit sola deuotione motus, vel celebrare, vel etiam Eucharistiam sumere? ibid.

Tertia diffic. Quando erit censenda vrgens necessitas, vt absque prauia confessione Sacerdos celebrare, vel non Sacerdos communicare possit? 118

Quarta diffic. An laicus iam iam communicaturus cui occurrit mortale peccatum non confessum, possit absque confessione prauia illius peccati Eucharistiam recipere? 119

Quinta diffic. An possit Sacerdos excommunicatus, ratione vitandi scandalum non pramissa confessione celebrare? 120

Sexta diffic. An sit grauissimum omnium peccatorum, Eucharistiam in conscientia peccati mortalis recipere? 121

Art. IIII. An peccatori perenti Eucharistia possit Sacerdos illam negare? 122

Prima diffic. Peccatori publico, vbi crimen eius ignotum est erit ne Eucharistia neganda? 124

Secunda diffic. Excommunicatus, & denunciatus, cuius tamen excommunicatio est occulta, & soli Sacerdoti nota, potest ne a publica Eucharistia receptione reijci? ibid.

Tertia diffic. Licet ne Eucharistiam alicui ministrare, vt eius crimen miraculose detegatur? ibid.

Quarta diffi. Licet ne occulto peccatori eiusdem consensu, vt suo honori, & fame consulat, hostiam non consecratam porrigere? 125

Art. V. An corporalis immunditia, vt nocturna pollutio, Eucharistia receptionem impediatur? ibid.

Diffic. Peccat ne mortaliter coniugatus, si eadem die, qua debitum soluit, ad Eucharistiam accedat? 126

Art. VI. An qui soluto ieiunio, Eucharistiam sumit, mortaliter peccet? ibid.

Prima diffic. An Sacerdos, si ante consecrationem recordetur se non esse ieiunatum, teneatur missam inchoatam non perspicere? 127

Secunda diffic. Sumpta lotionem, poterit Sacerdos reliquias in paterna excommunicatio

I N D E X.

- catione secularium remanentes sumere?* 128
- Tertia diffi. An in Ecclesia Græca ille dicatur esse ieiunus natura ieiunio, qui post mediam noctem nihil cibi, aut potus sumpsit quemadmodum in Ecclesia Romana?* *ibid.*
- Quarta diffi. An qui deuorauit reliquias cibi inter dentes manentes, vel aqua abluens os, natura ieiunium soluisse dicatur?* 129
- Quinta diffi. Quo tempore licebit post susceptionem Eucharistia prandere?* 130
- Artic. VII. An sit non videntibus ratione Eucharistia tribuenda?* *ibid.*
- Prima dif. Si aliquis sacerdos paruulo daret Eucharistia, reciperet ne sacramentalem gratiam?* 131
- Secunda diffi. Qua ætate paruuli ad Eucharistiam sumendam obligantur?* *ibidem.*
- Ar. VIII. An liceat secularibus singulis diebus Eucharistiam sumere?* 132
- Prima diffi. Ex duobus æquè ad Eucharistiam dispositis, vter erit magis laudandus, qui ob reuerentiam tanti sacramenti aliquot diebus abstinet, an qui propter deuotionem frequenter communicat?* 133
- Secunda dif. Fuit ne in primitiua Ecclesia laicis præceptum communicandi singulis diebus?* *ibid.*
- Art. IX. Licet ne alicui Christiano per totam vitam à communionem omnino cessare? &c.* 134
- Prima diffic. Est ne Eucharistia de necessitate salutis, vt Baptismus, & penitentia?* 135
- Secunda dif. An sit præceptum diuinum sumere Eucharistiam tempore mortis, quando pro viatico datur* *ibid.*
- Tertia diffi. An sit Eucharistia damnatis ad mortem tribuenda.* *ibid.*
- Art. vlt. An sit sub præcepto Sacerdotibus celebrantibus, & communicantibus, & laicis etiam sub vtraque specie communicare?* 136
- Diffi. Datur ne maior gratia suscipiendi Eucharistiam sub vtraque specie?* 137
- ¶ Quæstio III. De effectibus Eucharistia.**
- Art. I. An virtute huius sacramenti gratia conferatur?* *ibid.*
- Prima diffi. An Eucharistia possit primam gratiam, qua homo ex peccatore fit iustus, conferre?* *ibid.*
- Secunda diffi. Confert ne Eucharistia gratiam, quando recipitur, an quando species in stomacho corrumpuntur?* 138
- Tertia diffi. Requiritur ne actualis deuotio tempore, quo Sacerdos Eucharistia recipit, vt sibi gratia conferatur?* *ibid.*
- Quarta dif. An qui timore vomitus Eucharistiam tantummodo adorat, gratiam sacramentalem recipiat?* 139
- Quinta difficul. Est ne effectus Eucharistia, gloria consequutio, sicut gratia collatio?* *ibid.*
- Art. XI. Remittit ne Eucharistia peccatum mortale?* 140
- Prima difficul. An detur accessus medius ad Eucharistiam, ita vt accedens neque peccet, neque gratiam consequatur?* 141
- Secunda diffi. An venialia peccata per Eucharistiam remittantur?* 142

I N D E X.

- Tertia dif. An per Euchariſtiam poena temporalis luendam purgatorio remittatur?* 142
- ¶ *Quæſtio III. De exiſtentia corporis Chriſti in Euchariſtia.*
- Art. I. An vere, & realiter ſub hoc ſacramento, corpus & ſanguis Chriſti exiſtant?* 143
- Art. II. An totus Chriſtus ſub hoc ſacramento contineatur?* 144
- Dif. An virtute conſecrationis, corpus ibid. & anima, tanquam terminus formalis conuerſionis panis, vel per ſolam cõcomitantiam, contineatur?* 145
- Art. III. An totus Chriſtus ſub vtraq; ſpecie contineatur?* 146
- Diffi. An ſub qualibet particula vtriuſque ſpeciei totus etiam Chriſtus cõtineatur? ibidem.*
- Art. IIII. An eadem proprietates, quæ corporis Chriſti I E S V ſub modo naturali exiſtenti inſunt, neceſſario eidem ſub modo ſacramenti inſint.* ibid.
- Ar. V. An exiſtentia corporis Chriſti in ſacramento neceſſario eiufdem exiſtentiæ extra ſacramentum, & ſub modo naturali ſupponat?* 147
- Art. VI. An corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini, habeat diſenſiones quantitatis, longitudinem? &c.* 150
- Art. VII. An corpus Chriſti ſit ſub quantitate panis, vt in loco?* 151
- Art. VIII. An per diuinam potèriam poſſet idem corpus in diuerſis locis exiſtere? ibidem.*
- Art. IX. An corpus Chriſti ſacramentaliter exiſtens poſſit ab aliqua creatura motu locali moueri?* 154
- Prima diffi. An poſſit motu alterationis moueri?* 155
- Secunda dif. An habeat Chriſtus in Euchariſtia eaſdem actiones immanètes quas ſub modo naturali habeat, v.g. viſionem, auditionem? &c.* ibid.
- Tertia dif. Poſſet ne Deus per ſuam omnipotentiam corpus Chriſti, quatenus eſt in Euchariſtia caleſcere?* 156
- Quarta diffi. An Chriſtus, quando deſinit eſſe in ſacramento, corruptis ſpeciebus, mutari dicatur?* 157
- Art. X. An corpus Chriſti, vt & in Euchariſtia, virtutem tranſmutandi ſubſtantialiter, & localiter aliud corpus à ſe ipſo habeat?* ibid.
- Art. XI. An aliquis intellectus creatus poſſit corpus Chriſti, vt & in Euchariſtia, videre naturaliter?* ibid.
- Art. XII. An per Dei omnipotentiam corporalis oculus poſſit exiſtentiam corporis Chriſti in Euchariſtia videre?* 160
- Diffi. Oculus Chriſti videt ne ſuum corpus in Euchariſtia?* 161
- Art. vlt. An quando in ſacramento caro, vel ſanguis, vel alia viſio apparet, ſit Chriſtus ibi ſacramentaliter?* ibid.
- Dif. Si hoſtia ſanguinea appareat, vel puer, quid erit Sacerdoti faciendum?* 162
- ¶ *Quæſtio V. De conuerſione, &c.*
- Art. I. An panis in corpus Chriſti conuertatur?* ibid.
- Prima dif. An, facta cõuerſione, ſimul cum corpore, & ſanguine, panis, vel vini ſubſtantia maneat?* 164
- Secunda diffi. An conuerſio in inſtanti, vel ſucceſſiue fiat?* ibi.
- Tertia difficul. Quibus verbis hæc conuerſio ex*

I N D E X.

- sio explicari debet?* ibid.
- Quarta diffic. An quodlibet in quolibet possit transubstantiari, ut lapis in Deum vel Angelum?* 165
- Art. I. I. An panis desitio sit annihilatio, vel corruptio, vel transubstantiatio?* 167
- ¶ *Questio VI. De accidentibus in Eucharistia permanentibus.*
- Art. I. Sint ne accidentia in hoc sacramento sine subiecto?* 168
- Diffic. An sit eadem notitia sensibilis, quae de accidentibus ante & post consecrationem habetur?* 169
- Art. II. An reliqua accidentia sint in quantitate, tanquam in subiecto in Eucharistia?* ibid.
- Art. III. Poterunt ne species consecrata corpus aliquod extrinsecum per alterationem naturaliter mutare?* 170
- Art. IIII. An qualitates Eucharistiae ab agente naturali possint corrumpi?* 171
- Prima dif. An quantitas Hostiae consecratae naturaliter possit corrumpi?* 172
- Secunda diffic. An sacramentales species principaliter frangantur?* ibid.
- Artic. vlt. An ex accidentibus tanquam ex materia, naturaliter substantia possit generari?* 173
- Diffic. An possit homo speciebus consecratis nutriri?* 175
- ¶ *Questio VII. De ministro Eucharistiae.*
- Art. I. An solus Sacerdos ritè per Episcopum consecratus possit esse Eucharistiae minister?* 176
- Prima diffic. Fidelis in mortali peccato existens amittit ne consecrandi potestatem?* 177
- Secunda diffic. Haeretici, schismatici, & excommunicati possunt ne Eucharistiam consecrare?* ibid.
- Tertia diffic. An missa haeticorum, & excommunicatorum illis pro quibus offertur, ad impetrandum, & pro peccato satisfaciendum prosit?* ibid.
- Quarta diffic. An Sacerdos degradatus potest ne consecrare Eucharistiam?* 178
- Quinta dif. An peccet, qui missam peccatoris, vel haeretici, schismatici, excommunicati, audit?* ibid.
- Sexta diffic. An prater Sacerdotem possit Diaconus Eucharistiam populo ministrare?* 179
- Septima diffic. Possunt ne omnes Sacerdotes iure positivo Eucharistiam populo ministrare?* 180
- Octava dif. Poterunt ne plures Sacerdotes simul eandem Hostiam consecrare, ut possunt plures eundem baptizare?* ibidem.
- Nona diffic. Tenebitur ne Sacerdos consecrans, Eucharistiam recipere?* 181
- Decima diffic. Poterit ne Sacerdos non curatus, per totam vitam sine peccato à celebratione missae abstinere?* ibid.
- Vndecima diffic. Est ne tanti valoris, mali Sacerdotis, atque boni missae?* 182
- ¶ *Questio. De valore Missae.*
- Art. I. An Missa sit sacrificium?* 183
- Prima dif. Est ne de ratione sacrificij missae Hostiae siue victimae occasio?* 184
- Secunda dif. Quae nam sunt de huius tanti sacrificij rationes?* 185
- Tertia diffic. Est ne modò aliquod caeremoniale sacrificium, prater missae sacrificium?* 18

I N D E X.

Quarta diffic. Sunt ne multi huius sacrificij fructus? ibid.

Art. II. An missa oblata pro multis, tantum singulis, ac si pro vno duntaxat offerretur, prodesse possit? 187

Diffic. Accipitur ne licite stipendium pro labore inter celebrandum? 188

Art. vlt. De ritu missæ? 189

Prima diffic. Qui ministri ministrare prohibentur? ibid.

Secunda diffi. Quibus in locis celebrare licet? 190

Tertia diffic. Quibus diebus integrum erit missam celebrare? ibid.

Quarta diffic. Qua hora poterit Sacerdos rem sacram facere? 191

Quinta diffic. Quibus vestibus, & vasis missa celebranda est? ibid.

FLORES SACRAMENTI Pœnitentiæ.

¶ *Quæstio I.* De his, quæ ad essentiam pœnitentiæ pertinent.

A *rtic. I.* An pœnitentia sit sacramentum nouæ legis? 192

Prima diffic. An pœnitentia supponat pro absolute à Sacerdote facta, an pro actibus pœnitentis contritione, confessione, & satisfactione? 193

Secunda diffi. An sit sacramentum pœnitentiæ materia sola, an forma sola, an vtrunque simul? ibid.

Tertia diffic. An peccata commissa sint huius sacramenti materia? 195

Quarta diffic. An forma sufficiens sit. Ego te absoluo? 196

Quinta diffic. An impositio manuum Sa-

cerdos ad hoc sacramentum requiratur? ibid.

Sexta difficul. An hoc sacramentum sit de necessitate salutis. 197

Dubium. Quid si præ nimio dolore pœnitens non recordetur proponere obseruantiam mädatorum Dei in posterum? ibidem.

Septima diffic. An pœnitentia sit secunda tabula post naufragium? 198

Octaua diffic. Quando fuit hoc sacramentum institutum? ibid.

Nona diffi. An post peccatum commissum, & post actum de illo pœnitentiam teneatur omnis homo vsque ad finem vitæ, dolorem habere? ibid.

Decima diffic. An sacramentum pœnitentiæ sit iterabile? 199

Art. II. An pœnitentia sit virtus, vel virtutis habitus? ibid.

Prima diffi. An sit virtus generalis vel specialis? 200

Secunda difficul. An pœnitentia sit virtus infusa, vel acquisita? 201

Tertia diffic. An sit pœnitentia mortalis, vel Theologica virtus? ibid.

Quarta diffic. An pœnitentia virtus, sit iustitiæ species? 202

Quinta diffic. An pœnitentia sit in voluntate, tanquam in subiecto? 203

Artic. III. An virtute pœnitentiæ omnia peccata mortalia post Baptismum commissa remittantur? ibid.

Prima difficul. Quid nam est peccatum in Spiritum Sanctum, & cur irremissibile nominatur? 206

Secunda diffic. An aliquod peccatum possit sine pœnitentia remitti? 206

Tertia

I N D E X.

- Tertia dif. Homo, transacto peccati actu, à qua re peccator denominatur?* 207
- Quarta dif. Quando Deus condonat aliqui peccatum, quid remittitur?* 208
- Quinta di. An per solum actum dilectionis Dei super omnia absque actuali displicentia, aliquando peccata remittantur?* *ibidem.*
- Dubium I. Ille cui remissa sunt peccata per dilectionem. &c. si illorum deinceps recordetur, tenebitur ne pœnitere?* 210
- Septima diffic. An per martyrium sine actuali peccatorum pœnitentia, martyr illorum remissionem consequatur?* *ibidem.*
- Dubium II. An qui dormiens, & in mortali existens, in cõumeliam Christi occiditur, per martyrium iustificetur?* 211
- Octava dif. An sola oratio sit satis aliquando ad peccatorum remissionem sine actuali illorum displicentia?* 212
- Nona dif. An peccata per ignorantiam cõmissa remittantur per dilectionem Dei, super omnia, aut virtute generalis pœnitentia?* *ibid.*
- Decima dif. An possit Deus remittere unũ peccatum sine alio?* 213
- Vndecima diffi. An dimisso peccato, quo ad pœnam aeternam, remaneat pœna temporalis luenda?* 214
- Ar. III. An peccata venialia etiam virtute pœnitentia remittantur?* *ibid.*
- Prima dif. An peccata venialia sint dictum vel factum? &c.* *ibid.*
- Dubium I. Veniale ex imperfectione actus est ne contra præceptum diuinum?* 215
- Secunda dif. An pœnitentia sit necessaria ad remissionem venialium?* *ibid.*
- Tertia dif. An requiratur, propositum cauendi deinceps venialia?* 217
- Quarta dif. An propositum cauendi venialia, quorum pœnitet, debeat esse formale, vel materiale?* *ibid.*
- Quinta dif. An qui habet propositum committendi veniale ex contemptu, mortaliter peccet?* *ibidem.*
- Sexta dif. An virtute atritionis venialia remittantur, attrito in gratia existente?* 218
- Septima dif. An quoties prima gratia per contritionem, vel sacramentum infunditur, venialia remittantur?* *ibid.*
- Octava dif. An per receptionem cuiuscunque sacramenti omnia venialia remittantur?* *ibid.*
- Nona dif. An etiam per quemcumque actũ meritorium?* 219
- Decima diffic. An etiam virtute martyrij, quod aliquis inter dormiendum patitur, illi venialia remittantur?* *ibid.*
- Vndecima dif. An in purgatorio remittantur venialia?* *ibid.*
- Duodecima dif. An venialia per sacramentalia remittantur?* 220
- Decimatertia dif. An remittantur etiam quo ad pœnam?* *ibid.*
- Decimaquarta dif. An prædictis opinionibus venialia ex opere operato, vel operantis remittantur?* 221
- Decimaquinta diffic. An venialia absque mortalibus remitti possint?* *ibid.*
- Art. V. An possit Deus de potentia absoluta, remittere peccata sine gratia infusione?* 222

I N D E X.

- Prima dif. An ad remissionem venialium requiratur etiam gratie infusio?* 224
Secunda diffi. An actus poenitentiae sit prior infusione gratiae? 225
Tertia dif. An gratia infusio sit remissione culpe prior natura? 226
Art. VI. An poenitentia à timore poenarum inferni incipiat? 227
Art. VII. An virtute poenitentiae omnia merita propter peccatum amissa reparentur? 230
Dif. An illa opera, etiam quoad satisfactionem, reuiuifcant? 231
Art. vlt. An peccata dimissa, peccatore ad vomitum redeunte, redeant? 232
Prima dif. An vna auersio sit alia deterior? *ibidem.*
Secunda dif. An poena damni sit in vno intensior, quam in alio? 233
Tertia dif. An peccatum semel iam dimissum, possit secundum Dei omnipotentiam redire? *ibid.*
Quarta dif. Peccat ne grauius, qui cadit ab innocentia, an qui à poenitentia? *ibid.*
Quinta dif. An ingratitude, qua peccatum debet esse grauius, sit circumstantia speciali lege prohibita? 234
Sexta dif. An circumstantia ingritudinis sit consistenda? *ibid.*
¶ Quæstio. De contritione.
Art. I. De Definitione Contritionis? 235
Prima difficul. An Contritio sit dolor actualis, idest, actualis peccati nolitio? *ibidem.*
Secunda diffi. An talis nolitio debeat esse propter Deum offensum? *ibid.*
Tertia diffi. An requiratur actuale propositum cauendi in futurum, & auferendi omnes peccatorum occasiones? 236
Quarta diffi. An ad sufficientem contritionem, actuale propositum cõfitemdi tempore debito, & satisfaciendi, requiratur? 237
Art. II. Quorum peccatorum sit habendus dolor? 238
Prima diffi. An de peccato originali sit habendus dolor? *ibid.*
Secunda dif. An de mortalibus sit necessario habendus dolor? *ibi.*
Tertia dif. An de peccatis alienis teneamur habere dolorem? 239
Quarta dif. An de peccato futuro sit habendus dolor? *ibid.*
Quinta diffi. An sufficiat ad veram contritionem generaliter de peccatis dolere, nulla illorum propria recogitatione, an prius sint omnia in memoriam reuocanda. *ibi.*
Artic. III. An dolor de peccatis debeat esse maximus secundum intensionem. 241
Dubium. Quare anima in cõfessu odit malum poena, quam culpa, cum hoc magis noceat? 242
Prima dif. An contritio nimis intensa, quæ grandem generat tristitiam, sit laudabilis? *ibid.*
Secunda dif. An sit actus charitatis eligere in seipso minus grauias peccata, propter grauiora in proximo vitanda? 243
Tertia diffi. An fas sit habere istum actum, potius vellem aliquod veniale cõmississe, quam quod Christus passus fuisset? 244
Quarta diffi. An requiratur extensio doloris, per aliquam temporis moram à Deo prefixam? *ibid.*

Art. III. An actus attritionis idem numero
possit fieri contritio? 245

Art. V. De necessitate, & precepto contri-
tionis? 246

Prima dif. Est ne ita sub precepto, ut non
pœnitere sit nouum mortale? ibid.

Secunda dif. Tenebitur ne statim post pec-
catum commissum pœnitere, sub noui
peccati pœna? ibid.

Tertia dif. Quando confessio est sub prace-
pto, deficiente Sacerdote, qui alicuius
peccati mortalis recordatur, nūquid ad
pœnitendum tenebitur. 248

Quarta difficul. Tenetur ne homo diebus
festis contritionem peccatorum habere?
ibidem.

Quinta dif. Post semel peractā pœnitentiā
tenebitur ne homo quoties suorū pecca-
torum recordabitur, pœnitere? 249

Sexta dif. Tenetur de alienis peccatis ha-
bere dolorem? 250

Art. vlt. An contritio sit remissionis pecca-
torum causa? ibid.

¶ Quæstio. De confessione.

Art. I. An confessio sacramentalis sit de iure
diuino? 251

Prima dif. An confessio fuerit de lege natu-
rali? 252

Secunda dif. An in lege scripta fuerit pec-
catorum confessio instituta? ibid.

Tertia dif. An sit confessio à Christo, tan-
quam necessaria ad salutem instituta,
ut est Baptismus. 253

Quarta dif. An sit de necessitate sacramēti,
ut fiat vni Sacerdoti ad aurem? 254

Quinta diffi. An sit ita de iure diuino iste
confitendi modus, ut sit quoque de essen-
tia sacramenti? ibid.

Sexta dif. An confessio sit sub precepto? 255

Septima dif. An fuerit semper hæreticum
negare confessionis preceptum, vel de il-
la dubitare? ibid.

Artic. II. Qui teneantur ad confessionem?
ibidem.

Prima dif. An sit omnibus hominibus, etiā
infidelibus confessiois preceptum im-
positum? 256

Secunda dif. An Papa teneatur ad sacra-
mentalem suorum peccatorum confes-
sionem? ibid.

Tertia dif. A quo, Sacerdos Papam absol-
uens, facultatem habet? 257

Quarta dif. Quæ ætate pueri ad confessio-
nem suorum peccatorum tenebuntur?
258

Dubium. An pueris ante decimum quartū
annum, & puellis ante duodecim possit
Eucharistia ministrari? ibid.

Quinta dif. An mutus teneatur confiteri?
ibidem.

Sexta diffi. An qui non habet Sacerdotem
sui idiomatis, teneatur per interpretem
confiteri? ibid.

Septima dif. An teneatur, aliquis deficien-
te sacerdote, per Epistolam, vel per in-
ternuntium absenti confiteri? 259

Octaua dif. An si quis ita confiteretur, ef-
set sacramentalis confessio? ibid.

Nona dif. An habens tantum peccatum ve-
niale, teneatur ex precepto Ecclesia sin-
gulis annis confiteri? ibid.

Decima difficul. An qui tempore mortis
loqui non potest, si generaliter confitea-
tur, ostendens in pectore contri-
tionis signa, sit sacramentaliter absol-
uendus? 260

I N D E X.

- Vndecima diffic.* Quis, præter prædictos, ad confessionem non tenetur? 261
- Duodecima difficul.* An possit Rom. Pontif. in aliquo casu dispensare, ne aliquis per totam vitam ad confessionem teneatur? *ibidem.*
- Art. III.* Quibus temporibus confessio est sub præcepto? *ibid.*
- Prima dif.* An homo, cum primum mortaliter peccat statim iure Diuino confiteri teneatur? *ibid.*
- Dubium.* Si non esset ab Ecclesia determinatum tempus, quorum iudicio stādum esset? 263
- Secunda diffic.* An præceptum annuæ confessionis obliget transgressores ad mortale? 264
- Tertia dif.* Qui non est confessus per integrum annum, poterit differre confessionē vsque ad finem anni sequentis? *ibid.*
- Art. IIII.* De integritate confessionis deque eius materia. 265
- Prima dif.* Sit ne veniale peccatum materia confessionis? *ibid.*
- Secunda dif.* Sint ne omnia mortalia peccata confessionis materia, ita vt peccet, qui illa non confitetur? *ibid.*
- Tertia dif.* Sunt ne omnia peccata quātum ad numerum confitenda? 266
- Quarta dif.* Quid si peccatorū recordatio impossibilis esse videatur, vt si meretrix per triennium fuerit in loco publico, quomodo numerum exprimat? 268
- Quinta dif.* An circumstantia, qua peculia ri præcepto non prohibentur sint necessario confitenda? 269
- Sexta dif.* An circumstantia diei festi sit ne cessario confitenda? 270
- Septima difficul.* An quodlibet peccatum in loco sacro commissum speciem mutet? *ibid.*
- Octaua dif.* An circumstantia stupri sit necessario confitenda? 271
- Nona dif.* An pœnitentem ex ignorantia præmittentem aliquod peccatum, teneatur Sacerdos illud sciens illustrare, vt pœniteat & confiteatur? *ibid.*
- Decima dif.* Quid si pœnitēs præmittat aliquod mortale peccatum non ex ignorantia inuincibili, sed ex obliuione, erit ne à confessore admonendus? 272
- Art.* De casibus reseruatīs, explicanda sunt tres difficultates. 273
- Prima dif.* Si pœnitens obtenta facultate à superiore fecerit confessionem irritam, vt si fictè confessus sit, tenebitur ne iterum auctoritatem petere? 276
- Secunda dif.* Si superior nolit auctoritatē cōcedere, tenebitur ne pœnitens illi confiteri? *ibid.*
- Tertia dif.* Quando absolutè Prælati auctoritatem concedit, intelligitur ne de reseruatīs tantum ante commissis, vel etiam de committendis intra spatium à superiore concessum? 277
- Quarta dif.* Si Papa concesserit auctoritatem à reseruatīs facienti omnia, qua in Iubileo continentur, si pœnitens, v. g. feria sexta non ieiunauit, vt tenebatur, valebit ne reseruatorum absolutio ante feriam sextam facta? *ibid.*
- Quinta diffic.* Qui in articulo mortis, vel propter aliud impedimētum fuit à censura, vel excommunicatione Papa, vel alicui superiori reseruata, absolutus, cesante illo articulo, siue periculo tenebitur

bitur ne iterum communia superiori confiteri? *ibid.*
 Sexta diffi. Poterit ne alius à Rom. Pont in foro conscientia à censuris Sedi Apostolica, & casibus Cæna Domini, & à crimine hæresis hodie absolueret? 278
 Septima diffi. Quando ex confessione alicuius peccati timetur malum aliquod pœna, vel culpa, poterit ne pœnitens illud peccatum calare? *ibid.*
 Octaua diffi. Quando Sacerdos, & pœnitens sunt contraria opinionis, tenetur Sacerdos illum absolueret? 280
 Art. V. Qui nam sunt sacramentalis confessionis effectus. *ibid.*
 Art. VI. Quæ nam sunt bona confessionis conditiones, & quot numero? 281
 Art. VII. Quando erit iteranda cōfessio? *ibi.*
 Prima diffi. An quando pœnitens ex malitia non integrum confitetur, confessionem iterare teneatur? *ibid.*
 Secunda diffi. An confessio ex negligentia dimidiata sit iteranda? 282
 Tertia diffi. Quando ex ignorantia dimidiatur, & est iteranda? 283
 Quarta diffi. An confessio informis sit iteranda? *ibid.*
 Quinta diffi. An pœnitentia sacramentum, fitione per cōtritionem recedente, suū, vt Baptismus, sortiatur effectum? 284
 Sexta diffi. Qui fidele in quadragesima confitetur, & à Sacerdote non absoluitur excusabitur ne à præcepto Ecclesiæ de annua confessione? 285
 Dubium. Tenebitur ne Sacerdos sigillum secreti talis confessionis seruare? *ibid.*
 Septima diffi. An pœnitens excommunicatus, reticens excommunicationem, te-

neatur iterare confessionem? *ibid.*
 Octaua diff. An qui mētur in confessione, imponens sibi aliquod veniale, aut mortale, confessionem iterare teneatur? 288
 Nona diffi. An confessio, ob defectum sufficientis confessoris, sit iteranda? 287
 Decima diffi. Pœnitens qui, ex negligentia, vel obliuione, pœnitentiam iniunctam non impleuit, tenebitur ne iterare confessionem? 288
 Vndecima diffi. Est ne utilis iteratio confessionis valide. *ibid.*
 Art. VIII. De ministro sacramenti confessionis 289
 Prima diffi. Poterit ne, sacerdote deficiente, laico fieri confessio? *ibid.*
 Secunda diffi. Laicus, si confessionem audiat & sacramentaliter absoluat, efficietur ne irregularis? 290
 Tertia diffi. Erit ne satis, simplici Sacerdoti confiteri, vel necessario proprio sacerdoti erit consistendum? *ibid.*
 Quarta diffi. Quis nam erit sufficiens cuiusque status confessor? *ibid.*
 Dubium I. Poterunt ne Guardiani, Abbatēs, Priores, Prouinciales, & c. sibi confessores, quemadmodum Episcopi, eligere? 291
 Dubium II. Propter malitiam & ignorantiam proprii sacerdotis, poterit ne aliquis, non obtenta ab illo licentia alieno confiteri? 294
 Dubium III. Peccabit ne concubina proprii curati illi consistendo? *ibid.*
 Quinta diffi. An præter annuam confessionem, teneantur curati suorum subditorum, quoties confiteri voluerint, suas confessiones audire? *ibid.*

I N D E X.

- Sexta diffi.* Qui confessi sunt fratribus privilegiatis, tenentur ne proprio confiteri? 295
- Dubium IIII.* Quid potest confessor ab Episcopo approbatus efficere? 295
- Septima dif.* Potest ne habens bullam Cruciatam simplicem Sacerdotem in Confessione eligere. 296
- Octava diffi.* Poterunt ne religiosi, inuito Pralato, per facultatem Episcopi audire confessiones? 296
- Nonã diffi.* In articulo mortis potest penitens eicunque Sacerdoti excommunicato, suspenso, Apostata, siue heretico confiteri? 296
- Decima diffi.* Potest ne laicus in articulo mortis aliquem ab excommunicatione absolueret? 297
- Vndecima dif.* Quando minister non habet iurisdictionem, confessio illi facta erit ne valida? 298
- Art. vlt.* De sigillo confessionis. 298
- Prima diffi.* Quo iure sacerdos ad sigillum confessionis teneatur? 298
- Secunda diffi.* An sacerdos peccatorem in penitentem silere teneatur? 299
- Tertia diffi.* An possit Sacerdos, reuelando confessionem, venialiter tantum aliquando peccare? 300
- Quarta diffi.* Licet non confessori laudare penitentem? 300
- Quinta dif.* An sacerdos in crimine participantem, etiam sub sigillo confessionis, celare teneatur? 300
- Sexta diffi.* An integrum sit sacerdoti dicere in generali, ego audivi peccata in confessione, sine vlla penitentis reuelatione? 301
- Septima diffi.* An possit sacerdos, ex facultate penitentis, reuelare peccatũ quod in confessione tantum nouit 301
- Octava dif.* An sacerdos possit, sine sacrilegio, crimen quod scit duplici via, in confessione, scilicet, & extra reuelare? 302
- Nonã diffi.* Licet ne vnã confessionem in alia reuelare, quando alia integra confessio fieri non potest? 302
- Decima diffi.* Sacerdos poterit negare se in confessione crimen alicuius penitentis audivisse? 302
- Vndecima dif.* An sacerdos, ob crimen sola confessione cognitum, possit penitentem ab aliquo actu tanquam indignum repellere? 303
- Duodecima diffi.* Poterit ne Pralatus, per notitiam aliquorum criminum quam ex sola confessione habet, eorundem de nouo inquisitionem facere? 304
- Decimatertia diffi.* Si Pralatus, inuenerit peccata subditi scripta ad confessionem faciendam, poterit inquisitionem facere? 304
- Decimaquarta diffi.* Licebit ne Sacerdoti communicare cum penitente aliquod peccatum extra confessionem in sola confessione notum? 304
- Dubium I.* Poterit ne penitens iurare se nihil confessori dixisse? 305
- Dubium II.* Quid, si Sacerdos errorem aliquem intollerabilem commiserit? 305
- Dubium III.* Alia qua, in confessione praeter peccata dicuntur cadunt ne sub confessionis sigillo? 305
- Dubium IIII.* Qua extra sacramentũ, sub sigillo committuntur, erunt ne sub sigillo tenenda? 306

Decimaquinta dif. Testis, qui secretò nouit aliquid crimè, tenetur ne in iudicio per contranti iudici respondere se nihil scire? *ibid.*

¶ Quæstio. De satisfactione.

Art. I. De his quæ ad essentiam satisfactio- nis pertinent? 307

Prima dif. An possit homo Deo, pro iniuriis & peccatis in illum commissis, satisfacere? *ibid.*

Secunda dif. Potest ne satisfactio, ex aliàs debito, fieri? *ibid.*

Tertia difficul. An qui adimplet pœnitentiam, audiens missam de præcepto, satisfaciatur? 208

Quarta diffic. An dimisso peccato quoad culpam, maneat aliqua pœna, pro qua satisfaciendum sit ante gloria ingressum? *ibid.*

Quinta diffic. An in peccato mortali existens, pro peccatis aliàs dimissis satisfacere possit? 309

Sexta dif. An precedentia opera, adueniente gratia sint satisfactoria? 310

Septima dif. An opera facta extra charitatem minuunt inferni pœnas? 311

Art. II. Quibus operibus debet fieri satisfactio pœnalibus ne? *ibid.*

Prima dif. Possimus ne pro peccatis dimissis satisfacere per flagella quæ bonis à Deo mittuntur? 312

Secunda diffi. Sunt ne satisfactoria iuxta quantitatem patientiæ an flagellorum? *ibidem.*

Tertia dif. Potest ne vnus pro alio satisfacere? 313

Quarta dif. Sunt ne tria operum satisfactoriorum genera? 314

Tractatus de Oratione. *ibid.*

Quæstio I. Quid nam est oratio? *ibidem.*

Prima dif. Cuius potētia animæ oratio dicitur actus? 317

Secunda dif. Est ne oratio virtus, an virtutis actus? 318

Tertia dif. Est ne actus virtutis Theologicæ, an Cardinalis? *ibid.*

Quarta diffi. Est ne vnus actus specialis, an generalis. *ibi.*

Quinta dif. Est ne quoque latria siue religionis actus? *ibid.*

¶ Quæstio II. An oratio, & eius vsus sit utilis? 319

Prima dif. Vtrum orationis vsus sit necessarius ad salutem? 320

Secunda diffi. Efficacia orationis ad dictos effectus producendos est ne ex puris naturalibus, vel ex gratia? *ibid.*

Tertia diffi. Quæ nam sunt, quæ desiderantur, vt oratio sit efficax ad impetrandum? 321

Quarta diffi. Talis oratio est ne efficax ad satisfaciendum? *ibid.*

Quinta dif. Vtrum oratio Dominica sit ceteris orationibus efficacior? 322

Sexta difficul. Vtrum oratio peccatoris sit efficax ad impetrandum aliquid à Deo? *ibid.*

Septima dif. Si peccator orat pro alio, exauditur ne eius oratio? *ibi.*

Octaua dif. Quādo oratio existentis in peccato est mortalis, & exauditur aliquādo in malam orantis? 323

¶ Quæ-

I N D I E X.

¶ **Quaestio. III.** An oratio sub precepto, ita ut oēs ad illā teneātur? 324.
Prima diffi. Erit ne semper orandum? 325
Secunda diff. Quando erit orandum? 326
Tertia diffi. Quid, si iuravit, vel vouit orare?
 327
Quarta diffi. Quo alio tempore erit oratio sub precepto? 328
Quinta di. Est ne determinatus & prescriptus orationi locus? *ibi.*
Sexta diff. Sint ne certi corporis gestus, in oratione seruandi? 329
 ¶ **Quaestio. IIII.** An sit vtiendū oratione vocali, vel mentali tantum? 330
Prima diff. Vtrum sit necessarium vocali oratione vti? *ibi.*
Secunda diff. Est ne vocalis magis exercenda, & vtilior mentali? 331
Tertia diffi. Conuenienter ne tradita fuit forma vocaliter orandi? 332
Quarta diff. An sit necessarium orandum secundum formam à Christo in oratione Dominica traditam? *ibi.*
Quinta diff. An sit in oratione multiloquiū licitum? 333
Sexta diffi. An sit mentalis oratio necessaria? *ibi.*
 ¶ **Quaestio. V.** An requiratur attentio in oratione vocali? *ibidem.*
Prima diff. An attentio per totā orationem sit necessarium habenda? 335
Secunda diffi. An quid debet attentio, quae necessaria orationi est referrī? 336
Tertia diffi. An sint oēs attentiones necessarie simul, ut precepto ecclesiae satisfiat. 337
4. diff. Quando orationes, quae sunt sub precepto, ob defectū attentionis sunt reiterandae? 338
Dubium. Si quis dubius propter mentis eua-

gationem, dixerit psalmum aliquē, vel horam tenebitur ne illam iterare? 340
Quinta diff. An interruptio, siue interpositio horae sit peccatum & hora tūc reiterandi? 341
Dubium. Quando igitur interpositio erit peccatum, & hora iteranda? 342
Sexta diff. Qui recitat horas, dum audit missam de precepto, tenebitur illas ob defectum attentionis redicere? 343
Septima diffi. An feruida, & intensa deuotio ita sit orationi necessaria, ut quae debita est sine illa sit reiteranda? 344
 ¶ **Quaestio. VI.** Quibus conuenit orare? *ibi.*
Prima diffi. An conueniat diuinis personis orare? *ibi.*
Secunda diff. An Christus in hac vita mortali degens conuenienter orauerit? *ibi.*
Tertia diffi. Cur Christus orans non semper fuit exauditus? 346
Quarta diff. An sanctis Angelis & animabus beatis conueniat orare? *ibi.*
Quinta diffi. Quomodo angeli, & animae sanctae orant pro nobis? 347
Sexta diff. Vtrum conueniat viatoribus bonis, & malis orare? *ibi.*
Septima diff. Vtrum animabus existentibus in purgatorio conueniat orare? 348
Octaua di. Vtrum conueniens fuerit animabus patrū, quae erūt in limbo orare? 349
Dubium. Quae ergo erat differentia inter ipsos & sanctos in patria modo pro viatoribus orantes? *ibi.*
Nona diff. Vtrum daemones, & damnati orare possint? *ibi.*
Decima diff. Vtrum brutis animalibus, & reliquis creaturis, inanimatis orare conueniat? 350

¶ **Qua-**

I N D E X.

- ¶ **Quæstio VII.** Qui nam sunt à nobis orandi? *ibidem.*
- Prima dif.* Vtrū Deus sit à nobis orādus? 351
- Secunda dif.* Sit ne solus Deus orādus? *ibid.*
- Tertia dif.* Pōt ne diuina essentia orari? *ibi.*
- Quarta dif.* An conueniat, vt singulas personās separatim oremus? *ibid.*
- Quinta diffi.* Cur in collectis in fine dicitur per Dominū nostrum IESVM Christum, & non per Dominum patrem, vel per Dominum Spiritum Sanctum? 352
- Sexta diffi.* Cur multo plures sunt collectæ, quæ ad patrē, quā quæ ad filiū referuntur, & in fine illarū per Dominū nostrum IESVM Christum collocatur? *ibid.*
- Septima diffi.* Vtrū sancti, qui in cælis regnant, sint orandi? 354
- Octaua dif.* Vtrū animæ existētes in purgatorio sint orāda, vt pro nobis orēt. 356
- Nona diffi.* Vtrū iusti, qui sunt in via, sint à nobis orandi? *ibid.*
- ¶ **Quæst. VIII.** Pro quibus est à nobis orandum? *ibidem.*
- Prima dif.* Vtrū cōueniat vnicuique viatorum pro se orare? 357
- Secunda dif.* An debeamus pro alijs orare? *ibidem.*
- Tertia dif.* An sit pro inimicis orandū? *ibid.*
- Quarta dif.* An pro peccatoribus incorrigibilibus, & in Spiritum Sanctum peccantibus sit orandum? 358
- Quinta dif.* Vtrū prælaci pro suis subditis debeant orare? 359
- Sexta diffi.* Vtrū profint defunctis viuorum orationes? *ibid.*
- Septima diffi.* Vtrū sit pro demonibus & damnatis orandum? &c. *ibid.*
- Octaua dif.* An sit pro sanctis orandū? *ibid.*
- ¶ **Quæst. IX.** De ijs quæ in oratione sunt à Deo petenda? *ibidem.*
- Prima dif.* Quæ nā sunt primo petēda? 360
- Secunda dif.* Licet ne in oratione petere, vt malam pœnā proxima eueniat? 361
- Tertia dif.* An liceat petere à Deo adiutorium in malum culpa? 362
- Quarta dif.* Est ne aliquid à Deo determinatē petendum? *ibid.*
- Quinta dif.* Quæ oratione vocali petuntur debent ne semper vocæ exprimi? 364
- ¶ **Quæst. X.** De horis Canonicis. 365
- Prima dif.* An clerici sacris initiati, teneantur ad horas Canonicas p̄soluēdas? *ibi.*
- Secunda dif.* Qui nam sunt per sacris initiatos intelligēdi? *ibid.*
- Tertia diffi.* Quot nam sunt numero horæ Canonicae? 366
- Quarta dif.* An peccēt, qui 7. horas, vel aliquot illarū, singulis diebus nō p̄soluūt? 367
- Quinta dif.* Qui omittit septem horas vno die peccata committet? *ibid.*
- Sexta diffi.* An in Ecclesia septem horarum institutio sit antiqua? 368
- Septima diffi.* An fuerint semper determinata tempora ad horas p̄sallendas? 369
- Octaua dif.* Dicebit ne statuta temporum Canonicarum mutare? *ibid.*
- Nona diffi.* Peccat ne, qui ordinem horarū transponit? 370
- Decima diffi.* Peccat ne, qui pro arbitrio, mutat officium? *ibid.*
- Vndecima dif.* Debet ne esse determinatus, & destinatus locus ad dictas horas p̄sallendas? 371
- Duodecima dif.* Conueniat ne Ecclesie decori, vt hora Canonica, psalmi, & hymni alto cantu p̄sallantur? 372

I N D E X.

F L O R E S

- Tractatus de Ieiunio. ibid.
- ¶ Quæstio I. De definitione, & qualitate Ieiunij. 373
- Prima diffi. Est ne tale ieiunium bonum? 376
- Secunda diffi. Est ne ieiunium ab intrinseco bonum, & laudabile? ibid.
- Tertia diffi. Est ne bonum simpliciter, & principale? 377
- Quarta diffi. Est ne virtus, an virtutis actus? ibid.
- Quinta diffi. Ieiunium cuius virtutis est actus? ibid.
- Sexta diffi. Ieiunium potest ne esse multarum virtutum actus? 378
- ¶ Quæstio II. Ieiunium est ne utile, & efficax? ibid.
- Prima diffi. Sit ne ieiunium meritorium? 379
- Secunda diffi. Ieiunium est satisfactorium? ibid.
- Tertia diffi. Vtrum ieiunium iniunctum à sacerdote sit satisfactorium? ibid.
- Quarta diffi. Vtrum ieiunium indictum ab Ecclesia sit satisfactorium? 380
- Quinta diffi. An ieiunium assumptum sit satisfactorium? ibid.
- Sexta diffi. Ieiunium factum in peccato mortali est ne alicuius virtutis & efficaciatæ? 381
- ¶ Quæstio III. De institutione ieiunij. ibidem.
- Prima diffi. Ieiunium in genere cõuenienter ne institutum fuit? ibid.
- Secunda diffi. An sit quadragesimale ieiunium ab Ecclesia institutum? ibid.
- Tertia diffi. Quando quadragesimale ieiunium fuit institutum? 382
- Quarta diffi. Debit ne tale ieiunium tempore gratia institui? 383
- Quinta diffi. Debit ne institui vt certis temporibus, & non semper exerceretur? ibid.
- Sexta diffi. Vtrum quadragesimale ieiunium debuit tempore veris institui? ibid.
- Septima diffi. Debit ne esse numerus dierum dicti ieiunij quadragenarius? ibid.
- Dubium I. Cur fuerunt ieiunia quatuor temporum instituta? 384
- Dubium II. Sunt ne hac ieiunia mæroris, an exultationis? ibid.
- Dubium III. Cur feria 4. & 6. & sabbatho fuerunt instituta? ibid.
- ¶ Quæstio IIII. Vtrum ieiunium sit sub præcepto obligante ad mortale. 385
- Prima diffi. Quibus diebus est ieiunium ecclesiasticum sub præcepto? 386
- Secunda diffi. Est ne aliis diebus præter iam dictos sub præcepto ieiunandum? ibidem.
- Tertia diffi. Est ne licitum diebus Dominicis ieiunare? 387
- Dubium I. Licet ne prædictos ieiunij dies antepone, vel postponere? 388
- Dubium II. Qui proposuit non ieiunare in quadragesima, ad quid tenebitur? 389
- Dubium III. Quid, si vouit eo die comedere oua, poterit in die Natalis carnes manducare? ibid.
- Quarta diffi. An, cessante omni lege positiva, teneantur homines ad ieiunium sola lege naturali? 390
- Quinta diffi. Obligat ne aliquando sub mortali natura ieiunium? ibid.
- ¶ Quæstio

I N D E X

- ¶ **Quæst. V.** An obligatio præcepti ieiunandi aliquo modo tolli possit? 391
- Prima diffi.** An per consuetudinem ieiunij obligatio dissoluatur? 392
- ¶ **De dispensatione.**
- Secunda dif.** Vtrum summus Pontifex possit dispensare in lege ieiunij, vt aliquis ab eius obseruantia liberetur? 394
- Tertia diffi.** An inferiores prelati simpliciter in ieiunio dispensare possint? 395
- Quarta dif.** An quilibet prelatus cum suis subditis in ieiunio dispensare possit? ibi.
- Dubium I.** Poterit ne aliquis propria auctoritate causa interueniente ieiunium dimittere? 396
- Dubium II.** An qui die, quo ieiunant, se ad luxuriam siue naturali conditione, siue ex vitio procliuiores sentiunt, an etiam qui natura, &c. à ieiunio sint deobligati? 397
- Dubium III.** Quid de dispensatione ieiunij ex voto, vel ex pœnitentia inuincit? ibi.
- ¶ **Quæst. VI.** De ijs, quæ ad obseruantiam præcepti de ieiunio Ecclesiastico tenentur? 398
- Prima diffi.** An iusti ad præceptum ieiunij teneantur? ibi.
- Secunda dif.** An pueri præcepto ieiunij Ecclesiastici teneantur? ibi.
- Tertia diffi.** Qua ætate ieiunij præcepto astringuntur? 399
- Quarta dif.** Qui infra istam ætatem vouit ieiunare tenebitur ad ieiunij obseruantiam? 400
- Quinta diffi.** Religiosi nostri Seraphici ordinis erunt ne vi præcepti & regule infra istam ætatem ad ieiunium obligati? ibidem.
- Sexta diffi.** Vtrum senes ad ieiunium teneantur? 401
- Septima dif.** Prægnantes femina tenentur ne ieiunium Ecclesiasticum seruare? 402
- Octaua diffi.** Vtrum infirmi & debiles ieiunij præcepto obligentur? 403
- Nona diffi.** Vtrum pauperes ieiunare teneantur? ibid.
- Decima diffi.** An propter laborem homines à præcepto ieiunij excusentur? 404
- Dubium I.** Laborantes in die festo si est dies ieiunij an teneantur illo die ieiunare? 405
- Dubium II.** Quid si aliquis nolit conducere operarios, nisi ieiunium frangant? ibidem.
- Dubium III.** Peccabunt ne, conducentes operarios, quos probabiliter credunt non ieiunaturos? 406
- Dubium IIII.** Debent ne conductores inquirere eorum necessitatem? ibid.
- Vndecima dif.** Vtrum peregrini teneantur ieiunaturos? ibid.
- Dubium V.** Tenentur ne cursores ieiunij præceptum obseruare? 407
- Duodecima diffi.** Exercentes opera suo statui vtilissima, & maxime conuenientia tenentur ne ieiunare? 407
- Decimatertia diffi.** An pietatis opera exercentes præcepto ieiunij comprehendantur? 409
- Decimaquarta diffi.** Exercentes opera etiam publica, quorum non apparet necessitas aut insignis utilitas tenebitur ad præceptam ieiunij? 410
- Decimaquinta dif.** Prætextu utilitatis spiritualis, quam vnusquisque percipit ex priuatis exercitijs licebit ieiunia omittere? ibid.

- Decimasexta dif. Exercentes officia ad rationalem vitam necessaria teneantur ne ieiunare? 411
- Dubium VI. Vtrum propter laborē rei indifferenti, vel illicita impensum liberentur aliquādo laborantes à præcepto ieiunij? 412
- ¶ Quæstio VII. An cooperantes ijs, qui ieiunia frangunt, mortaliter peccent? 413
- Prima dif. Prælati Ecclesiastici tenentur ne dare operam, ve ieiunia seruentur, ne tacendo consentire videantur? 414
- Secunda dif. Ad quid tenetur pater familias circa obseruantiam ieiuniorū à suis domesticis seruandam, ne peccent? 415
- Tertia dif. An cooperentur peccato non ieiunantium institores publici? 416
- Quarta dif. An peccati imitantes ad comedendum volentes ieiunare? 417
- Quinta dif. Ministri, qui assistunt dominis ieiunia frangentibus cooperantur ne illorum peccatis? 418
- ¶ Quæst. VIII. An sine peccato possit quis per ieiunium vitam minueret? 418
- Diffic. Possunt ne prælati tam acerba ieiunia subditis imponere, qualia ipsi, vtdictum est, possunt sua sponte assumere? 421
- ¶ Quæst. IX. De mō ieiunandi 421
- Art. I. An conuenienter fuerit abstinentia à cibo, ab Ecclesia imposta? 421
- Prima diffic. A quibus cibis tempore ieiunij est abstinendum? 421
- Secunda dif. An fuerit conuenienter abstinentia à carnibus, ieiunantibus imposta? 423
- Tertia diffic. An magis abstinendum sit à quanto, vel à quali? 425
- Dubium I. An diuites diebus ieiunij teneantur cibis pauperum vesci? 426
- Quarta diffic. Licebit ne aliquando diebus quadragesima carnibus vesci? 426
- Quinta diffi. Qui à ieiunio iusta causa interueniente est liber, & potest sustentari escis ieiunio congruentibus, poterit ne ouis & lacticijs vesci? 427
- Sexta diffi. Cui licet in diebus ieiunij vesci carne, ouis, lacticijs, integrum ne etiā erit piscibus, & oleribus vsi? 427
- Septima dif. An diebus Dominicis quadragesima sine bulla vel alia concessione liceat ouis & lacticijs vesci? 428
- Dubium II. Quid, de illis qui vouerunt ieiunare quadragesimam? 428
- Octaua dif. Carnes die Sabbathi comedere est ne mortale peccatum? 429
- Dubium III. Qui in sua patria carnes die sabbathi comedebat vbi hoc nō est consuetum, poterit illis vesci? 429
- Nona dif. Illi cui integrum est in die ieiunij carnes comedere erit ne liber à ieiunio omnino? 430
- Dubium IIII. An qui virtute bullæ in quadragesima vescitur, ouis, vel carnibus satisfaciat præcepto ieiunij seruādo alias ieiunij circumstantias? 431
- Dubium V. Quādo in iubileo ponitur ieiunium trium dierum poterunt habentes bullam lucrari indulgentias ieiunando cum ouis & lacticijs, sicut in quadragesima? 431
- Art. II. An sit de necessitate ieiunij vnica comestio? 432
- Prima dif. Vtrum cibi quantitate in vnica come-

comestione ieiunium soluat? *ibid.*
 Secunda difficul. An potus frangat ieiunij
 Ecclesie præceptum? *ibid.* 433
 Tertia diffi. An vsus comestibilium per mo-
 dum medicina frangat Ecclesie ieiunij?
 434
 Quarta diffic. An per vesperinam colla-
 tionem Ecclesie ieiunium frangatur?
 435
 Dubium I. In vigilia natiuitatis Domini
 potest ne fieri collatio sine violatione
 ieiunij cum quacumque quantitate fru-
 ctuum? *ibid.* 436
 Dubium II. Qui semel collationem fecit &
 rogatus ab amico iterum facit collatio-
 nem, frangit ne ieiunium? *ibid.*
 Quinta diffi. Integrum ne erit, hora pran-
 dij consueta collatione sumere, & præ-
 dium in vespera differre? *ibid.* 437
 Dubium III. Qui mane comedit die ieiunij
 tenetur illo die ieiunare? *ibid.* 438
 Sexta diffi. An qui pluries in die ieiunij co-
 medunt, toties peccent, quoties vltra se-
 mel comedunt? *ibid.*
 Dubium IIII. Cur quoties caro in die ieiunij
 comeditur, peccatur, & non quoties
 pisces comeduntur? *ibid.* 439
 Art. III. Vtrum debeat esse determinata
 hora comedendi in die ieiunij? *ibid.*
 Prima diffi. Vtrum hora nona conuenienter
 ieiunantibus assignetur? *ibid.* 440
 Dubium I. Vtrum frangant ieiunium, qui
 ante dictas vespertas in quadragesima,
 vel in aliis diebus ieiunij ante recitatam
 nonam comedunt? *ibid.* 441
 Secunda difficul. An refectio differenda in
 die ieiunij, quousque homo peruersum,
 aut natura defectum affligatur? *ibid.* 442

ad alios. F. L. O. R. E. S. *ibid.*
 Tractatus de eleemosyna. *ibid.*
 ¶ Quæstio I. Quid, & quotuplex est
 eleemosyna? *ibid.* 443
 Prima diffi. Cuius virtutis eleemosyna est
 actus? *ibid.* 445
 Secunda diffi. Potest ne esse aliarum vir-
 tutum actus? *ibid.*
 Tertia diffi. Est ne eleemosyna spiritalis,
 præstantior, quam corporalis? *ibid.* 446
 ¶ Quæstio II. De vtilitate, & efficacia
 eleemosyna. *ibid.*
 Prima diffi. An eleemosyna sit vtilis?
 447
 Secunda diffi. Est ne vtilis existenti in mor-
 tali, & mortuis, qui sunt in purgatorio,
 & damnatis? *ibid.* 448
 Tertia diffi. Eleemosyna est ne efficax ad
 comparandum gratia & gloria augmen-
 tum? *ibid.*
 Quarta diffi. Quæ nam sunt circumstan-
 tiæ, quæ ad supra dictum effectum desi-
 derantur? *ibid.*
 Quinta diffi. Est ne eleemosyna abundan-
 ter faciendæ? *ibid.* 449
 Sexta diffi. An eleemosyna parua cum ma-
 gna charitate sit magis meritoria, quàm
 eleemosyna magna cum minore chari-
 tate? *ibid.* 450
 Septima diffi. Monachi, & moniales, &
 pauperes priuantur ne meriti istarum
 eleemosynarum? *ibid.* 451
 Octaua difficul. An eleemosyna sit efficax
 ad satisfaciendum pro peccatis? *ibid.* 452
 Nonæ difficul. An qui pauperi extremam
 necessitatem patienti eleemosynam tri-
 buit, pro peccatis satisfaciatur? *ibid.*

Decima dif. An eleemosyna corporalis habeat effectum spirituale? 453
 Undecima dif. An eleemosyna habeat efficaciam ad remittenda peccata & conferendam gratiam, eo modo quo sacramenta? ibid.
¶ Quæstio III. De necessitate distribuendi eleemosynam? 416
 Prima diffic. An eleemosyna sit sub precepto? ibid.
 Secunda dif. Quando hoc preceptum obligat sub reatu mortalis peccati? ibid.
 Dubium I. Quid, si sint duo in extrema necessitate positi, & non potest aliquis subuenire nisi vni tantum, tenebitur ne illi soli, aut utrique? 458
 Tertia dif. An qui habent tantum necessaria natura, & status, teneantur necessitate extrema oppresso subuenire? ibid.
 Quarta dif. An teneatur aliquis expendere patrimonium opulentissimum, & ducatum & aliam maximam dignitatem? 459
 Quinta dif. Diues non subueniens extreme laborati, tenebitur restituere dāna, qua ad mortem illius subsequuntur? 460
 Sexta diffi. An de superfluis natura, & status teneatur, qui illa habet, sub pœna peccati mortalis eleemosynam facere, etsi pauperes non sint in extrema necessitate? ibid.
 Septima diffi. Quando aliquis tenetur ex precepto facere eleemosynam, adimplebit preceptum accommodando, vel mutando siue vendendo? 462
¶ Quæstio IIII. Qui tenentur eleemosynam facere? 463
 Prima diffi. An teneantur Episcopi bona

sua pauperibus magis, quam seculares largiri? ibid.
 Dubium I. Quid de clericis dicendum? 464
 Secunda dif. Poterunt Abbates de communibus per viā eleemosyne aliquid dare? 465
 Tertia diffi. Potest ne capitulum de bonis communibus eleemosynas facere? ibid.
 Quarta diffi. Vtrum religiosi possint, teneanturque facere eleemosynam? 466
 Quinta dif. An mulier habens virum possit eleemosynam facere? 467
 Sexta diffi. Filius familiae tenetur ne eleemosynam dare? 469
 Septima dif. Serui, famuli, & ancilla possunt ne de rebus dominorum eleemosynas facere? 470
 Dubium II. Cur poterit filius, vt supra diximus cum iis careat? ibid.
 Dubium III. Qui habet pecuniam, apud se depositam, potest ne ex illa eleemosynā facere? 471
¶ Quæstio V. De quibus est eleemosyna facienda? ibid.
 Prima diffi. De bonis alienis potest ne fieri eleemosyna? ibid.
 Secunda diffi. Vtrum possit aliquis propria, & sufficientia bona habens, de bonis alterius diuitis accipere? &c. 472
 Tertia diffi. Vtrum de bonis communibus possit fieri eleemosyna? ibid.
¶ Quæstio VI. Potest ne fieri eleemosyna de rebus turpiter, aut illicitè acquisitis? ibid.
 Prima diffi. De rebus iniuste acquisitis primi, vel secundi generis potest ne fieri eleemosyna? 473

XI IN DVE IX.

- Secunda diffic.* De rebus tertij generis potest ne fieri eleemosyna. 474
- Tertia difficul.* Potest ne Ecclesia accipere obligationem à meretrice? *ibid.*
- Dubium I.* Quamobrem in vsura non transfertur dominium, sicut in meretricio? 475
- ¶ *Quæst. VII.* Quo ordine & quibus est eleemosyna tribuenda. *ibid.*
- Prima diffic.* Quo ordine est facienda eleemosyna? *ibid.*
- Secunda diffic.* Quibus est eleemosyna largienda? 476
- Tertia diffic.* An possit aliquis sibi ipsi eleemosynam facere? *ibid.*
- Quarta difficul.* Est ne eleemosyna malis pauperibus danda? 477
- Quinta diffic.* Est ne vita pauperis exploranda, vt discretionem in eleemosyna illis eroganda habemus? 478
- Sexta diffic.* Si bonis, & malis indifferenter subuenire non possumus, tenemur ne bonos preferre? 479
- ¶ *Quæstio VIII.* An eleemosyna sit dāda sanis, qui possunt labore manū sibi necessaria acquirere? 480
- Prima diffi.* An sit necessarium homini sano, & robusto, manualiter, seu corporaliter, vel sub precepto ad victum acquirendum laborare? *ibid.*
- Secunda diffic.* Vtrum licitum, & meritum sit, diuitias propter Christum relinquere? 483
- Tertia diffic.* Vtrum sit actus perfectionis euangelicæ omnia propter Christum relinquere? 484
- Quarta difficul.* An sit actus perfectionis omnia propter Christum in communi, & in particulari relinquere? *ibid.*
- Quinta diffic.* Vtrum qui ita in communi, & in particulari, omnia relinquunt, exponant se periculo mortis propter famem, & Deum tentent? 485
- Sexta difficul.* Vtrum talis renunciatio in communi, & in particulari, sit contra euangelium? 486
- ¶ *Quæstio IX.* De mendicitate? 487
- Prima diffic.* Vtrum mendicare pro Christo, & de quotidianis eleemosynis viuere sit licitum? *ibid.*
- Secunda diffic.* An sit meritorium mendicare? 488
- Tertia diffic.* An sit mendicare perfectionis euāgelicæ opus, & supererogationis? *ibid.*
- Quarta diffic.* Monachi desistentes ab actibus religiosis, peccant ne mortaliter vrendo eleemosynis, & bonis suo monasterio concessis? 489
- Quinta diffic.* Tenebuntur ne isti ad restitutionem? 490
- Sexta difficul.* Vtrum perfectius sit simul dare omnia pro Christo, & postea mendicare, vel retinere ad suam, & pauperum sustentationem paulatim sibi, & pauperibus dispensanda? *ibid.*
- Septima diffic.* An liceat diuiti aliquando mendicare? 491
- Octaua diffi.* An qui sicut paupertate eleemosynam mendicando acquirat, peccet, & ad restitutionem teneatur? *ibid.*
- Nona difficul.* Quando vere pauper est, si ad eleemosynam extrahendā ab aliquo fingat se esse eius consanguineum, tenebitur ne restituere? *ibid.*
- Decima diffic.* An Christus summam habuerit paupertatem? 492

Vndecima diffic. Vtrum Christus mendicauerit? *ibid.*

¶ Quæstio vlt. De Purgatorio. 496

Prima diffic. An sit purgatorium post hanc vitam? *ibid.*

Secunda diffic. An pœna purgatorij sit maior, quacunque alia presentis vitæ pœna? *ibid.*

Tertia diffic. Quorum ministerio anima in purgatorio cruciantur? 497

Quarta diffi. An pœna existentium in purgatorio sit meritoria & voluntaria? *ibid.*

FLORES QUÆSTIONVM.
De sacramento extremae vnctio-
nis. 498

Artic. I. De his que ad essentiam huius sacramenti pertinent? *ibid.*

Prima diffic. An extrema vnctio sit sacramentum? *ibid.*

Secunda diffic. An hoc sacramentum sit à Christo institutum? *ibid.*

Tertia diffic. Cum habeat plures vnctiones, & formas, est ne vnum sacramentum an plura? *ibid.*

Quarta diffic. Que nam est huius sacramenti materia? *ibid.*

Quinta diffic. Que nam est huius sacramenti forma? 499

Art. I I. De effectu huius sacramenti. *ibid.*

Diffic. An sit remissio venialium principalis effectus? *ibid.*

Art. I I I. An solus sacerdos sit huius sacramenti minister? 500

Art. I I I I. De recipientibus extremam vnctionem an sit ministranda sanis, furio-

sis, & pueris. 501

Difficul. Est ne de necessitate huius sacramenti, determinatas corporis partes vngere? 502

FLORES QUÆSTIONVM.
De sacramento ordinis. *ibid.*

Art. I. De his que ad essentiam sacramenti ordinis pertinent? 503

Prima diffic. An ordo sit nouæ legis sacramentum? *ibid.*

Secunda diffi. Quando fuit hoc sacramentum à Christo institutum? *ibid.*

Tertia diffic. An sacramentum ordinis in septem ordines, quorum quilibet sit sacramentum, recte diuidatur? 504

Dubium I. Tres ordines sacri imprimunt ne characterem? 505

Quarta diffic. Qua actione cuiuscunque ordinis, character imprimitur? *ibid.*

Dubium I I. instituit ne Christus diaconatum, & subdiaconatum? 506

Dubium I I I. Peccant ne mortaliter Diaconus, & Subdiaconus, in mortali hac sacramenta exercentes? *ibid.*

Dubium I I I I. Licet ne septem ordines præpostero ordine percipere? 507

Quinta diffic. Que nam est presbyteratus forma? *ibid.*

Dubium V. Est ne de essentia huius sacramenti, vt ordinandus tagat materiam? *ibidem.*

Artic. I I. De annexis huic sacramento. *ibidem.*

Prima diffic. An Sacerdotium, & Episcopatus sint ordines iure diuino distincti? 508

Secunda

I N D E X.

- Secunda dif. Est ne Episcopatus ordo distinctus à Sacerdotio?* ibid.
- Art. III. De ministro huius sacramenti, an sit solus Episcopus?* 509
- Art. IIII. De suscipientibus hoc sacramentum.* 510
- Prima di. An paruulus ordinatus teneatur continētiam sacris ordinibus annexam seruare?* ibid.
- Secunda dif. Quando ratione homicidij irregularitas contrahetur?* 512
- Dubium I. De defectu ex parte delicti.* 515
- Dubium II. In quibus casibus aliquis est suspensus?* 516
- Dubium III. Militia Sacerdotis impediatur ne characteris impressionem?* 517
- Art. V. An Papa habeat etiam supra omnes Christianos temporalem iurisdictionem?* ibid.
- Artic. VI. An Clerici in sacris constituti sint quantum ad personas in potestate ciuili per ius diuinum exempti?* 518
- Diffi. Tenentur ne Clerici seruare leges regni, in quo vitam degunt?* 519
- F L O R E S T H E O L O G I C A R U M Q U Æ S T I O N U M S A C R A M E N T I M A T R I M O N I J .**
- Q**uæstio I. De his, quæ ad assentiã Matrimonij pertinent. 520
- A**rtic. I. An matrimonium sit ex institutione Diuina, an ex naturali duntaxat? ibid.
- Art. II. An matrimonium fuerit à Deo mediãtè per ministros, vel immediãtè ab ipso institutum?* 521
- Prima diffic. Quando fuit matrimonium institutum.* ibid.
- Secunda difficul. An matrimonij institutio fuerit consilium, vel præceptum?* 522
- Tertia dif. Obligat ne hoc præceptum nunc omnes homines?* ibid.
- Art. III. An oscula complexusq; maritalis, coniugalis copula licitè fiant, sintq; gratiæ & gloriæ meritoria?* 523
- Art. IIII. Sit ne matrimonium nouæ legis sacramentum?* 524
- Prima dif. Confert ne gratiam, vt est nouæ legis sacramentum?* 525
- Secunda di. Quæ nam est matrimonij materia, & forma?* ibid.
- Tertia dif. Quis est huius sacramenti minister?* 526
- Art. V. Sit ne coniugalis copula de essentia matrimonij?* ibid.
- Dist. 27. ar. 1. Quæ nam est matrimonij definitio?* 527
- Art. II. An sit de intrinseca ratione matrimonij mutuus consensus?* ibid.
- Prima dif. Talis consensus est ne signo aliquo exteriori necessario declarandus?* 528
- Secunda diffi. Si Deus vni contrahentium alterum vellet reuelare, esset ne hoc factis?* ibid.
- Tertia dif. Talis consensus à quo est exprimendus?* ibid.
- Quarta diffi. Matrimonium per procuratores contractū est ne sacramentū?* 529
- Quinta diffic. Quando alter coniugum fide contrahit, est ne verum matrimonium?* ibid.
- Art. III. An matrimonium ratum per ingressum religionis alterius coniugis dissoluatur?* 530

I N D E X.

- Prima diffi. Qua auctoritate matrimonium ratum dirimitur?* 537
- Secunda dif. Matrimonium consummatum potest ne aliquando quatu ad vinculum utroque coniugum viuente dissolui?* 531
- Tertia dif. An sit hoc sacramentum separabile quoad thorum?* ibid.
- Dubium. Quid, si alter coniugum solum religionem profiteatur?* 532
- Quarta dif. Si vnus coniugum de licentia alterius professus sit religionem, poterit ne (facta professione) qui in seculo manet illum extrahere?* ibid.
- Quinta diffi. Extractus à religione, soluto matrimonio per mortem alterius, tenebitur reuerti ad religionem?* ibid.
- Sexta dif. Quid, si de facto secundas nuptias contrahat?* ibid.
- Septima dif. Quid de coniuge, qui, sine alterius licentia solènter professus est, & ab alio extractus à religione, illo mortuo ad quid tenebitur?* 533
- Octaua dif. Poterit ne ille secundas nuptias contrahere?* ibid.
- Nona dif. Sunt ne hac vera, quando promouetur ad sacros ordines, aut assumitur ad Episcopatum?* ibid.
- Decima dif. Quid de separatione coniugum, qua fit per adulterium vxoris?* ibid.
- Vndecima dif. An possit Papa dispensare in matrimonio, rato quoad vinculum, ita vt vterque possit ad secundas nuptias transire?* 534
- Art. IIII. De sponsalibus.* ibid.
- Prima dif. An sint promissiones futurarum nuptiarum?* ibid.
- Secunda dif. Qua etate licet sponsalia contrahere?* 535
- Tertia diffi. An sponsalia iuramento affirmata, matrimonij robur obtineant?* ibid.
- Quarta dif. Poterit ne iudex Ecclesiasticus in foro exteriori sponsum compellere, vt iuramentum adimpleat?* 536
- Quinta diffi. Quid, si interim cum alia per verba de presenti contrahat?* ibid.
- Sexta di. Copula carnalis post sponsalia de futuro facit ne verum matrimonium?* ibid.
- Septima diffic. An in aliquo modo dissolui sponsalia possint?* 537
- Art. vlt. Sunt ne bigami irregulares?* ibid.
- Prima dif. Potest ne Papa in bigamis dispensare, vt ad sacros ordines promoueantur?* 539
- Secunda dif. An irregularitas bigamie per Baptismum tollatur?* ibid.
- Tertia diffi. An irregularitas ex homicidio per Baptismum tollatur?* ibid.
- ¶** *Quaestio I I. De matrimonio conditionato.* 540
- Art. vnic. An contractus matrimonialis sub conditione factus, conditione non existente, valeat?* ibid.
- Prima dif. Quid, si conditio de presenti, vel de praeterito per verbum de futuro in contractu matrimoniali ponatur?* ibid.
- Secunda dif. Quando conditio contingens de futuro verbo de presenti apposita impletur, est ne nouus consensus necessario praestandus?* 541
- Tertia diffi. An conditio habilitatis posita quando persone sunt inhabiles ad contrahendum, faciat sponsalia?* ibi.
- Quarta di. An conditio impossibilis reddat matrimonium nullum?* 542

Quinta

I N D E X.

- Quinta difficul. An conditiones contrariae substantiae matrimonij illud annullent?*
543
- Sexta dif. An conditiones possibiles & turpes reddant nullum matrimonij contractum, quādo non sunt contra illius substantiam?* ibid.
- Septima dif. Quid si dicat? contraho tecū, si mecum prius concubueris?* 544
- Octava dif. An haec cōditio, si te virginem inuenero, sit turpis, ita vt pro nō adiecta habeatur?* ibid.
- Nona dif. An valeat matrimonium, quando, cōditio est negatiua?* 545
- ¶ *Quaest. III. De consensu libero, & coacto.* ibid.
- Art. I. An metu cadente in constantem virum matrimonij cōtractus annulletur?*
ibidem.
- Prima dif. Erit ne tale matrimonium nullum iure Diuino, & naturali an Ecclesiastico tantūm?* 546
- Secunda diffic. Annullat ne matrimonium omnis metus cadens in virum constantem?* 547
- Tertia diff. An matrimonium metu graui contractum, & iuramento firmatū, sit perinde irritum, ac si sine iuramento contrahatur?* 548
- Quarta dif. An quando metu graui ad cōtrahendum, & consumandum matrimonium aliquis compellitur, sit verum matrimonium?* 548
- Quinta dif. An matrimonium, quod antea erat nullum, per subsequentem liberam cohabitationem, aut matrimoniatem vsus effici validum?* 549
- Art. II. De compulsione per imperium.* ibid.
- Prima dif. An Pater possit filiū ad contrahendum matrimonium cōpellere?* ibid.
- Secunda diff. Potest ne Princeps, vel Iudex aliquādo subditū metu mortis, siue carceris ad contrahendum compellere?* 550
- ¶ *Quaestio IIII. De impedimento erroris.* ibid.
- Art. I. An error in persona, vel in conditione verum matrimonium impediatur?* ibid.
- Art. II. An error in bonis, & in qualitate matrimonium impediatur?* 551
- Art. III. An inter Sanctissimam Virginem, & Beatissimum Ioseph fuerit verū matrimonium?* ibid.
- Dif. Habuerit ne in lege veteri praecipuum contrahendi matrimonium à potēte illud contrahere?* 552
- ¶ *Quaestio V. De bonis matrimonij, fidei scilicet, prolis & sacramēti.*
ibidem.
- Prima dif. Indiget ne matrimonium aliqua excusatione?* ibid.
- Secunda dif. Quae nam sunt matrimonij bona?* 553
- Dubium I. Quod istorum honorum est dignius, & magis ad matrimonij essentiam pertinens?* ibid.
- Tertia dif. Secluso sine prolis, & fidei, actus coniugalis est ne licitus.* 554
- Quarta dif. An accedens ad propriam, sola causa vitandi fornicationem cum non sua, venialiter peccet?* ibid.
- Dubium II. Quando abusus actus matrimonialis erit mortale peccatum?* 555
- ¶ *Quaestio VI. De obligatione soluendi debitum.* ibid.
- Art. I. An vir vxori, & vxor viro debitum reddere teneatur?* 556

I N D E X.

Prima diffi. Tenebitur ne coniunx sanus leproso reddere debitum? 556

Secunda diffi. Vxor tempore menstrui excusabitur ne à debiti coniugalis solutione? 557

Tertia diffi. An vir ratione peregrinationis à solutione debiti excusari possit? 558

Quarta diffi. An possit vnus coniugum à solutione debiti liberari, altero inuito, continentiam vouendo? ibi.

Quinta diffi. Quo tempore non licet debitum petere? 559

Dubium I. Est ne hoc Ecclesia præceptum, an consilium? ibid.

Dubium II. Quando coniugatus est communicaturus, licebit ne petere debitum? ibid.

Dubium III. Licebit ne quando Ecclesia nondum impartita est coniugibus benedictionem? 560

Sexta diffi. Licebit ne in loco sacro debitum petere? ibid.

¶ Quæstio VII. De bigamia. 561

Art. I. Quo iure bigamia vtroque viuente est prohibita? ibid.

Prima diffi. Quo iure poterant veteris legis patres plures habere vxores? 562

Secunda di. Omnes qui tempore legis scriptæ plures duxerunt vxores, habuerunt ne reuelationem? ibid.

Tertia diffi. Poterant etiam gentiles licitè plures habere vxores? 563

Quarta diffi. Cessauit ne talis dispensatio. ibidem.

Quinta dif. Poterit ne Ecclesia in hoc dispensare? ibid.

Sexta difficul. An in aliquo saltem euentu

fit licitum vxori habere plures viros? ibid.

Art. II. An inseparabilitas matrimonij, vsque aded sit inuiolabilis de lege natura, vt per leges ciuiles ante aduentum Christi non potuerit in aliquo casu reuocari? 564

Diffi. An ante aduentum Christi fuerit licitum Iudeis, libellum repudij vxoribus dare & ad secundas nuptias per solutionem priorum nuptiarum transire? ibid.

¶ Quæstio VIII. De impedimentis matrimonij. 566

Art. I. Potest ne matrimonium impediri? ibid.

Dubium I. Quæ nam sunt matrimonij impedimenta? ibi.

Prima dif. Dirimit ne frigiditas matrimonium contractum? ibid.

Dubium II. Quæ ratione impotentia, temporalis, vel perpetua, dignoscetur esse? 568

Dubium III. Quomodo mulier poterit viri impotentiam probare, post quam cum illo per triennium dormierit? ibid.

Dubium IIII. Quid, si vir nõ est eunuchus, sed integer? ibid.

Dubium V. Quid, si alter tantum diuortium petat? ibid.

Dubium VI. Quid, si facta per Ecclesiam separatione, qui definitus est impotens, fiat per aliquam causam naturalem potens? &c. 569

Dubium VII. Quid, si impotentia perpetua per miraculum notorium dimoueat? ibid.

Dubium VIII. Si neuter coniugum separationem petat, quanuis alter sit impotens,

I N D E X.

- tens. poterunt ne simul cohabitare?* 570
Dubium I X. *Poterunt ne se inuicem amplexari, & osculari?* *ibid.*
Secunda diffi. *Si vir vxorem virginem habeat, quam non potest reserare, potest tamen ad corruptam accedere, tenebitur ne virgo per artem, vt sit viro cui semel nupsit, apta, aperiri?* 571
Art. I I. *An maleficio, vt frigiditas, impediat, & dirimat matrimonium?* *ibid.*
Dubium I. *Quomodo probari poterit, sit ne perpetuum, an non?* *ibid.*
Dubium II. *Quomodo maleficio erit auferendum?* 572
Diffic. *An, destructo maleficio, matrimonium, auctoritate Ecclesie solutum, sit reparandum?* *ibid.*
Artic. I I I. *Euriosi, & amentes possunt ne contrahere matrimonium.* 573
Diffic. *Si amentia superueniat matrimonio contracto, coniunx sanus tenebitur ne, reddere, & exigere ab amente debitum?* *ibid.*
¶ Quæstio I X. *De diuortio causa adulterij.* *ibidem.*
Art. I. *An vir, quo ad thorum, vxorē adulteram dimittere possit?* 574
Prima diffic. *Poterit ne à viro propter crimen contra naturam dimitti?* *ibid.*
Secunda diffic. *Quando vir vxorem adulteram dimittere non poterit?* *ibid.*
Dubium I. *An vir ex præcepto vxorem dimittere teneatur?* 575
Tertia diffic. *Poterit ne vir vxorem adulteram propria auctoritate dimittere?* 576
Quarta diffic. *Potest ne simpliciter vxor virum adulterum dimittere?* 577
Quinta diffic. *An possit vir dimissa vxore adultera, aliam ducere?* *ibid.*
Artic. I I. *An vir teneatur reconciliare sibi vxorem adulteram?* 578
Sexta diffic. *Tenebitur ne coniunx repudiatus redire, si innocens petat?* *ibid.*
Septima diffic. *Facto diuortio, si innocens adulterium committat, tenebitur ne nocentem sibi reconciliare?* *ibid.*
Octaua diffic. *An vir occultè adulter vxorē adulteram repudiando peccet?* 579
Art. I I I. *Quæ crimina matrimonium contrahendum dirimunt?* *ibid.*
Dubium I. *Quid, si homicidium sit commissum sine intentione contrahendi cum participante? &c.* 580
Dubium II. *Quid si sola simplex promissio iuramento firmata, vel non, ex vna tantum parte interueniat?* *ibid.*
Dubium I I I. *Quid si vnus adulter adulterum conjugatum esse ignoret?* 581
Dubium I I I I. *An solum adulterium sine fidei datione, & sine homicidio impediat matrimonium post mortem coniugis innocentis?* *ibid.*
Dubium V. *Sola fidei datio, vel matrimonium viuente priori coniuge sine adulterio, aut homicidio impedit ne matrimonium?* *ibid.*
¶ Quæstio X. *De errore conditionis seruilis.* *ibidem.*
Art. I. *Quando quis duxit ancillam, credens esse liberam, cognita seruitute, erit validum matrimonium?* 582
Dubium I. *Est ne hoc impedimentum de iure natura, vt frigiditas, & arctitudo, an de iure Canonico tantum, vt consanguinitas?* *ibid.*
Dubium

I N D E X.

- Dubium II. Si vir ignoranter contrahens cum ancilla, tanto illam amore prosequitur, vt si tempore contractus seruitutem agnosceret, eam nihilominus duceret, cognita seruitute valebit?* 583
- Art. II. Possunt ne duo serui, inuitis Dominis, matrimonium contrahere?* 584
- Art. III. Potest ne vir, vxore inuita se in seruitutem redigere?* *ibid.*
- Dubium. Filius ex serua, & libero natus, cuius parentis conditionem sequitur?* 585
- Art. IIII. An ante pubertatem legitimum matrimonium contrahi possit.* *ibid.*
- ¶ *Quaestio XI. De impedimento ordinis.* 586
- Art. I. An potuerit Ecclesia desinire, vt in sacris constituti sint ad matrimonium inhabiles, vel an perpetuus cœlibatus Sacerdotum Ecclesiæ expediat?* *ibid.*
- Prima diffc. Cœlibatus Sacerdotum incipit ne à primitiua Ecclesiæ?* *ibid.*
- Secunda diffc. Quo tempore cœpit Sacerdotalis continentia?* 587
- Tertia diffc. In sacris ordinibus constitutus, est ne inhabilis ad matrimonium?* *ibidem.*
- Quarta diffc. Quo iure tale matrimoniū esset nullum.* *ibid.*
- Quinta diffc. An sicut matrimonium est nullum, & impeditur per sacros ordines, ita è conuerso sacer ordo per matrimonium impediatur?* 588
- Art. II. De impedimento criminis, quod impedit matrimonium, non tamen dirimit contractum.* *ibid.*
- Diffc. Potest ne in aliquo casu vir sine peccato interimere vxorem adulteram?* 589
- Art. III. An votum, matrimonium impediatur?* 590
- Prima diffc. An votum simplex continentia matrimonium procedens impediatur, & dirimat contrahendum?* *ibid.*
- Dubium I. Quid, si non contrahat animo consummandi matrimonium?* 591
- Dubium II. Tenebitur ne ante consummationem sub reatu peccati mortali ingredi religionem?* 593
- Secunda diffc. Simpliciter vouentes possunt ne reddere debitum?* *ibid.*
- Dubium III. Quid, si vterque habeat votum continentia?* *ibid.*
- Dubium IIII. Quid, si vir habeat votum continentia, & vxor debitum petere non audeat, poterit? &c.* 593
- Dubium V. Vtrum solenne continentia votum impediatur, & dirimat matrimonium?* *ibid.*
- Tertia diffc. Potest ne Papa dispensare, vt habens votum solenne monachalis continentia, matrimonium cōtrahat?* *ibid.*
- Dubium VI. Porerit ne fieri dispensatio propter bonum peculiare vouentis?* 594
- Artic. III. An, vtroque coniuge viuente, possit alter ad secundas nuptias transire?* *ibid.*
- Dubium I. Quanta requiritur certitudo de morte viri absentis, vt vxor sine peccato ad secundas nuptias trāsire possit?* *ibidem.*
- Dubium II. Quid, si hac certitudine habita, & matrimonium contracto, vir redeat?* 595
- Dubium III. Quid, si vir mortuus est tamen mala fide cum secundo contraxit fungens? &c.* *ibid.*

Dubium

- Dubium III. Valente tunc matrimonio, poterit ne petere, & reddere debitum? *ibidem*
- Dubium V. Quid si bona fide contraxit, & postea dubitet sit ne vxor sua, an non? 596
- Dubium VI. Vxor. stante dubitatione, poterit debitum exigere? *ibi.*
- ¶ Quæstio XII. De impedimento, quod cultus disparitas nominatur. *ibidem.*
- Artic. I. An infidelis sit ad contrahendum cum fidele in habilis? *ibid.*
- Dubium I. Erit ne saltem sacramentum ex parte fidelis? 597
- Dubium II. Valebunt ne saltem sponsalia sub conditione, vt potest coniunx infidelis ad fidem reuertatur? *ibi.*
- Art. II. An coniunx fidelis possit simul cum coniuge infideli habitare. 598
- Dubium I. In hac Ecclesia cōuersus cū infideli coniugo poterit ne sine iniuria tamen creatoris, habitare? *ibid.*
- Dubiū II. Si infideles conuertantur, sintq; consanguinei in gradu prohibito, poterunt ne tunc simul cohabitare? 599
- Dubium III. Si infidelis habeat plures vxores, & omnes conuertantur, velintque cum eo habitare, quam illarum tenebitur retinere? 600
- Dubium IIII. Altero coniugum ad fidem conuerso, & apud Christianos viuente, apud quem debent filij nondum ratione vtentes manere? *ibid.*
- Prima diffi. Per conuersionem alterius cōiugis ad fidem etiam quoad vinculum dissoluitur matrimonium, ita vt liceat vtrique in sua religione ad secūdas nuptias transire? *ibi.*
- Dubium V. Dissoluetur ne cum primum in fidelis admonitus non vult conuerti, vel non vult habitare sine creatoris iniuria? 601
- Dubium VI. Poterit ne infidelis in sua secta aliam ducere si fidelis ad secūdas nuptias transferit? *ibi.*
- Dubium VII. Matrimonium infidelium per votum solenne religionis à coniuge primo cōuerso emissū, dissoluetur ne? 602
- Secunda diffi. An post lapsum alterius coniugis in heresim, vel apostasiam, matrimonium quoad thorum, aut vinculum dissoluatur? *ibid.*
- Dubium. An vir innocēs, quando vxor fuerit heretica, & reconciliata possit sacros ordines recipere sicut potest monachalem intrare religionem? *ibid.*
- Tertia diffi. Per quodcunque aliud peccatum præter heresim, dissoluitur matrimonium quoad thorum? 603
- Art. vlt. An matrimonium inter infideles sit verum & legitimum? *ibid.*
- Diffic. Peccat ne in fideles in vsu matrimoniali? 604
- ¶ Quæstio XIII. De impedimento consanguinitatis. *ibid.*
- Art. I. Quid nā est consanguinitas, & quid linea? 605
- Art. II. Quid nam est gradus & quotuplex? *ibid.*
- Art. III. An iure Diuino sint modo aliqui gradus prohibiti? 606
- Prima diffi. Prohibentur ne iure naturali gradus in linea recta ascendentium, & descendentium, ita vt Papa in his dispensare non possit? 607

INDEX.

Dubium I. Quid si in mundo non esset nisi pater, & vnica filia, vel plures? 608
 Dubium II. Contractus matrimonialis in secundo gradu linea recte, & sequentibus in infinitum prohibentur ne iure naturali, an Ecclesiastico? ibid.
 Secunda diffi. An liceat matrimonium contrahere in linea transuersali aequali, & inaequali? 609
 Tertia diffi. Potest ne Ecclesia modo aliquos gradus prohibere? 610
 Quarta diffi. Potestas ciuiliſ Regis poterit, quemadmodum Ecclesia, aliquos inhabitare quominus contrahant? 611
 ¶ Quæstio XIIII. De impedimento affinitatis, quo matrimonium impeditur, ne contrahatur, & contractum irritatur. 612
 Art. I. Quid, & quotuplex est affinitas? ibi.
 Prima diffi. Qui nam sunt affinitatis effectus? 613
 Secunda diffi. An seclufa lege positina Ec-

clesiæ prohibente matrimonium intra quartum affinitatis gradum, sit aliquis gradus affinitatis lege naturali ratum matrimonium contrahendum dirimēs, ita vt in eo Papa dispensare non possit, prohibitus? 614
 Dubium. De affinitate collateralī, an mulier possit successiue Papa dispensante duobus fratribus nubere? ibid.
 Art. I I I. De impedimento publicæ honestatis? 615
 Art. IIII. An matrimonium inter consanguineos sit Ecclesiæ autoritate dirimendum? 616
 Art. V. De raptu? 617
 Art. vlt. An omnis, qui ex damnata copula nascitur illegitimus sit? ibi.
 ¶ Quæstio XV. De cognatione spiritali & legali. ibid.
 Art. I. An cognatio spiritalis dirimat matrimonium contrahendum? ibid.
 Art. vlt. De cognatione spiritali? 618

¶ Finitur Index.

